THOMAE PELLICIONII NEAPOLITANI CLERICI REGVLARIS ILLVSTRIVM VTRIVSQVE IVRIS QVAESTIONVM QVINQVAGENA.

In qua, multa, ad vtriusque fori directionem perutilia, dilucidè pertractantur.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM

ANTONIVM CARACCIOLVM

SANCTI SEBASTIANI MARCHIONEM.

Olim in Supremo Italiæ Consilio, apud Catholicum Regem PHILIPPVM QVARTVM Regentem.

Nunc verò, in Neapolitano Regno Cancellariæ Regentem, & Proregi à Latere Consiliarium.



NEAPOLI:

Ex Typographia Camilli Cavalli. M.DC.XLVIII.

SVPERIORVM LICENTIA.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

ANTONIO CARACCIOLO

SANCTI SEBASTIANI MARCHIONI.

OLIM IN SVPREMO ITALIÆ CONSILIO
Apud Catholicum Regem PHILIPPVM IV. Regenti,

Nunc verò, in Neapolitano Regno, Cancellariam Regenti, & Proregi, à Latere Consiliario.

PRODIT Liber iste, Authore iam defuncto, atque adeò, Patrono destitutus, qui, quæ in eo scripta sunt, possit contutari. Parente orbatus (Libri enim quasi liberi, dicebat ille) qui eum excipere valeat, & educare, Tibi sistitur, Illustrissime Marchio, à me vti Bibliothecario Domus huius SS. Apostolorum: & iure. Quandoquidem, Thomam ipsum, dum viueret, diù habuisti à Confessionibus Patrem Repende defuncto vicem, & prolem ipsius excipe pius, vti Pater. E re ipsius erit, amisso naturali genitore, Te nactam esse susceptorem. Qualem, & quantum virum! Fecit te quidem natura Nobilem, sed non segnem felicitas, non fortuna superbum. Si Te considero causarum olim Patronum, video aduocationis munere vsum innocenter, & prudenter alienas vtilitates Tuis laboribus procurantem, cum industriæ viribus, solertia forensi, præsidio doctrinæ, decoro eloquentiæ. Nihil captiosè dicentem, nihil animo verum obnubilandi. Probitatis augmenta, potiùs quærentem, quàm pecuniæ incrementa. Atque à crebris ex aduocatione victorijs, animum non inflantem. Ad ornatum posteà togæ vocatus es, & inuitus, Præses Regiæ Cameræ salutatus. Nec multo post, Regens in Collaterali Consilio, breuique ad Philippum IV. Catholicum in Supremo Italiæ Consilio constitutus. Ascititij isti dignitatis tuæ radij, illustriorem Te non fecerunt. Eras, generis claritate, quam virtuutm splendore superasti, illustrissimus. Eras togatus, antequam

 fieres,

Digitized by Google

fieres, Virtus tua meruit: ſed virtuti addidit fauor, ſuffragium. Illa præſtitit, vt oporteret Te Regentem fieri: hic vt deceret. Illud potius in Te admirandum, quòd, in ſublimi poſitus, nihil inde pronunciaſti non ſuſpiciendum. Ius enim, & iniuriam ideò æqua lance penſitare ſolitus es, quia, Deo inſpectore, cauſas trutinare conſueuiſti. Perſta, vt facis, perſta in iſta ratione propoſiti, Tu, qui rebus huius Regni, datus es Conſiliarius, vt eas conſilio regas, tempeſtati ſubducas, in tuto colloces. Fluctuat enim omne conſilium, & vaneſcit in tractatione rerum, niſi cui Deus fautor ſit, imò & Author. Verum, inter ſumma curarum, ne velis & hanc infimam aſpernari, vt ſcilicet, Patronum Te (auſus ſum iam dicere) & Patrem Operis huius exhibeas. Nupero iſto, cumulabis longam auorum tuorũ, in Religionem noſtram, ſeriem beneficiorum. Noſq; pro animi noſtri ingenuitate, gratitudinis notas, nullius rei interuentu, expungere poterimus. Habebimus gratias, & ſi referre non poterimus, quandoquidem, illud eſt voluntatis, hoc facultatis. Sed plerumque accidit, vt illud cupere, ſit referre. Itaque à Deo Optimo Maximo Tibi precabimur, vt arietantia quæcunque huius vitæ tela, poſſis inconcuſſus ſuſtinere. Vale, ex Domo noſtra Sanctorum Apoſtolorum, die 4. Octobris 1648.

Dominationis Veſtræ Illuſtriſsimæ

Addictiſsimus Seruus in Domino

Franciſcus Boluitus Clericus Regularis.

Digitized by Google

Facultas Admodum Reuerendi Patris Præpositi Generalis Religionis Clericorum Regularium.

D. IOANNES GONZAGA PRÆPOSITVS GENERALIS CLERICORVM REGVLARIVM.

CVM Opus inscriptum; *ILLVSTRIVM VTRIVSQVE IVRIS QVAESTIONVM QVINQVAGENA*, à bonæ memoriæ P. D. Thoma Pelliccionio, Clerico Regulari compositum, aliqui ex nostris Patribus, quibus id commisimus, dignum prælo iudicauerint, Nos, vt in lucem edi possit (modo ijs, ad quos spectat visum fuerit) facultatem concedimus. In quorum fidem præsentes litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostræ Religionis munitas damus. Romæ in Ædibus nostris Sancti Syluestri Montis Quirinalis die 14. Augusti 1648.

D. Ioannes Gonzaga Præpos. Gen. Cleric. Regul.

Locus sigilli.

D. Ioannes Monteya Secret.

IMPRIMATVR;

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis Neapol.

Ioseph Giannettasius Canonicus Deputatus.

Digitized by Google

Licentia Regij Collateralis Consilij.

Illustrissime, & Excellentissime Domine.

PErlegi, te iubente Librum, *Illustrium Quæstionum*, à R. P. D. Thoma Pelliccione conscriptum, testorque nihil in eo comperisse, quod bonis moribus, aut Regiæ iurisdictioni aduersetur, quinimmò illum esse valdè eruditum, & dignum, vt typis cudatur, quapropter censeo illum posse imprimi, & ita refero Vestræ Excellentiæ, cui incolumitatem, & exaltationem à Deo precor. Neapoli ex domo, die 28. Iunij 1644.

Vestræ Excellentiæ obsequentissimus

Bartholomæus Chioccarellus.

Visa Relatione suprædicta IMPRIMATVR.

Brancia Reg. Sanfelicius Reg. Capycius Latro Reg. Salamanca Reg.

Prouisum per S.E. 30. Iunij 1644.

Grimaldus.

INDEX QVAESTIONVM.

j. Quidnam operentur Practica, & stylus in Statutis, Contractibus, & Iudicijs. fol. 1.

ij. Quatenus vti possimus lege correcta, & eius ratione. 3.

iij. De appellatione à sententia Episcopi ad Metropolitanum. 5.

jv. De Abbatibus, & Abbatissis. 7.

v. Præsentia, & Absentia quid operentur. 12.

Quis dicatur absens. cap. 1. 12.

Absens prò seruitio Ecclesiæ sit ne existimandus vti præsens? & quid de Infirmo, & carcerato dicendum. cap. 2. 14.

Episcopus in via ad visitanda limina Apostolica, si moriatur, possit ne frui Indulto Pontificio disponendi de certa quantitate spolij. cap. 3. 18.

Iterum expenditur, Quis dicatur Absens. cap. 4. 19.

Absentes, an vocandi ad actus capitulares. cap. 5. 21.

Examinantur quædam Decreta Religionis Clericorum Regularium in materia electionis. cap. 6. 25.

Absentia vtrũ admittatur, quando citatus à Curia ad informãdum fuit visus in ciuitate in die delicti, vel præcedenti. cap. 7. 31.

Quis possit allegare Absentiam, & de termino dando ad denũciandum. cap. 8. 32.

vj. De facultate Episcoporum absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, occultis tamen, vigore Concilij Tridentini. 34.

Examinatur Decretum Concilij. cap. 1. 34.

De derogatione Constitutionis Conciliaris, quomodo, & qualiter fiat. cap. 2. 37.

Episcopi, an possint absoluere à Casibus Bullæ Cœnæ Domini impeditos perpetuo impedimento accedendi ad Summum Pontificem pro absolutione. cap. 3. 39.

An possit Episcopus, in hæresim lapsũ absoluere perpetuo impedimẽto detentum, itaut non possit ad Sedem Apostolicam accedere. cap. 4. 41.

De differentia facultatis concessæ Episcopis ad dispensandum in irregularitatibus, & suspensionibus, & ad absoluendum à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis cap. 5. 44.

Quinam subditi Episcopi possint ab eo in casu Concilij absolui. cap. 6. 50.

Quæ sit Diœcesis in facultate supradicta. cap. 6. 53.

Possit ne potestas ista absoluendi, ab Episcopo, Vicario cõmitti. cap. 8. 56.

An, vt possit Episcopus absoluere, sacramentalis Confessionis auditio requiratur. cap. 9. 60.

vij. De potestate Parochorum, peccata non reseruata absoluendi. 61.

viij. Qua facultate fruatur, quoad absolutionem peccatorum, Confessarius Regularis priuilegiatus. 66.

Comparantur Parochus, & Regularis. cap. 1. 66.

Nùm possint absoluere à reseruatis, & reseruandis Sedi Apostolicæ. cap. 2. 67.

An possint absoluere à casibus Ordinario reseruatis. cap. 3. 74.

Nùm possint absoluere à casibus Bullæ Cœnæ eos, qui rationabili impedimento detenti, ad Sũmum Pontificem accedere nõ possunt. cap. 4. 76.

Nùm excõmunicati nominatim siue ab Ordinario, siue à Summo Pontifice, parte satisfacta possint à Cõfessarijs priuilegiatis

Digitized by Google

INDEX

tis in conſcientiæ foro abſolui. cap. 5. 76.
Vbi, quos, & quando, taliter Priuilegiati poſſint abſoluere. cap. 7. 80.
An talis Cõfeſſarius priuilegiatus, poſſit remittere pœnitentem, cuius audiuit cõfeſſionem, pro abſolutione à reſeruatis. cap. 7. 84.
ix. De abſolutione ab excommunicatione cum reincidentia. 86.
De natura talis excommunicationis. cap. 1. 86.
An poſt abſolutionem cum reincidentia, requiratur noua culpa ad excõmunicationem incurrendam. cap. 2. 87.
Vtrum contra abſolutum non adimplẽtem promiſſa, ſit opus noua ſententia excommunicationis. cap. 3. 89.
Archiepiſcopus poſſit ne abſoluere cum reincidentia à ſentẽtia Suffraganei: & Iudex Eccleſiaſticus teſtem, ad effectum ferendi teſtimonium. cap. 4. 91.
Quibus alijs modis ceſſet excommunicatio. cap. 5. 91.
x. De abſolutione iuramenti. 93.
xi. Vtrum Principe per gratiam delictum abolente, cenſeatur deleta infamia. 94.
xij. De repetitione iudicij ſuper eodem delicto. 95.
xiij. Cui nam competat ius accuſandi. 100.
xiv. Quando acquiſita ab aliquo cẽſeantur ex propria induſtria, quãdo ex alienis bonis acquiſita 103.
Quid regulariter cenſendũ. cap. 1. 103.
De Tutore, Procuratore ad negotia, & Clerico habẽte patrimonium. cap. 2. 104.
Officialis, vxor, vaſſallus, & ſocius, nùm cenſeantur de alieno ditati. cap. 3. 106.
xv. Vtrum ſit reſtitutioni obnoxiũ, quod quis accepit pro actu peccaminoſo patrando, vel pro eo, quod gratis tenebatur facere. 109.
xvj. An poſſit cogi Actor ad deponendum vti principalis ſuper poſitionibus rei. 112.
xvij. De actis Iudiciarijs, & Actuarijs 114.
De fide actorum. cap. 1. 114.
Quænam acta, iudiciaria dicãtur. Et cuius ſit illa conſeruare. cap. 2. 115.
Munus Actuarij, qui nam poſſint exercere, ac de eius officij duratione, & delicti ab eo patrati cognitione. cap. 3. 117.
De taxa ab Actuarijs ſeruanda. cap. 4. 118.
Vtrum Actuarij Epiſcopi poſſint aliquid recipere pro dimiſſorijs, & beneficijs. cap. 5. 120.
xviij. Quid operetur ſubſcriptio in ſcriptura. 122.
xix. De Duratione, Irritatione, & Conſolidatione Actus, ad Regulam, Actus ſi deueniat ad caſum, à quo incipere non poteſt, non irritatur. 126.
Verus intellectus Regulæ. cap. 1. 126.
Officiales, an per ſuperuenientem infirmitatem ſint priuandi officio, vel ei renunciare cogẽdi. cap. 2. 128.
Dotis reſtitutio ob viri inopiam, nùm reuocetur, viro ad meliorem fortunam deueniente, cap. 3. 130.
An dirimatur matrimonium ob ſuperuenientem furorem, infirmitatem, &c. cap. 4. 130.
De legatis inter virum, & vxorem caſtè viuentes. cap. 5. 131.
Donatio inter viros, quando reuocetur, & Præſcriptio quando irritetur. cap. 6. 133.
Nulliter geſti actus, ſi deueniant ad caſum, in quo poſſunt legitimè fieri, non confirmantur. cap. 7. 135.
Quid dicendum, quando ex nouiter accidẽtibus, materia actus deſtruitur. cap. 8. 139.
xx. De validitate actus ad ipſum requiſita, ad hoc, vt obligationem faciendi extinguat. 141.
Fideiuſſio nulla, non liberat eum, qui illam dare tenetur, & obiter de Clerico fideiuſſore. cap. 1. 141.
Ratihabitio inualida, non facit actum ratum. cap. 2. 143.
Non dicitur cõdemnatus, aut excommunicatus, qui per ſententiam,

Digitized by Google

tiam, aut excõmunicationem est condemnandus, aut excommunicandus. cap. 3. 144.
Præcepto annuæ Confessionis, nequaquam satisfit per confessionem inualidam. cap. 4. 147.
Legatum pro maritandis puellis, quænam puellæ, & quando cõsequi possint. cap. 5. 148.
Puniendus est, qui actum nullum facit. cap. 6. 150.
xxj. Nùm & quando possit quis à se gesta reuocare. 151.
Explicatur quædam regula iuris, & Principẽ quoque sub ea cõprehendi statuitur. cap. 1. 151.
Summus Põtifex, & Episcopi, nequeunt beneficia semel cõcessa absque causa reuocare. cap. 2. 158.
An concessa non subdito, possint à concedente reuocari. cap. 3. 160.
Quid de fisci authoritate dicendum, in reuocatione eorum, quæ ritè fecerit. cap. 4. 162.
Patroni ad beneficium præsentãtes, an possint præsentationem variare. cap. 5. 164.
In postulatione quid possit variari. cap. 6. 168.
Testes ab aliquo producti, an possint ab ipsomet reprobari. cap. 7. 169.
Promissio à Promissario acceptata, an possit à Promittente reuocari illo renitente. cap. 8. 171.
Quid dicendum, quando actus est nullus. cap. 9. 174.
Mutato rerum statu, reuocantur gesta, vbi de Professi trãseuntis ad aliam Religionem, vel in Episcopatum assumpti, Donationibus. cap. 10. 176.
De Amotione Beneficiarij manualis, & Vicarij Episcopalis. cap. 11. 182.
xxij. Quis dicatur actus iudicialis, & quis extraiudicialis. 188.
Visitatio, Beneficij collatio, vnio beneficiorum, Examen instituẽdorum, Dispensationes, extraiudiciales ne sint, an iudiciales actus. cap. 1. 185.
De transitu ex actu extraiudiciali ad iudicialem, & è contra. cap. 2. 190.
Præsumptio regulæ de triennali non interrumpitur per actum extraiudicialem. cap. 3. 192.
xxiij. De obligationibus consequentibus effectionem actus. 193.
Contrahentes ligantur legibus de contractu loquentibus. cap. 1. 193.
Emphytheutæ, obligationes aliquot. cap. 2. 194.
De obligatione eius, qui ciuilitatem in aliquo loco est assecutus cap. 3. 195.
Substituens aliquem in proprio officio, quãdo teneatur pro delictis, & culpis substituti. cap. 4. 197.
Ad quid teneatur Pater pro filio dotem recipiente, vel facto Decurione. Et emptor rei, qui promisit rem emptam semper & quandocunque retrouendere. cap. 5. 198.
An teneat prohinitio testatoris, quod Episcopus non procedat ad exequutionem piarum dispositionum cap. 6. 199.
Quousque se extendat obligatio regulę in regularibus. cap. 7. 202.
xxiv. Quodnam temporis interuallum, actus continuationi officiat. 205.
Ex pluribus iuribus, & exemplis probatur aliqualẽ interruptionem nihil obesse. cap. 1. 205.
Regularis habitũ dimittens, quãdo in censuras incurrat. cap. 2. 208.
De integritate anni Probationis in Nouitio. cap. 3. 209.
xxv. Quo pacto sint valida gesta, quorum vna causa existente vera, altera falsa est. 212.
Esse valida probatur iuribus, & rationibus. cap. 1. 212.
Quid dicendum in rescriptis gratiosis. cap. 2. 213.
An sit subreptitia dispensatio in matrimonio obtento ratione copulæ sequutæ, & scandali vitandi, si matrimonium non cõtraheretur, quando verè copula non fuit subsequuta. cap. 3. 216.
xxvj. An requiratur facultas Superioris ad reficiendum opus, in cuius constructione fuit illa necessaria. 217.

Digitized by Google

INDEX

xxvij. Vnde nam aliquid esse vtile, vel damnorũ sit iudicandum. 221.
Decidũtur varij casus ad quæstionem pertinentes. cap. 1. 221.
Quid dicendum, quando actus est successiuus. cap. 2. 225.
Limitantur traditæ doctrinæ. cap. 3. 226.
xxviij. Vtrum ex actu consistente in pati, possit probari consensus. 228.
xxix. In dubio, gesta ab aliquo, quomodo censeantur facta. 230.
xxx. De nullitate factorum contra legis prohibitionem. 233.
Variæ Doctorum sententiæ concordantur. cap. 1. 233.
Coniecturæ, ex quibus dignosci potest, intenta ne sit à legislatore prohibente opus, eius irritatio. cap. 2. 235.
Pœna imposita quando incurratur, si quid fiat cõtra legis prohibitionem. cap. 3. 237.
xxxj. Spõtaneum, an dicatur factum ab eo, qui tenebatur illud facere. 240.
xxxij. Gesta per Procuratorem, quãdo principali noceant. 242.
Requisita, ad hoc, vt non officiat. cap. 1. 242.
Casus, in quibus gesta Procuratoris, Principali nocent. 243.
Procurator, nomine principalis agere debet, ne illi noceat. 245.
xxxiij. Legata, quæ, & quando dicãtur adempta. 247.
Conditionalia legata, & substitutiones, an dicantur adempta in adẽptione simpliciter facta. cap. 1. 247.
Nomina debitorũ legata, an censeantur extincta, si fuerint exacta, vel etiã alienata. cap. 2. 248.
De legatis factis sub onere, & ante inimicitias postmodum ortas cap. 3. 251.
xxxiv. De recusatione iudicum Adiunctorum suspectorum. 252.
xxxv. De hæreditatis aditione, quomodo probari possit. 255.
xxxvj. Quomodo, & ex quibus bonis debeatur adoha. 257.
xxxvij. Quomodo dignoscendum sit, vtrum aliquid sit necessarium, an verò voluntarium. 260.
xxxviij. De ratione reddenda ab administratoribus rei alienæ. 262.
De Tutore; & an valeat legatum liberationis ipsi factum. cap. 1. 262.
Syndicis Vniuersitatum, & Administratoribus piorum locorum, quale onus incumbat. cap. 2. 263.
Exequutores testamentorum, ad quid teneantur. cap. 3. 265.
Patris, matris, &c. Capituli Sede vacante, munus, & de libris rationum cap. 4. 269.
xxxix. De Aduocatis. 271.
Requisita in recto causarum patrono. cap. 1. 271.
De assignatione Aduocati, & eius salario. cap. 2. 274.
An cogi possit Aduocatus ad patrocinium præstandũ, & vtrum possit testificari pro Cliente. cap. 3. 277.
De fidelitate in Aduocato requisita cap. 4. 279.
De fisci patrono. cap. 5. 280.
xl. Quasi possessio vtrum probetur per actum vnicum iure proprio factum. 282.
Exemplis affirmatiua pars astruitur. cap. 1. 282.
Iurisdictionis quasi possessio, probetur ne per vnicum actum. cap. 2. 284.
Quid dicendum in actis facultatis, familiaritatis, aut amicitiæ iure factis. cap. 3. 285.
xlj. De alienatione bonorum Ecclesiasticorum. 290.
Expenduntur requisita ad hoc, vt alienatio bonorum Ecclesiæ ritè fiat. cap. 1. 291.
Quænam pia loca sub huius Extrauag. prohibitione comprehendantur. cap. 2. 294.
An Equites Hierosolymitani, Clerici beneficiati, & Regulares sub hac Extrauag. comprehendantur. cap. 3. 294.
Vtrum in alienatione annuorum introituum Ecclesiæ requirantur requisita in Extrauag. cap. 4. 296.
De re mobili, immobili cohærente. cap. 5. 300.
De locatione bonorum Ecclesiæ cap. 6. 301.

Pos.

Digitized by Google

QVAESTIONVM.

Possint ne bona Ecclesiæ immobilia hypothecari absq; requisitis per Extrauag.cap.7. 309.

Quid de pignoratione, & transactione dicendum.cap.8. 309.

Quid de compromisso, & permutatione fieri possit.cap.9. 314.

An sit licitum imponere seruitutem in bonis Ecclesiæ prohibitis alienari. Et quid de affrancatione Canonis Ecclesiæ dubiti. cap.10. 315.

An habeat locum Extrauag. in concessione in emphyteusim, & infeudatione.cap.11. 316.

Mobilia pretiosa Ecclesiæ, vtrum sub hac Extrauag. sint comprehensa.cap.12. 319.

Quid statuendum in cessione iuris ad rem aliquã immobilem, vel mobilem pretiosam consequendam, & in bonis Religioni acquisitis in alicuius professione.cap.13. 324.

De Ecclesia profanata, quid sentiendum.cap.14. 326.

De bonis immobilibus, seu mobilibus pretiosis Ecclesiæ donatis cum pacto de ea non alienãdo.cap.15. 328.

Res modici valoris nequaquam in Extrauag. comprehensæ dicuntur.cap.18. 332.

An requirantur solemnitates in repudiatione hereditatis Ecclesiæ delatæ.cap.17. 333.

Neque remissio caducitatis ob Canonem non solutum, dispositioni Extrauag. subijcitur.cap. 18. 338.

De concessione bonorum Ecclesiæ in emphyteusim. cap. 19. 342.

Relicta pro celebratione Missarum, aut Anniuersariorum, an subsint dispositioni Extrauag. cap.20. 346.

Quid in donatione, vel legato iuris patronatus laicalis dicendũ. cap.21. 348.

An possint alienari sine solemnitatibus, bona donanda pro remuneratione seruitiorum.cap. 22. 350.

Ecclesia rem pignoratã non luente, an possit illam creditor absq; solemnitatibus alienare. cap.23. 354.

Quid si adsit vtilitas, vel necessitas, absint verò solemnitates, & Ecclesia non relcuetur. cap. 24. 356.

Quid dicendum in alienatione, cum notoria Ecclesiæ vtilitate. cap.25. 358.

Si causa vtilitatis, ob quam facta est alienatio cesset, reuocetur ne alienatio.cap.26. 359.

Alienatio Summi Pontificis authoritate facta, nullas requirit solemnitates. Vtrum mobilium alienatio, quæ seruando seruari non possunt.cap.27. 361.

An possint omitti solemnitates, si ex causa vrgentis necessitatis Papa non possit cõsuli. cap. 28. 363.

Vtrum valeat alienatio iurium Ecclesiæ absque solemnitate, quando res reuertitur ad suam naturam.cap.29. 366.

De alienatione facta à Procuratore.cap.30. 368.

xlij. De validitate testamenti imperfecti, & legati filio spurio facti pro amore Dei.370.

xliij. Vtrum in remissione donationis, siue in pacto de non petendo donationem simpliciter factam possit apponi conditio, Donec, & quousque, aliquis alicubi domicilium habuerit.376.

xliv. De quibusdam Ducũ, Militum, seu Capitaneorum obligationibus.378.

An Capitaneus possit sibi plures transitus impetrare? & si impetret, teneatur ad restitutionem. cap.1. 378.

An peccet Capitaneus accelerans iter Cohortis, vel Vniuersitas soluens pro solutione hospitij. cap.2. 379.

Quibus alijs modis iustitiam violent militum Duces cap.3. 381.

An sit licitum Capitaneo cartellas accipere pro famulis, & socijs suis, vel pro seipso absente. cap.4. 382.

xlvi. An sit irrita professio facta eodem die susceptionis habitus, vel cõplementi sextidecimi anni.384.

xlvi

INDEX QVAEST.

xlvj. Vtrum sit valida electio eius, qui tẽpore, in quo laturus est suffragium ab illo petendo impedietur? 387.

xlvij. An sit licitum Iudici instruere partes, & Aduocatum, ad præsentandas scripturas pro veritate inuenienda. 390.

xlviij. In materia separationis matrimonij quoad thorum, & habitationem ex causa adulterij, An vir repetens vxorem excipiẽtem de adulterio, sit audiendus? Et pẽdente iudicio separationis, mulier sit deponenda in Monasterio. 392.

xlix. De iure petendi remunerationem ob seruitia in bello præstita. 396.

l. De potestate Summi Pontificis ad dispensandum sine causa super pluralitate beneficiorũ incõpatibilium. 400.

Quæ dicantur beneficia incompatibilia. cap. 1. 400.

Probatur posse Papam eo modo dispensare. cap. 2. 401.

Sententia negatiua astruitur. cap. 3. 402.

Satisfit argumentis pro affirmatiua opinione. cap. 4. 404.

FINIS.

Digitized by Google

THOMAE PELLICCIONII CLER. REGVL. ILLVSTRIVM VTRIVSQ; IVRIS QVAESTIONVM QVINQVAGENA.

Quidnam operentur Practica; & stylus in Statutis, Contractibus, & Iudiciis.

QVAESTIO PRIMA.

A PRACTICA non esse recedendum, docet l. fin. C. de iniur. c. veniens, vbi omnes Canon. de constit. l. illud, vbi Bald. ff. de excusat. tutor. & cons. 472. col. 2. vol. 1. Dec. cons. 131. Vnde quando res esse dubia, Iudex debet facere id, quod solitum est fieri, Dec. in c. 1. num. 22. in 1. Lect. de constit. Afflic. decis. 135. Nàm practica subsequens declarat, & interpretatur statutum, Bald. in c. 1. de feud. sine culp. non amitt., & hoc procedit etiàm quando statuto caueretur, quòd nulla consuetudo contra ius scriptum admittatur, Dec. cons. 11. num. 10. & rescriptum Principis à practica interpretatur, Guido Papa decis. 402. licet ad summum Principem spectat de suis priuilegiis iudicare, quia eius est interpretatori, cuius est condere 11. quæst. 1. §. ex his c. 1. vers. nec ibi, de postulando, latè Anchar. in c. cum veniissent de iudit.

Et regulariter, quòd practica attendenda sit, probant Rolan. à Valle cons. 2. vol. 2. num. 7. latè Surd. decis. 129. num. 19. & non solũ rescriptum Principis, & statutum declarantur ab obseruantia, & practica, sed omnis dispositio, siue testatoris, siue contrahentium, vel statuentium, declaratur à subsequenti practica, & obseruantia, c. dilectus de consuetud. l. si de interpretatione, ff. de legib. Alex. cons. 6. lib. 1. Crauett. cons. 764. Menoch. cons. 75. num. 56. lib. 1. & cons. 341. num. 5. lib. 4. latè Beccius cons. 101. Tuschus in verbo obseruantia, concluf. 59. & obseruantia subsequens declarat etiàm concessionem, an fuerit realis, vel personalis, c. cum venissent de instit. Natta cons. 192. & 406. Dec. cons. 283. Beccius, & Tusch. loc. citato.

Et in tantum obseruanda est practica, vt in omni dispositione videatur annexa, vt ipsam interpetretur, Bald. cons. 318. num. 2. lib. 1. Imò primo loco capienda est interpretatio à practica: ipsa autem deficiente recurrendum est ad iuris dispositionem Bald. cons. 94. lib. 3. num. 3. Tusch. in verbo Practica concluf. 466. Et propterea licèt imperitia assessoris obliget Officialem ipsum eligentem l. 2. vbi Alberic. C. quod quisq; iur. Menoch. cons. 1154. vol. 12. Quod itidem dicendum est de Capitaneo eligente sibi locumtenentem Rouit. in Pragm. 5. de Iudic. offic. & in quolibet substituente in suo officio; ex rex. in l. nullius, C. de Decurion. lib. 10. vbi latè Castren. & Gypsarellus decis. 31. Si tamen aliquis esset illiteratus, sed per experientiam haberet peritiam iudicandi, potest esse Iudex l. certi iuris

Digitized by Google

G. de iudic. Andr. de Iser, in c. 11. num. 46. Quæ sit prima causa benef. amm. & in c. 1. de controuer. inter Dominum, & Agnatum, Luc. de Pen. in l. omnes, C. de Decurion. lib. 10.

Idem dicendum est de stylo, qui dicitur practica Curiæ confirmatæ Bald. in l. fin. C. quæ sit Lon. consuetu. Azeuedo in Partit. Hisp. lib. 4. tit. 10. l. 2. num. 9. Regulariter enim stylus loci obseruandus est, c. sicut de reiudic. Nam stylus curiæ facit ius, c. ex litteris, vbi Abb. de constit. c. litteras de iuram. calum. Bart. in l. iurisperitos, ff. de excusat. tutor. Et quod fit secũdũ stylum, dicitur fieri secundum ius. Innoc. in c. cum venissent, de eo, qui mittit in poss. Angel. in §. ex non scripto Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. Stylus enim pro forma habetur, à quo non est recedendum, Bald. in l. fin. C. quæ sit lon. consuet. Et quando à stylo communi recedi-tur, præsumptio est falsitatis, c. quam graui de crim. fals. c. ex parte; de Cappell. Monach. Suar. allegat. 27.

Sicut litteræ contra ius impetratæ, sunt nullæ, ita si contra, vel præter stylum curiæ essent, Bart. in d. l. iurisperitos, Cassanæus in consuet. Burgun. in proœm. tit. 1. in princ. Azeuedo loco citato, num. 6. Et sicut sententia contra ius est nulla, c. 1. de sent. & re iud. ita, & contra stylum, vel communem practicam l. prolatam, C. de senten. interloquut. Cacher. decis. 22. Guido Papa decis. 158. Riccius Collectan. 1206. citatio etiam facta non secundum stylo, dicitur nulla, nec obligat ad comparandum, neque reddit contumacem. Boer. decis. 235. Azeu. loco citato, tit. 3. lege is num. 4. Iudex item contra stylum iudicando facit litem suam, eodem modo, ac si contra ius iudicaret, Bald. in l. Iubemus, C. de Iudic. Gigas de pension. quæst. 58. num. 3. & sic ampliatur textus in, §. 1. instit. de obligat, quæ ex quasi delic. nasc. & l. 1. C. de pœna Iudic. qui male iud.

Stylus decennalis valet contra legem canonicam ab initio non receptam, prescriptus verò spatio 40. annorum, etiam contra legem à principio receptam, Rocchus in rubr. de consuetud. num. 27. Garl. de benef. parte 7. c. 1. num. 137. sed stylus Principis absque tanta temporis diuturnitate facit ius, quoad omnes, Alex. cons. 39. vol. 3. Cassan. loco citato, Tusch. in verbo stylus concl. 29. An verò stylus Curiæ Romanæ faciat ius, quoad omnes Curias, multi respondent affirmatiuè, Ozoscius in l. quibus, ff. de legibus, Gig. & Cassan. loco cit. Guttier. qq. Canonic. cap. 33. num. 35. Alii verò negatiuè, nisi stylus Curiæ Romanæ, fuerit firmatus speciali decisione Summi Pontificis.

Stylus cuiuslibet curiæ potest allegari pro iure, tàm in decisione causæ, quã in his, quæ ad ordinem iuditii spectãt Zabarel. in Clem. sæpè, §. & quia, notabili 6. de verborum signif. Affic. decis. 78. 131. & 173. latè congerit, Riec. decis. 117. par. 1. Vnde stylus curiæ ligat omnes litigantes in eadẽ curia, etiam quòd Clerici sint, vel alienæ iurisdictionis, nam in ordinatoriis iuditiorum, obseruanda sunt statuta loci, l. 3. §. fin. ff. de testam. l. 1. C. de emancipation. liberor. & in l. 1. C. quemadm. testam. aperiant. Abb. in c. Eccl. Sanctæ Mariæ, num 24. de constit. Propterea Clericus litigans coram Iudice Laico in casibus à iure permissis, tractandus erit vti Laicus, Glos. in c. quod Clerici de for. competen. licèt cõmunis sit opinio, Glo. iam illam intelligendam esse, quoad ordinatoria iuditij, Anch. in c. ea, quæ quæst. 26. de regul. iuris in 6. Felin. in dict. c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ n. 55.

Hinc infertur licitum esse stilum Sacri Consilij Neapolitani, quod Clericus litigans,

Digitized by Google

litigans,& allegans Iudicem aliquem ſuſpectum non audiatur, niſi facto depoſito; quod poſtea amittit ſi ſuſpitionem non probat, ſic vidi deciſum in cauſa Clerici Ioannis Vincentij Cutilli, cum illis de Incarnato, qui multa capita ſuſpitionis propoſuit contra Conſiliarium Gipſarellum, & facto depoſito fuit prouiſum, Iudicem debere interuenire, & clericum condẽnandum ad admiſſionem depoſiti.

Contrà tamen hanc reſolutionem tenet Genuen.in practicab.Eccl.quęſt.671 allegans Minad. deciſ. 4. Sed fallitur Genuen. nàm ſuſpitio Iudicis pertinet ad ordinatoria iudicis, & indubitatum eſt, clericum ligari ſtatuto laicorum in ordinariis. Abb. Felin. Anchar.Manticha,& cæteri ſupra allegati, Imò Clericus non poteſt vti ſtatutis Laicorum,niſi cum omnibus qualitatibus ſuis, Bald. in l. omni nouatione, C. de Sacroſanc. Eccl. in l. 1. C. de contrahen. emption.Dec. in l. 1.col.3. ff. de iuriſdict. om. Iud. & in d. caſ. Eccleſia Sanctæ Mariæ col. penult. Crauett. conſ 465. num. 12. Itaq; dum clericus vigore regiæ Pragmaticæ allegat Iudicem ſuſpectum, tenetur adimplere ea, quæ in dicta pragmatica continentur; Nec obſtat, quod ad pęnam ſtatutam à lege Laicorum non tenetur clericus,iuxta tradita in dicto cap. Eccleſię Sanctę Mariæ. Nàm ſi dicimus teneri clericum obſeruare ſtatuta laicorum in ordinatorijs, neceſſariò dicendum eſt etiam ad pęnam illum teneri, ne continentia ſtatuti, diuidatur, aliàs iuſtè à Iudice laico audientia ei denegaretur.

De hac tota materia practicæ, & obſeruantiæ, lege ſi placet Burg. de Paz. in ll. Tauri in princip. Cucch. lib. 1. inſtitut. canonic. tit. de ſyl.

Quatenus vti poſſimus lege Correcta, & eius ratione.

Quæſtio 2.

LIcitum eſſe arguere à ratione legis correctæ, docet Gloſ. in c. nouit in verbo, quacunq; de iudit. Abb. ibid. Felin. in cap. 1. col. 8. de conſtit. & in c. 1. de reſcript. Ioannes de Platea in §. 1. in fin. Inſtit. de ſatiſdat. Ratio eſt, quia aliud eſt lex, & aliud ratio legis, Felin. in dicto c. 1. de reſcript.& Abb.in c.non debet de conſang. & affinit. dixit quod ratio legis eſt æterna, & immutabilis, idcircò correcta lege, remanet ratio, Ioãnes Andr. & Gemin. in c. 1. §. illum autem de reſtitut. ſpoliat. probat tex. in l. has obligationes, ff. de capit. diminut.c. authoritate de conceſſ. præben. in 6. Vnde ſicut ratio, quæ nunquam in lege ſcripta fuit, poſſet allegari, c. ratio nulla, vbi DD. de præben. ita, & ratio legis correctæ, intelligitur autem concluſio, de ratione naturali, vel fundata in æquitate naturali, non autem de ratione ciuili ab ipſomet legislatore inuenta,nam tunc correcta lege, etiam ratio cenſetur correcta.

Lex autem correcta, non poteſt allegari ad deciſionem cauſæ, & allegans illam incidit in crimen falſi, l. fin. §. hæc omnia, C. de veter. iur. enuclean. Bart. in l. fin. de falſis; Idem eſt in ſtatuto correcto, Bart. in l. omnes populi in fin. ff. de iuſt. & iur. Allegatur aliquando lex correcta, vt ſciatur,quod prius fuerat,Glo. in c. fuerunt 7. diſtinct. Allegatur etiã lex ciuilis,& ſi correcta,in beneficiũ tamen Eccl.ex eo quia corrigi non potuit,&

Digitized by Google

priuilegium etiam per legem concessum, non subdito transit in contractum, Abb. in d. c. nouit, Allegatur etiam aliquando lex correcta in argumento, siuè à simili, Bartol. in l. fin. ff. de falso tut. & in l. 1. ff. de coniung. cum emanc. lib. contrarium tamen tenet Glos. in l. 1. in verbo imaginem, C. de latin. liber. toll. Certum tamen est, quod ab habente authoritatem legis condendæ, potest allegari lex correcta, & ita procedit tex. in d. c. nouit.

Correcta autem lege, non censetur correcta statuta particularia; neq; consuetudines, ratio, est quia, cùm ista sint facti, non censetur summum Pontificem ea sciuisse c. 1. de constit. in 6. Non tamen procedit regula, quando statutum particulare idem cõtineret, quod ius commune, Nam aliàs posset Episcopus speciali statuto derogare facultati Sũmi Pontificis. Glos. in dicto cap. 1. in vers. facti. Petrus de Anchar. & Franciscus ibidem, & est communis opinio, Felin. in dicto cap. 1 de rescript. num. 16. licèt contrarium tenuerunt Ioannes de Lignano, Butrius, Imol. Probus, & Gemin. in dicto cap. 1. de constit. Idem est in consuetudine, nam si ius commune per multos annos fuisset obseruatum, si postea à Superiore corrigatur, censetur etiam correcta consuetudo, nam aliàs ad nihilum deseruiret correctio iuris, & hæc est communis opinio, per Felin. in dicto cap. 1. num. 16. Confirmatur, nam si Populus per mille annos seruaret legem, non inducitur consuetudo, quia non seruat animo inducendi consuetudinem, sed seruandi ius commune Ioãnes de Lignano, & Felin. locis citat. num. 19.

Limitantur tamẽ supradicta Primò quando statutum, vel consuetudo essent super casum iuris dubium, ipsum certificando, Nam tunc sublata lege cõmuni, non censetur sublatum statutum particulare, vel consuetudo, Ant. de Butrio, Imol. & Felin. in d. cap. 1. num. 16. limit. 5.

Limitantur Secundo, quàndo ex inobseruantia statuti, vel consuetudinis continentis idem, quod ius commune correctũ, oriretur scandalum Glos. in cap. super eo de cognition, Spirituali. in verbo cõsuetudo, Franciscus in dicto cap. 1. num. 17. Felin. loco citato limitat. vltima.

An autem cessata lege à Summo Pontifice censeatur deletus actus cõsumatus ex ipsa transgressione legis correctæ proueniens, nec ne, dubium est, Pone casum. Legem statuit Summus Pontifex, ne quis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ frumentum extrahat ab Vrbe, Petrus extraxit, & sic incidit in excommunicationem, demùm Pontifex supradictam legem correxit, quæritur an Petrus egeat absolutione, & Glosa dixit, illum non egere, tanta est potestas Summi Pontificis in positiuis, Glos. in clemen. vnica in Vrbe pro infectis, de immunitate Ecclesia. Franciscus in dicto cap. 1. num. 17. sed de veritate huius propositionis aliàs dicemus.

Correcta autem ratione legis, an corruat lex, Glos. Bart. & alii in l. 1. ff. de legitima tutela, dixerunt quòd sic, idem Salicet. in Authent. Ingressi. C. de Sac. Sanct. Eccles. per tex. in cap. miramur de seruis non ordinan. & in cap. de multa de ætat. & qualit. Contrarium tamen tenet Io. Andr. in cap. quoad translationem de renuntiat. Roman. in singulari in verbo ratio, Concordantur tamen opiniones, vt, cessante ratione finali legis, cesset, & lex. c. cum cessante de appellat. Tunc enim dicitur cessare ab intrinseco; An autem requiratur declaratio Principis, vt etiam ab extrinseco cesset, legendus est Suar. de legibus lib. 6. cap. 25. cum sequen. Molf. in proœmio consuetud. quæst. 13.

De

Digitized by Google

De appellatione à ſententia Epiſcopi ad Metropolitanũ. Quæſtio 3.

A Sententia Epiſcopi, vel ipſius Vicarij appellatur ad Metropolitanũ c. Romana de appellat. in 6. & hoc etiam quando Summus Pontifex excitando Ordinarii iuriſdictionem, cauſam committit, cap. licèt de offic. ordinat. habetur in Trident. de refor. ſeſſ. 13. c. 1. & 2. & ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20. & etiam quando Ordinarius procedit tanquam Delegatus Sædis Apoſtolicæ, vt videre eſt in Trident. in multis locis congeſtis à Barboſa alleg. 92. Nam verba illa (& procedit etiam tanquàm delegatus ſædis Apoſtolicæ) non derogant authoritati Metropolitani, vt ad ipſum non appelletur, ſed ponuntur ad tollenda impedimenta, quæ oriri poſſent ex cauſa exemptionẽ, & priuilegiorum, à Sæde Apoſtolica conceſſorum, latè Barboſ. locis citat. vbi alios allegat.

A ſententia autem Epiſcopi, habentis temporalem iuriſdictionem à Rege, cui nam ſit appellandum Regiis ne officialibus, an Metropolitano, indubitata eſt concluſio, quod ſi temporalis iuriſdictio ſit conceſſa in feudum, vel ratione feudi exerceatur ad concedentem, ipſiuſq; officiales appellatur, nõ ad Metropolitanam, cap. cęterùm de iudicijs, vbi Gloſa, & in cap. ſolitæ de maiorit. & obed. & in cap. 2. de delict. pueror. Eſt communis opinio, nam in feudis, quæ Eccleſia à Rege obtinet, Iudicatur, vt quilibet Laicus, Afflic. deciſ. 361. Frecc. de ſub feu. lib. 3. de differentiis inter feudum quaternatum, & de tabula, differentia 53. Anna allegat. 52. Couarr. practic. quæſt. cap. 4. Alben. cõſ. 62. & 64. latè congerit Peregr. conſ. 1. Noſter de Ponte deciſ. 2.

Quando autem iuriſdictio temporalis non fuit conceſſa in feudum, nec ratione feudi exercetur, ſed reperitur Eccleſia in poſſeſſione, nec conſtat de ipſius principio, tunc communis eſt opinio ad Archiepiſcopum eſſe appellandum, probant omnes ſupracitati, & eſt deciſio textus in dicto cap. Romana, §. debet, in quo ſtatuitur, quòd exercẽte Epiſcopo iuriſdictionẽ temporalem, ad Metropolitanum erit appellandum niſi fortè de cõſuetudine, aut priuilegio, ſiue iure alio ſpeciali ſit appellandum ad alium. Ratio deciſionis eſt, quia Rex ſimpliciter aliquid concedendo Eccleſiæ, vtrunq; dominium transfert directum, & vtile, Oldrad. conſ. 159. eſt communis opinio, Clar. in §. feudum quæſt. 17. congerit de Ponte dicta deciſ. 2. & propterea, cum vtrumq; dominium ſit translatum, iuriſdictio effecta eſt merè eccleſiaſtica, & dicitur ſancta ſanctorum, Innoc. in dicto cap. verùm de for. competen. Idcircò ad Metropolitanum appellatur, Innoc. & Abbò in dicto cap. ſolitæ, & in cap. veniens de accuſation. congerit Peregr. in dicto cap. prim. Nec valet dicere, quòd iuriſdictio cenſeatur conceſſa in feudum, nàm falſum eſt, nam potius dicetur conceſſa in allodium, & nunquam cenſetur conceſſa in feudum, niſi ſpecialiter dicatur Frecc. de ſubfeud. lib. 2. authoritate 26. de Ponte loco cit. num. 5. & ſequent.

Contrariã tamèn ſententiam, quòd appellandum ſit ad Regem, eiuſq; Officiales, defendũt Io. Andreas in add. ſpeculatoris in tit. de iuriſdict. omn. Iud. in Gloſ. vidiſti duas, in fin. Ang. & Riminald. in l. 1. §. cui mandatur de offic. eius, Præpoſitus in c. prim. de capit. qui cur. vend. Bald. conſ. 345. col. 2. lib. 1. & in dicto c. ſolitæ. Paul. de Caſtr. conſ. 70. lib. 1. & 125. lib. 2. Franciſcus Marcus deciſ. 445. Cacheran. conſ. 2. Frecc. dicta differen.

13. Couar.

Digitized by Google

13. Couarr. Peregr. & de Ponte locis citat. Probatur, nam omnis iurisdictio residet in Principe, à quo fluit tanquã à fonte, Bald. in cap. quis dicatur Dux, vel Marchio, & suprema authoritas, quæ respicit honorem, & maiestatem Imperij, inhæret ossibus Principis, & dicitur sancta sanctorum; Idcircò non est in marsupio Principis donantis, Bald. in cap. intellectu, de iure iur. Idcircò sicut non potest illa suprema authoritas particulari Ecclesiæ concedi, quia semper censetur reseruata, Bald. in l. qui se patris col. 2. C. vndè lib. Idcircò iurisdictio semper censetur concessa cumulatiuè, & non priuatiuè, Bald. in l. 1. ff de offic. Consul. Roman. cons. 393. per tex. in cap. dudum de præben. in 6. Menoch. consil. 499. num. 9. Ita nec etiam præscriptione, aut consuetudine acquiri, cap. non liceat de præscript. Et dum non est concedibilis, neque est præscriptibilis, Paul. de Castr. in l. de precatio, ff. ad leg. Rodiam. de iact. Abb. in dicto cap. non licet; & suprema authoritas Principis, est quid perfectum, quod non potest crescere, neque decrescere, Bald. cons. 326. incipiente Rex Romanus, Seuer. in l. Imperium, q. 14. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Natta cons. 402. num. 20. & cons. 636. num. 52. & 640. num. 43. & sicut Ecclesia non est diuisibilis, ita supremum illud ius in Principe residens, indiuisibile dicitur, Bald. cons. 300. lib. 5. Idcircò de natura iurisdictionis concessæ est, vt ad concedentem appelletur, prout supracitati fatentur.

Nec dicendum est, Principem concedentem, suprema illa authoritate voluisse se spoliare, nam non potest in proprio Regno parem, vel superiorem habere, Bald. in prælud. feudor. col. 7. vers. expedita, Siluan. cons. 55. nu. 53. & ideò inferior non potest participare in suprema authoritate; & quando regalia conceduntur alicui à Principe, non censetur abdicata ab ipso facultas monetas condendi, legem vniuersalem faciendi, Doctores, Equites, & Notarios creandi, legitimandi, appellationes, & recursa recipiendi, Lucas de Pen. in l. 1. C. de priuil. schol. lib. 12. Boer. decis. 50. Paris de sindic. tit. de excessib. Baron. Et regalia in allodium concessa, non alienantur absque assensu Principis, Bart. in l. idem, ff. de aqu. plu. arcenda, Capic. in inuestit. feudi, in verbo Gabellis, Frecc. de subfeud. lib. 2. authoritate 13. & hoc ea ratione, quia suprema authoritas non censetur abdicata, quæ secundum Hispanos, Maioria dicitur, Azeuedo in partitas lib. 1 tit. 3. l. 8. Couar. loc. cit.

Ex supradictis infertur, quòd potest Princeps aliquando rationabiliter primas causas auocare à feudatariis, quibus iurisdictio cognoscendi illas, concessa erat. Et in Principe præsumitur iusta causa, Afflic. in cap. 1. §. Item si aliquis num. 14. quibus mod. feud. ammitt. Gramm. decis. 46. & licèt in feudatariis, qui habent ius quæsitum ex titulo oneroso, non possit Dominus concurrere cum ipsis, nec auocare primas causas, Bald. in l. 1. quæst. 45. ff. de rer. diu. Cefal. cons. 539. n. 14. secùs tamen in donatariis Socc. Iun. cons. 126. lib. 3. Peregr. loc. cit. Vsus tamen est in contrarium; Nam in grauibus delictis commissis in Terris Baronum, solet Prorex eiusquè Collaterale Consilium mandare, quòd magna Curia procedat, derogando pro illa vice Priuilegiis Baronum, & hoc tuta conscientia fit, ratione supremæ authoritatis residentis in Principe; Nec admittenda est differentia inter possidentes titulo oneroso, vel gratuito, cum semper remaneat illibata suprema authoritas in Principe, vt dictum est.

Hæc opinio, quod ad Regem sit appellandum, vsu recepta est, non tantùm in His-

Digitized by Google

in Hispania, pro vt extat lex 8. tit. 3. lib. 1. partitarum, vbi latè Azeued. Couar. loc. cit. sed etiam in Gallia. Specul. loc. cit. Additio ad Glos. in dicto §. debet, Guliel. de Benedictis in c. Raynutius, in verbo vxore decis. 2. num. 313. & apud Germanos, Andr. Gail. lib. 1. obseruat. cap. 30. & etiam Neapoli in Collaterali consilio, de Ponte decis. 2.

Limitatur autem conclusio, quando iurisdictio temporalis fuit à Principe non particulari Ecclesiæ concessa, sed Romanæ, seu Summo Pontifici, tunc enim omnis authoritas, & maiora cẽsentur translata, dicitur enim iurisdictio resignata, & restituta Deo, à quo processit, cuius vices Summus Pontifex gerit in terris, Bart. in proœm. Digestor. num. 15. Bald. & Salic. in Rubr. de nou. cod. fac. Paul. de Castr. in l. deprecatio, ff. ad leg. Rod. de iact. Fuit originalis distinctio Ioānis Andr. ad Specul. loco cit. & sequuntur eum omnes supracitati relati à Pe. egr. & *secundum hanc limitationem intelligendus est textus in cap.* Romana, §. debet de appellat. *in 6. quod tunc* ab Episcopo exercente temporalem iurisdictionem appellandum est ad Metropolitanum, quando fuit concessa Summo Pontifici, & non Episcopo, vel secundo modo potest intelligi, quòd mandat Summus Pontifex in appellatione facienda à sentẽtia Episcopi, habentis temporalem iurisdictionem, obseruandam esse consuetudinem, statutum, vel prescriptionem, quibus non estantibus appellandum erit ad Metropolitanum. Sed, cum communi vsu gentium receptum sit appellari debere, ad concedentem iurisdictionem, propterea tex. ille fundat nostram opinionem; vnde concludo, appellandum esse ad Regem, eiusq: officiales, authoritate dicti textus.

De Abbatibus, & Abbatissis. Quæstio. 4.

ABbas habens iurisdictionem quasi Episcopalem, vtitur mitra, & baculo, ac alijs insignibus, c. vt apostolicæ de priuileg. in 6. Denotantibus tamen superioritatem, non potest vti nisi tantum in loco suæ iurisdictionis, & propterea non solum suis insignibus vtitur, sed etiam populum sibi subiectum benedicit in via, pro vt Episcopus, c. Antiqua vbi Abb. de priuileg. cap. Abbate, in verbo, quasi episcopale eod. tit. Illis autem insignibus, quæ sunt ad decorationem personæ, vt sunt Anulus, Mitra, Benedictio sollemnis in missa, Pax vobis, & Cauda, vbiq; potest vti Abb. in dicto cap. antiqua. Et potest Abbas, & quilibet alius habent Episcopalem iurisdictionem, propria insignia etiam per censuras tueri; Dicitur enim causa ardua, dum de honore prestando agitur, l. inimicitia in fin. ff. de his, quib. vt indig. Honor, & honestas tanto pretio habenda sunt, vt pari passu cum vita ambulent, l. iusta, ff. de manum. in vita; De iure ciuili, qui non præstat honorem, quibus debetur ad instar sacrilegi puniendus est, l. sciant, & l. singuli, C. de offficio diuer. Iudic. l. 1. C. de domestic. & protest. lib. 12. & reuerentia, qua Episcopo debetur, neq; per pactum, neq; per concessionem, ab eodem Episcopo relaxari potest, Felin. in cap. cum non liceat de præscript. Bald. in l. fin. in verbo reuerẽtia, C. de bonis libert. pro causa enim ardua certum est fulminari posse excommunicationem Sac. Conc. Triden. sess 25. de reform. cap. 3. Et tunc excommunicator nõ dicetur Iudex in causa propria, sed iuris executor. Glos. in Cap. Romana in verbo punire de pęnis *in 6.* Innoc. in

Digitized by Google

noc. in cap. ex parte de verb. signif. & & in cap. nosci de elect. Hinc posset inferri, quòd Regulares denegantes in propria Ecclesia baldachinum Episcopo Ciuitatis, possent ab eodem excommunicari, sed cùm hoc petat difficultates, quæ ex materia priuilegiorum, & Regularium possunt oriri, idcirco non est hic determinandum.

Si verò Abbas habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, nullique Episcopo subditus sit, iudicatur, vt Ordinarius loci, & omnia potest, quæ Ordinarius, nisi tamen specialiter prohibeantur, Glos. in clem. 1. in verbo proprii de reb. Ecc. non alien. Nau. cons. 5. de sponsal. Idem est de Abbate commendatario, nam quicquid potest Titularis ratione dignitatis, potest, & Commendatarius ad vitam ratione commendæ, Abb. in cap. quærelam de elect. Dec. in cap. edoceri de rescriptis; Et quod Abbas Commendatarius, dicatur Ordinarius, probat Glos. in cap. ordinarij de offic. ordinarij in 6. congerit Gonzal. ad regulam 8 Cancellariæ, Glos. 5. §. 8. Zerula in praxi in verbo Abbas, & in verbo beneficium, vers. commenda.

Num autem Abbas Commendatarius possit remittere denuntiationes in matrimonio contrahendo, sicut, & is, qui Abbatiam habet in titulum, prout probat Nauar. loc. cit. Sanch. lib. 3. disput. 7. de matrim. Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat. 32. nu. 31. multi tenent, non posse. Et ita Sacram Congregationem declarasse refert, Franc. de Leo in Thesauro fori ecclesiastici par. 2. cap. 9. num. 55. Dicitur etiam extare declarationem post Tridentinum sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. incipientem, non permittitur, in qua dicitur sanctissimum Dominũ declarasse Ordinarii appellatione venire tantum Episcopum in materia matrimonii, & fuisse permissam talem appellationẽ Ordinarij Cardinali Farnesio Abbati Monasterii Farfensis, nõ autem ipsius Vicario. Sed quidquid sit de veritate dictæ declarationis, quæ etiam si extaret, vim legis non haberet, dicendum est id posse Abbatem Commendatarium. Probant post supracitatos Nauar. 7. de clandest. dispensat. Grat. discept. forens. c. 83. Barbos. loc. cit. num. 32.

Confessarios etiam potest Abbas, iurisdictionem quasi Episcopalem habens approbare, iuxta decretũ Sacri Concilii Tridentini sess. 14. cap. vt per supracitatos, quibus adde Suar. de pœnit. disp. 28. sect. 5. Campanil. in diuers. rubr. 12. cap. 13. num. 73.

Probet etiam licentiam Nouitij disponendi infra duos menses ante professionem, prout concedere habet Ordinarius, seruata forma Sacri Concilij sess. 25. de regular. cap. 16. latè Sanch. in summa tom. 2. lib. 7. c. 5. num. 68. Barb. de offic. Episc. allegat. 99.

Exequitur etiam Abbas piorum voluntates, sicut Episcopus c. nos quidem de testam. Nàm dum iure ordinario competit Diocæsano ius exequendi pias defunctorum voluntates, eodem modo, & Abbatibus, Flores de Mena variar. quæst. lib. 2. quæst. 24. num. 22. Barb. allegat. 82. num. 30.

Potest etiam ordines minores suis tamẽ subditis regularibus concedere, non autem sæcularibus; nec etiam regularibus alterius Monasterii exempti, nisi ex licentia Diocęsani, in cuius territorio sita est Abbatia litteras dimissorias, nec etiam concedere potest, constat ex Trident. sess. 23. c. 10. de reform. incipiente Abbatibus.

An autem possit Abbas exemptas dispensare cum suis subditis in irregularitate, & absoluere à censuris iuxta Decretum Sacri Concilii in cap. liceat sess. 24. de reformat. dubium est. Et multi tenet non posse, Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. concluſ 4. Suar.

de

Digitized by Google

de pœnit. diſput. 28. ſect. 5. num. 3. & de cenſur. diſput. 4. ſect. 2. num. 7. Ledeſm. Alter. Bonac. Rodriq. Ricc. & alii, quos refert Barb. Allegat. 39. nu. 17. & Garz. de Benefic. par. 7. cap. 11. num. 13: dicit ita fuiſſe per Sacrã Congregationem declaratum. Contrarium tamẽ probant Hẽriq. in ſumma lib. 6. cap. 6. §. 1. Rodriq. de regular. tom. 1. quæſt. 24. art. 13. & 19. & quæſt. 61. art. 9. Sayr. in clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num. 83. Auila de cenſur. par. 7. diſput. 10. dubitat. 6. Sanch. de matrim. lib. 8. diſput. 2. num. 12.

Placet hæc ſecunda opinio, quicquid ſit de declaratione Sacræ Congregationis, quæ cum non facit, nec de ipſa authenticè conſtat. Probatur, quia per dictum capitulum, liceat Sacri Conc. fit reductio ad vis commune antiquum, per quod Epiſcopi poterant diſpenſare, & in omnibus, præter ſpecialiter prohibita, Sanch. lib. 1. de matrim. diſput. 61. num. 3. Conſtat autem legem correctoriam, per quam reducitur ad ius commune, eſſe latè interpretandam, Anton. de Butr. & Abb. in cap. olim de verb. ſignificat. Syl. in verbo priuilegium n. 3. Secundò licèt diſpenſatio ſit odioſa, & ſtrictè interpretanda, cap. 1. §. ille verò, de filiis presbyt. facultas tamen diſpenſandi alicui cõceſſa, quia Principis eſt beneficium, eſt latè interpretanda, cap. beneficiis de regulis iur. Et licèt tendat ad correctionem Iuris communis, hoc non eſt principale intentum, ſed conſequutiuè venit, principaliter enim intenditur fauor, & beneficium illius, cui talis facultas conceditur, idcircò latam habet interpretationem, Gloſ. in cap. hi, qui, in verbo poteſtas is, q. 8. & in cap. dudum in verbo beneficia, de præben. in 6. Bart. & omnes Ciuiliſtæ in l. 2. ff. de verb. obligat. Ant. de Butr. Felin. & Abb. in cap. poſtulaſti de reſcript. Io. Andr. & omnes Canon. in cap. fin. de Simon. & in cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, de iudic. Genuen. in prax. cap. 67. Sanch. dicta diſputat. 2.

Confirmatur nam facultas ex dicto cap. liceat, eſt lex vniuerſalis, quæ locum habet in omnibus locis, in quibus Sacrum Concilium fuit receptum, & propterea Sacra Congregatio declarauit loco ſupra cit. non poſſe Epiſcopos vti dicta facultate in locis vbi Sacrum Concilium non fuit receptũ: ſi eſt lex vniuerſalis, ergo non ſtrictè interpretanda, ſed vt cęterę legis interpretanda, vt ad caſus ſimiles, & vbi eadem eſt ratio trahatur, Oldrad. conſ. 9. num. 7. Butrius in cap. olim de verb. ſign.

Vltimo accedit, nã ſi Abbas exemptus non poſſet vti ſupradicta facultate in ſuos ſubditos, vt cæteri Ordinarij nimis grauarẽtur ſubditi Abbatum, & eſſent deterioris conditionis ſubditis Epiſcoporum, quod nullo modo piã matrem Eccleſiam voluiſſe dicendũ eſt. Nec valet dicere pro ut dicebat Suar. quod ponent abſolui, & petere diſpenſationem à Diœceſano in cuius diœceſi ſitum eſt territorium, nam exemptus non poteſt ſe ſubiicere, vt abſoluatur ab Epiſcopo, Ant. de Butr. Abbas in cap. ſignificaſti de foro cõpeten. Genuen. in prax cap. 67. num. 18. licèt contrarium dixerit Federic. de Senis conſ. 14. Nec poſſet Abbas exemptus immediatè ſubiectus Sędi Apoſtolicae præſtare licentiam ſubditis, vt ab Epiſcopis abſoluantur, quia præiudicaret priuilegio exẽptionis quod cum ſit mixtum, & reſpiciat etiam intereſſe Summi Pontificis, nõ poteſt à priuilegiato cedi, cap. cum tempore de recept. arbitr. Roman. conſ. 369. num. 18. Et locus exemptus, licèt dicatur eſſe in Diaeceſi, nõ tamen de diaeceſi, quando autem eſt nullius Diaeceſis, pro vt dicit Sacrum Concilium in dicto cap. Abbatibus, tunc nec eſt in diaeceſi, nec de diaeceſi.

Digitized by Google

cesi. Rota decis. 207. par. 7. diuers. Garz. in dicto cap. 11. Nec valet dicere iure quodam speciali competere supradictã facultatẽ Episcopi, nam competit iure ordinatio speciali.

Regulares tamen Abbates prohibentur habere commatres, sicut & cæteri regulares cap. non liceat Abbati de cõsecrat. dist. 4. cap. peruenit 18. quæst. 2. & idcircò non possunt esse leuatores in baptismo, neq; in confirmatione; si tamen de facto tenerent, contraherent cognationem spiritualem Syl. in verbo baptismus 5. q. Angel. Tabien. Ledes. & alii, quos refert Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 60. num. 21. Peccarét tamen peccato lethali; quia agerent contra iuris prohibitionem, Gallec. de cognat. spiritual. cap. 9. in fin. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 30. num. 36. Ratio prohibitionis est, quia damnabilis est familiaritas cum mulieribus. Glos. in d. cap. peruenit, congerit Miranda in manual. Prælator. q. 43. art. 1. & non solum mulierum sæcularium familiaritatem cauendam esse regularibus, sed etiam sanctimonialium, habetur in cap. in nullo 18. q. 2. propterea regularis accedens ad colloquendum cum Sanctimoniali consanguinea breuiter se debet expedire, & in præsentia Abbatissa alloqui cap. diffinimus, 18. q. 2.

Ex hoc etiam descendit, vt regulares nõ solum prohibeãtur cohabitare in eodem monasterio Sanctimonialium, §. si quis autem Auth. de Sanctissimis Episc. sed etiam in duplicibus d. cap. in nullo, & idcircò monasteria puellarum Longius à Monasteriis Monachorum collocanda sunt, cap. monasteria 18. quæst. 2.

Quod dictum est de Abbate, & cæteris regularibus, ne sint leuatores in baptismo, & confirmatione, procedit etiam in Canonicis regularibus, Nauar. cons. 5. de statu monachor. Ratio est, quia quando constitut. Pontificia emanat respectu religionis, licèt de monachis loquatur, extenditur, imò comprehendit omnes regulares. Nisi tamen aliqua diuersitatis ratio assignari possit, Abb in cap. 2. de postulando, Syl. in verbo Abbas in fin. Monachorum etiam appellatione, licèt Abbas non comprehendatur, Glos. in cap. hi, qui de ætate, & qualit. licèt secus sit in fauorabilibus, Felin. in proemio Decretalium, tamen in Abbatibus, qui ex corpore religionis assumũtur, & pro assumptionem nõ desinunt esse de gremio Religionis, appellatione monachorum comprehenduntur in omni dispositione; supradicta autẽ conclusio, quod Abbates, & regulares, non possunt habere commatres, non procedit, quando ipsi regulares baptizant, nam tunc cõsequenter habent illas, Glos. in cap. non licèt de consecrat. distinct. 4. & in cap. peruenit 18. q. 2. & licèt dubium sit, an reguleres possit baptizare, & tex. in cap. placuit 16. q. 1. dixit Monachum nõ posse baptizare, textus verò in cap. doctos 16. q. 1. permittit prædicare, & baptizare. Resolutio est, quod de licentia Ordinarii quilibet regularis potest baptizare. Requiritur licentia, quia Sacramenta à proprio Parocho recipienda sunt, cap. interdicimus 16. q. 1. & prohibitum est regularibus in clemen. 1. de priuileg. Miranda loco cit. Et hoc iure vtimur. Et in sacerdotali Pauli V. declaratur, quòd regulares non teneant, sed baptizent.

Limitatur etiam suprafirmata conclusio, vt possint regulares in Sacramento confirmationis tenere aliquem ex suis regularibus, Barbo. loc. cit. num. 36. & ita vsu receptum est.

Negandum autẽ minimè est, Abbatiam esse dignitaté, Lapus alleg 85. Tusch. in verbo Abbatia conclus. 29. & 30. Idcircò ipsa non cadit sub reseruatione ad instar Episc. dignitatis, Glos. in c. 2. in verbo dignitatem de prębẽdis in 6.

Digitized by Google

in 6. Io. Monachus, Archidiaconus, & Francus ibidem, Gonſal. in regula 8. cancellariæ, Gloſ. 8. num. 20. Et æquiparatur Epiſcopatui. Et qui Abbatiam obtinet cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali, Diæceſanus dicitur, Felin. in cap. cum olim, de præſcript. Et venit ſub appellatione Diæceſani Mandoſ. in regulas Cancellariæ, reg. 16, quæſt. 42. Et ſecundum communem opinionem comprehenditur in diſpoſitione loquente de diœceſano, niſi tamen contrarium ſpecialiter declaretur, Couar. in cap. Ioannes num. 2. de teſtament. latè Gratian. Diſcep. forenſ. c. 212. vbi latè tractat materiam dimiſſorialium.

Iuxta Decretum *Sacri Cõcilii in* d. cap. Abbatibus; dicitur etiam habere territorium, is qui Abbatiam cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali obtinet cap. cũ contingat, defero competenti. Nõ tamen poteſt indulgentias ſuis ſubditis concedere, niſi ſpeciali aliquo iure id obtineat, nempè priuilegio, conſuetudine, aut præſcriptione, cap. accedentibus, *de exceſſibus Prælatorum*, licet indulgentiarum conceſſio non ad poteſtatem ordinis, ſed iuriſdictionis pertineat cap. cum ex eo de pœnitentiis, & remiſſionibus, & dicto cap. accedentibus, D. Thom. in 4. diſt. 24. art. 2. late Anto. de Roſellis tract. de indulg. num. 199. in 14. 3. tract. Ratio eſt, quia indulgentiarum conceſſio, licet dependeat à iuriſdictione, pertinet tamen ad Epiſcopalem dignitatẽ, & ideò notorium eſt, quòd aliqua pertinent ad ordinem Epiſcopalem, videlicet Presbyterorum ordinatio, Eccleſiarum conſecratio, & ſimilia, vt in cap. quamuis 68. diſt. c. aqua de conſecrat. *Eccl. vel Altaris*, & hæc *regulariter imperſcriptibilia* ſunt ab Abbatibus, cap. quanto de cõſuetud. aliqua ſpectant ad dignitatem Epiſcopalem, videlicet cõcedere indulgentias dicto capitulo cum ex eo, præſtare licentiam extrahendi delinquentes ab Eccleſia in caſibus exceptuatis iuxta Bullam Gregorii 14. de immunitatibus Eccleſ. aliqua sũt ſimplicis iuriſdictionis, videlicet cognoſcere de cauſis clericorũ, & hæc omnia præſcriptibilia ſunt ab Abbatibus, c. auditis de præſcript. Abb. in d. cap. accedentibus, & propterea in Inſula Siciliæ Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem præſtat licentiam extrahendi delinquentes ab Eccleſiis in caſibus exceptuatis ſeruata Bulla Gregorii XIV.

Præſtat etiam Abbatia dignitatẽ, & propterea Abbas præfertur Canonicus Cathedr. Eccl. Bald. in cap. Paſtorali, de offic. deleg. Dec. conſ. 162. Bott. de ſynodo par. 3. n. 15. nõ tamen quãdo Canonici collegialiter procedũt, quia tunc repreſentant Eccl. Cathed. Domin. & Fran. in cap. quamuis de præbendis in 6. Ripa Caſſan. & alii, quos refert Gratian. in cap. 91. num. 9 vbi latè agit de difficili illa quæſtione An Abbas præferatur Vicario Epiſcopi, & quando teneatur ire ad ſynodũ Abbas exemptus, & quo amictu, & ſi poſſit mitram ſimplicem, vel aurifrigiatam habere, & an poſſit præſcribi facultas non veniendi ad Synodum, explicat Bott. par. 2. Cochier. de iuriſd. ordinar. in exemptos par. 4. q. 19 *Barb.* de offic. Epiſcop. alleg. 93 Abbatia etiam totam authoritatem, ac vim gubernandi monaſterium in Abbatem transfert, cap. Abbatibus 12. q. 2. quæ facultas non ſolum à iure humano pontificio deſcendit, nam eo ipſo, quod Summus *Pont.* religionem aliquam approbat, concedit facultatẽ ſuperioribus ipſam gubernãdi, & ſubditos coercendi, Bannes 2. 2. q. 1. art. 1. dub. 8. concl. 2. ſed etiam à iure diuino, videtur talis facultas in quoſcunq; Prælatos, & Superiores Regulares deſcendere, Sot. de iuſt. & iur. lib. 8. q. 3. art. 1. Medina in lib. de in-

Digitized by Google

dulg.cap.24.latè Rodriq. de regular. tom. 1.q.17.art.2. Hoc autem intelligitur seruatis seruandis.

Hinc est, quod Abbas, siue Præpositus Generalis de iure communi, loquendo circumscriptis Bullis Sixti V. Clemen. VIII. & Pauli V. ac regularibus constitutionibus, non potest aliquem in Religionem admittere, neque professionem dare absque voto, & cõsensu aliorum, ad quos spectat, Frãcus in cap. fin. num. 2. de regular. in 6. Archidia. in cap. fin. in fin. 16. q. vltima Ioannes Andreas, & Abb. in cap. ad Apostolicam vbi testatur de communi opinione de regularibus per tex. in cap. ea noscitur, de his, quæ fiunt à Prælatis, sine consensu capitali, Azor. lib. 12. c. 5. quæst. 3. Gratian. Discept. forens. cap. 440. num. 19. Glosa in cap. porrectum verbo Monacus de regular. Nauar. cons. 9. de constitut. quod si admittet aliquem ad professionem absq; maiori parte capituli, posset appellari. Oldrad. cons. 97. Sanch. in summa lib. 5. cap. 4. num. 65. nisi capitulum malitiosè denegaret professionem, quia tunc solus superior posset, Turrecr. cap. fin. 16. quæst. 1. & Sanch. loco citato. Idem est in Abbatissa, Abb. in d. cap. ad Apostolicam; Et ad probandam professionem alicuius Monialis requiritur, quod specialiter probetur recepisse habitum ab Abbatissa, cum consensu aliarum, ad quas spectabat; Decian. cons. 18. num. 11. lib. 3. Gratian. loco citato cap. 640. num. 34. & ità de facto vtrunque casum practicatum vidi.

Præsentia, et Absentia quid operentur. Quæstio Quinta.

Quis dicatur Absens. Cap. Primum.

EXplicabo primùm, quis dicatur absens, & præsens. Absens is verè dicitur, qui non est in loco, vbi petitur, vel reperitur extra continentia Vrbis, l. absentem, ff. de verb. signific. l. præsens cum l. seq. ff. de procurat. Qui enim sensibus corporis se exhibet, & personaliter, ac corporaliter adest, is verè dicitur præsens, Glos. in clem. dudum, § ac deinde, in verbo præsentari, de sepultu. Abb. Dec. & Franc. in cap. cum parati, de appellat. Felin. in cap. cum omnes de constit. Rot. decis. 3. in fin. de iur. patron. in nouis.

Hinc habes, quod quando requiritur præsentia alicuius in aliquo actu, non sufficit ficta præsentia, quę fit per substitutum, vel per procuratorem, Bald. in l. 1. num. 54. C. qui admitti, & c. Tiraquell. de legib. connubial. Glos. 48. num. 46. quare licèt absens ex iusta causa iuditentur præsens, quoad aliquos effectus, id procedit per fictionem, & impropriè, vnde iura semper loquuntur per verba, censeri, videri, credi, &c. cap. ex parte, & cap. ad Audientiam de Cleric. non resident. quæ verba denotant fictionem, & improprietatem, Bar. in l. si pro emptore, ff. de vsucapion.

Idcircò pluries fuit in Rota resolutum, Episcopos gaudentes alternatiua debere esse verè, & realiter præsentes in diœcesi tempore vacationis, Gõzal. regula 8. Cancellariæ, Glos. 43. num. 41. & licèt Tridẽtinum de reformat. sess. 23. cap. 1. indulgeat Episcopis, vt per

Digitized by Google

vt per trimestre tempus vacent à residentia, & interim faciant fructus suos, nam aliàs esset nimis rigorosa residentia, & iuxta humanam fragilitatem relaxandum est aliquod tempus, tamen in materia, quæ veram, & realem præsentiam requirit, non habentur pro præsentibus, vt in distributionibus, quotidianis, quæ interessentibus diuinis officijs conceduntur, Probus ad Monachum cap. vnico, de cleric. non resident. congerit Garsi. de benefic. p. 3. cap. 2. n. 248. Barbos. allegat. 53. Gonzal. loc. cit. §. 7. nam indultum concessum ad lucrandum fructus in absentia non comprehendit distributiones quotidianas, Caffiad. decis. 1. de cleric. non residen. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. & indultum concessum ad percipiendas etiã distributiones quotidianas in absentia, non procedit in distributionibus, quæ cõsistunt in pane, vino, & victualijs, secus tamen in pecunijs, Archidiac. in cap. Sacerdos 1. quæst. 2. & in dicto cap. vnico num. 1. vers. non tamen talis percipiet victualia, sed Gregor. Lopez. distinguit partita prima, lege 19. Glos. has distributiones, vers. & bene nota tit. 16. quod aut distributiones consistunt, in victualiis, & pecunia, & tunc priuilegiatus in perceptione distributionum in absentia non recipiet victualia, sed tantum pecuniam, aut solùm in victualiis consistunt, & tunc iure licito accipiet, Gonzal. in d. §. 7. num. 177. & probatur à simili, nam quando beneficium consistit tantùm in distributionibus quotidianis, absens ex legitima causa, qui iudicatur præsens, & facit fructus suos beneficii, vt ex cõc. Triden. & ex dicto cap. vnico de Cleric. non resident. in 6. iure licito accipiet illas distributiones, argumento tex. in l. fundus, qui locatus, ff. defũd. instruct. l. quibus diebus, §. Dominus, ff. de condict. & demonstrat. nàm alius priuilegium redderetur inutile, pluries ita fuisse declaratum à Sacra Congregatione refert, & probat post alios Garzias loco cit. num. 351.

Iuxta ista annis præteritis resoluta fuit notabilis difficultas, an Dux Militum, qui non accessit cum sua cohorte ad hospitandum, sed obtinuit declarationem, quòd remanebat in Ciuitate pro regio seruitio, ideòq; iudicandũ illum etiam, vti præsentem in hospitio, posset tuta conscientia recipere non solum schedulas, seù vt vulgo dicuntur, cartellas, quæ sibi competunt ex Regia pragmatica, sed etiam pro vtensilibus non consumptis, & domo non occupata, posset aliquid recipere; Respondi, quod cartellas licito iure accipere poterat, nam sunt fructus hospitii, quod iure militibus debetur, l. 1. C. de Salar. hospit. non præstand. vtensilia verò, & domum, quia sunt res merè personales, & personæ, ipsiusq; vsui debentur, ex quo, verè præsens non fuit, nullo pacto poterat recipere, & sicut priuilegiatus à Principe recipit fructus in absentia, non recipit distributiones quotidianas, & priuilegiatus de recipiendis distributionibus, si consistunt in victualibus, & pecunia, tantùm pecuniam recipient, vt supra dixi; Ergo ita in casu nostro, etiam sic fuit postea à doctissimis aliis, ac Sanctissimi viris resolutum.

Non dicitur autem absens, qui parum distat à loco, nam censetur esse in eodem loco, & habetur pro presenti l. nihil, ff. de captiu. & postlim. reuers. Gomes. in regula de impetrandis beneficiis per obitum familiaris Cardinalis quæst. 17. num. 2. & qui propè locum est, dicitur esse apud locum, l. penes te, & l. id apud se, ff. de verb. significat. Hinc est, quod beneficium, quod vacauit in locis vicinis Sedi Apostolicæ, dicitur vacasse apud Sedem Apostolicam, & propterea re-

seruatum,

Digitized by Google

seruatum, cap. præsenti, vbi Gemin. de praebend. olim Pontifices signantes supplicationes cum data apud Sanctum Marcum, sicut nũc signant apud Sanctam Mariam Maiorem degebant in Mõte Quirinali, Gonsal. dicta Glos. 43. num. 44. & qui statim est reuersurus, absens non dicitur, l. postliminium, §. captiuis, & l. mihi, ff. de capt. & post lim. reuers. & Sacrum Conc. Tridentinum dicta sess. 23. cap. 1. vbi (quoniam autem aliquantisper tantũ absunt ex veterum canonum sententia, non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt) neq; dicitur diuertisse, qui in breui reuersus est, l. quicquid calore iracundiæ, ff. de regul. iur. sic etiam, qui casualiter adest, Felin. in cap. Rodulfus de rescript. & is, qui vocem clamantis audire potest dicitur esse in loco, l. fin. C. de his, quibus, vt indign.

Potest hinc determinari quæstio de præsentia confessarii alloquente regulari monialem consanguineam iuxta decretum Vrbani Papæ Sanctissimi. An scilicet dictus Confessarius teneatur esse physicè præsens, & nunquam alio diuertere, an verò possit tuta conscientia circum circa locum se habere. Respondendum enim est, presentiam confessarij rigorosè non esse intelligendam, sed moraliter, & eo modo quo colloquentes non grauet. Probatur vltra supradicta, nàm verba legis amare, intelligenda non sunt, sed cum aliquo temperamento, l. quid venditor, ibi. Hæc omnia videntur eo pertinere, ne id, quod affirmauit venditor, amare ab eo exigatur, sed cum aliquo temperamento, ff. de edilit. edict. nec minus sunt intelligenda iudaice, Glos. in l. damni infecti. stipulatio competit, §. si is, qui in verbo aliquas, ff. de damn. infect. Alex. cons. 148. num. 12. volum. 6. Cardinalis in Clement. prima quæst. 12. de foro comp. Gonzal. dicta Glos. 43. num. 68. & verba statui, quamuis generalia, & præcisa non solum recipiunt interprætationem passiuam à iure cõmuni cap. cum dilectus, vbi Glos. in verbo iure communi de consuetud. sed etiam modificationem, & limitationem ab æquitate, l. licet autem, ff. de arbitr. l. diuus, ff. de in interg. restitut. Glos. Bart. Angel. & Iason in l. stipulatus sum Damam, ff. de verbor. obligat. Glos. in cap. licèt, in verbo absque vlla exceptione de elect. Præterea præsentia Confessarii nõ requiritur ad integrandum actum, nec est de forma, prout est præsentia consanguineorum, quando statutum requirit ipsorum præsentiam in contractu mulieris, prout dicebat, Bald. in l. 1. C. qui admitti, sed pro bona obseruantia requiritur à summo Pontifice, nec est conditio, sed modus requisitus in dicta colloquutione ex regula sextus in l. quibus diebus Termilius, vbi Bartol. ff. de condit. & demonstration. Idcirco amarè, & rigidè requirenda non erit, & ita practicatur à doctis Confessariis.

Absens pro seruitio Ecclesiæ sit ne existimandus vti præsens & quid de Infirmo, & Carcerato dicendum. Cap. 2.

VTrum autem absens ab Ecclesia pro vtilitate, & negotiis ipsius Ecclesia, iudicandus sit, vti præsens, Respondeo affirmatiuè, cap. cum non deceat, de elect. Nam absentia ex publica vtilitate, nemini debet esse nociua, l. absentia, ff. de regul. iur. & in quacunque dispositione semper intelligitur excepta vtilitas publica, l. iubemus, vbi Bald. C. de Sacr. Sanct. Eccl. l. iubemus, C. de Nauibus non cæcus lib. 11. l. 1. C. vt nemini liceat in emption. se excusare l. 10. l. fin. C. de

Digitized by Google

de cursu public. lib. 11. Vndè beneficiatus, si pro vtilitate Ecclesię abest, facit fructus suos, cap. ad Apostolicæ de cleric. non residentib. cap. vnico, eodem tit. in 6. Sacrum Concilium Tridentinum de refor. sess. 23. cap. 1.

Et procedit regula, etiam si adesset speciale statutum in Ecclesia de residendo, & beneficiatus illud iurasset, Abb. in cap. ex parte num. 3. de cleric. non residen. Guttier. q. canon. cap. 1. nu. 144. Nam licèt iuramentum adimplendum sit in forma specifica cap. ad nostram, il primo, vbi DD. notant de iure iur. quia tamen iuramentum regulatur iuxta statutum, & statutum interpretationem recipit á dispositione iuris communis, Bartol. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. absq; periurij scrupulo, ex quo iudicatur praesens, facit fructus suos. Nauar. consil. 8. de cleric. non residen.

Idem est in canonicis, & clericis, qui sunt in seruitio Episcopi, cap. de caetero, de clericis non resident. Potest enim Episcopus eligere duos ex canonicis pro suo seruitio, cap. ad audientiam, de clericis non resident. Idem est in Cardinali, vt possit habere apud se duos canonicos sui tituli, Io: Andr. Abb. Hostien. & alii, quos citat Filliuc. de statu cleric. tract. 41. cap. 6. num. 29. in fin. licèt Nauar. vnũ tantum canonicum concedat, sed cõmuniter recepta est prima opinio. Et qui inseruiunt Episcopo, Ecclesiae seruire dicuntur, Glos. in dicto cap. de caetero in verbo in seruitio. Idem est in familiaribus Summi Pontificis, cap. cum dilectus, de cleric. non residen.

Omnes autem isti iudicantur tanquàm praesentes, & residentes; idcircò faciunt fructus suos, Nauar. consil. 1. & sequenti, de clericis non resident. latè Gar. de benef. par. 3. cap. 2. num. 348. Couar. lib. 3. variar. cap. 13. Barbos. allegat. 53. Non tamen quoad distributiones quotidianas, nam ille debentur verè interessentibus, vt in dicto cap. vnico, & in cap. Apostolicæ, & cap. cùm dilectus, & aliud est haberi pro præsenti, & aliud pro interessenti, Sac. conc. de refor. sess. 22. cap. 3. vers. quòd si alicui, ibi, tanquàm præsens sit, ac diuinis interfit in Ecclesijs Cathedralibus, ac collegiatis habeatur Franciscus de Leo in Thesaur. fori Eccles. par. 3. cap. 2. num. 24.

Fallit tamen stante consuetudine in contrarium, quæ seruanda erit, Dec. in cap. cum omnes in 2. lectura num. 5. de constitut. Couar. loco citat. Duennas, Sbrot. Oieda, quos refert, & sequitur Gar. d. cap. 2. num. 361. vbi ex multis declarationibus Sacræ Congregationis, probat, attendendam esse consuetudinem, licèt contrarium firmet, Nauar. cons. 2. de cleric. non resident.

Appellatione fructuum beneficiorum non veniunt distributiones, quia licèt dentur beneficiato propter beneficium, non sunt tamen fructus beneficii, dicto cap. vnico, vbi latè Probus ad Monachum num. 53. Oldrad. cons. 118. Puteus decision. 489. Nec etiam dicuntur de corpore beneficii, sed sunt diuersi generis, & naturæ, nec augent corpus prætendæ, ex quo dantur ratione operis, & ministerii personalis, Oldrad. loc. citat. Rota decis. 8. de præbend. in nouis, Cæsar de Grass. decis. 5. de præben. Gonsal. regula 8. in proemio §. 7. num. 153. & 162. congerit. Ricc. in prax. fidei professionis, resolutione 194. ideò condemnatus ad restitutionem fructuum beneficialium, non tenetur restituere distributiones, quia dantur ratione seruitii personalis laboris, & mercedis, Boerius decision. 340. Caputaquen. decis. 29. par. 1. Put. decis. 383. fallit tamen quintuplici-

Digitized by Google

pliciter vide, Gonsal. §. 7. num. 156.

Et quia in percipiendis distributionibus magis laboratur, quàm in fructibus beneficii, idcircò plenius acquiruntur, & potest liberè de ipsis disponere beneficiatus, Glos. in cap. præsenti de officio ordin. in 6. Put. decis. 315. Couar. in cap. cùm in officiis de testam. licèt non possit disponere de fructibus, Gemin. dicto cap. vnico, §. qui verò Anchar. & Francus ibidem, Caputaquen. decis. 92. num. 3. & propterea Bulla Iulii Tertii circa acquisitionem fructuum beneficiorum, per quam statuitur fructus exactos, & incorporatos; cum aliis bonis beneficiarii tanquàm profanos pertinere ad hæredes, maturatos tamen sed non exactos, vel à solo non separatos pertinere ad spolium, non procedit in distributionibus quotidianis, vt ex supra dictis nouissimè Ricc. in prax. variar. resolut. tom. 3. resolut. 117. & beneficiarius licèt ex præcepto Sacri Concilii Tridentini teneatur facere professionem fidei, qua non facta non facit fructus suos, quos Ordinarius non potest remittere, sed tantum Summus Pontifex ex declaratione Sacræ Congregationis, Ricc. in prax. fidei profess. resolut. 193. sess. 24. cap. 12. de reform. facit tamen suas distributiones quotidianas, sic declarauit Sacra Congregatio, vt habetur apud Gonsal. loco cit. num. 170. in hæc verba Congregatio censuit distributiones quotidianas non comprehendi sub verbis Concilii, hic quoniam dantur ratione ministerii personalis, & propter operas suas, & illas percipiens, facit suas. Idem refert Ricc. in prax. profess. fidei resol. 194. fallit tamen in pingui præbenda, & etiam quando præbenda, vel beneficium consisteret tantùm in distributionibus quotidianis, nàm ex defectu professionis fidei amittuntur, Prob. ad monachum in dicto cap. vnico, Grat. loco cit. num. 62. & beneficiatus, qui tenetur soluere annatam beneficii excedentis valorem ducatorum 24. de Camera, iuxta regulam: Cancellariæ non tenetur ad annatam distributionum, nam ipsæ non computantur in fructibus, nec de ipsis soluitur annata, Gomesius in regula de valore quæst. 8. antefinem, Guttier. quæstionum canonic. cap. 1. nec contribuitur in Seminario pro distributionibus quotidianis, sicuti ex dispositione Sacri Concilii Tridentini sess. 23. cap. 18. cæteri beneficiati tenentur, Mandos. cons. 15. num. 2. Gonsal. & Ricc. locis citat. Nec etiam in caritatiuo subsidio, quod de iure aliquando Episcopo debetur cap. cum Apostolus, vbi Abb. & cæter. de censibus, latè Bellecc. tract. de caritatiuo subsidio, nam in taxando caritatiuo subsidio, quod à clericis, & beneficiatis Episcopo debetur, nulla est habenda ratio de distributionibus, Lapus allег. 136. Mandos. & Gonsal. loco citat. Ricc. in prax. caritatiui subsidii resolutione 90. num. 13.

Et beneficiatus, qui obtinuit beneficium nulliter ab Ordinario, quando recurrit ad Sedem Apostolicam pro dispensatione, & compositione pro fructibus malè perceptis, non tenetur declarare distributiones, nec pro ipsis componere, Put. decis. 26. lib. 1. Cassiodor. decis. 6. de præbend. licèt teneatur declarare fructus, Gõsal. & Ricc. sic. cit. Nec in congrua portione assignanda computandæ sunt distributiones quotidianæ Rebuff. in tract. de congrua portione quæst. 8. Rota decis. 5. par. 2. diuers. Cæsar de Grass. decis. 6. de præbendis; secus tamen est in portione assignanda Vicariis parochialium, nam ex Bulla Pii V. anni 1567. incipiente ad exequendum, per quam statuitur

Digitized by Google

ruitur non assignari minorem quantitatem quinquaginta scutorum, nec maiorem centum, computantur etiã in certa emolumenta,& obuentiones de quo latè agit Guttier. cons. 8. Et Scholastici, qui faciunt fructus suos, ex quo iudicantur præsentes,in Eccle siis,cap.fin. de Magistr. & pro vtilitate Ecclesiæ dicuntur abesse, Sacrum Concilium Tridentinum sess. 5. c. 1. de reformat.non tamen lucrantur distributiones quotidianas, cap. licet de præbend. Extant declarationes Sacræ Congregationis apud Garziã loc.cit.num.118.licèt secus sit in Lectore, Predicatore, & Pœnitentiario eiusdem Ecclesiæ, nam iudicantur pro interressentibus, & lucrantur distributiones, pro quo tamen tempore,& quomodo,legendi sunt Garzias, Barbos.Franciscus de Leo,& Ricc.loco cit.

Vicarius Episcopi, licèt faciat fructus suos,& iudicetur vti præsens, non tamen recipit distributiones quotidianas, *nisi tamen* consuetudo sit in contrarium,*Rebuff.in prax.* tit. de Vicar. Episcop. Sbrot. de officio Vicar. qu. 43.secus tamen est in Vicario capitu. li Sede vacante, nam etiam lucratur distributiones,Pauinus de offic.& poteſt.Episcop.Sede vacante,quæst.10. Ratio est,quia expedit Ecclesiæ, vnũ tantùm canonicum deputări pro ipsius gubernatione,& non totum collegium impediri.

Et quando quis est absens pro seruitio ecclesiæ, facit fructus suos, cap. ex parte de cleric. non residentibus, & quando est in loco vbi est ecclesiæ impeditus tamen pro ipsius seruitio, diuinis non interest, percipit etiam distributiones. Et ità *intelligendus* est textus in dicto cap.vnico, probat ibidem Geminianus, Couar. in dicto cap.13. num.8. Guttier. *in* dicto cap. 1.num.183. Zerola,Zecchus, & alij, quos refert Gar.in dicto cap.2. num. 359. & sic constituenda est regula. Quod absens ab ecclesia pro seruitio ipsius,si sit extra locum, seu Ciuitatem vbi ecclesia sita est, tantùm fructus lucratur. Si verò in eodem loco, quia habetur non solum pro residente, sed etiam pro interessente,lucratur distributiones,vt dictum est.

Hinc est,quod infirmus recipit distributiones,dicto capitulo vnico, vbi omnes Canonistæ, Rota in vna Hyspalensi distributionum die Veneris 2. Maii 1603. coram Reuerendissimo Domino Coccino Rotæ Decano. Intelligitur tamen si tempore salutis solitus erat diuinis interesse,Corsetus singulari 152. incipiente An quilibet infirmus,Moneta tractat. de distributionib. par. 2. quæstion. 6. num. 21. Couar.dicto cap.13. num.8. vers. 6. hoc ipsum allegat Ioannem Andr. & Abb.in cap.ad audientiam de cleric. non resident. congerit Barbos. dicta allegat. 53.num. 167. & licèt infirmus debeat esse in loco vbi est ecclesia, vt distributiones acquirat, vt per suprádictos citatos, tamen si ratione sanitatis acquirendæ ad balnea accedat,vel ad clementiorem, & salubriorem aerem consilio medicorum, etiam lucrifacit. Et idem est in eo, qui non aliquo morbo detinetur, sed tuendę valetudinis causa pharmacum accipit consilio Medicorum,Graff.Azor,& Moneta, quos refert,& sequitur Barbos.loc.cit.num. 169.

Et supradicti non solum lucrifaciunt distributiones, si casu in morbum incidunt, sed etiam si propria culpa, Couarruu. loco citat. Tuschus, Guttier. Emanuel, Moneta, Azor, & alii relati à Barbos. loco citato. extant declarationes Sacrae Congregationis, apud Garziam loco citato, numero 362. Ratio est quia licèt propria culpa in infir-

Digitized by Google

mitatem incidant, vndè videretur dicendum illos non posse lucrifacere distributiones, ad instar Episcopi, qui si propria culpa in necessitatem incidit, non potest petere caritatiuum subsidium, Card. & cæt. canon. in c. cum Apostolos, S. prohibemus, de censibus. Alex. de Neuo cons. 57. tamen quia culpa ob quam in infirmitatem incidit, non fuit ordinata directè ad lucrifactionem distributionũ; idcircò non impedit, nam vera est regula, culpam ad casum non ordinatã considerabilem non esse, cap. quia diuersitatem, vbi glos. in verb. suspensus de concess. præben. l. non omne, ff. de statu liber. l. is qui, ff. de act. & oblig. Bart. in l. 2. S. vltimo, ff. si quis caut. & culpa ad casum non ordinata, non est considerabilis, nec ad pœnam, nec ad præmium, nec ad damnum, nec ad commodum, cap. intelleximus de iudic. l. Papinianus. ff. de minor. l. si dictum, S. si commisero, ff. de euiction. latè explicat Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 182. num. 58. cum sequenti. Idem est in Canonico cæco, qui absque vlla dispensatione ad officium non tenetur, Nauar. cons. 15. de celebrat. Missar. & lucrifacit distributiones, latè Ricc. in prax. tom. 1. resolut. 397.

Quod dictum est de infirmis, procedit etiam in carceratis, non tamen ob turpem causam, Io. Andreas in d. cap. vnico, Couar. loc. cit. Nauar. Armendarius, Zecchius, Azor. & alij, refert, & sequitur Barbos. loc. citat. nu. 178. si tamẽ per sententiam fuerit pro turpi causa, vel condemnatus, vel fuerit declaratum iustè fuisse carceratum, & demum per appellationem fuerit reuocata sententia, recuperabit distributiones. Extant declarationes Sacræ Congregationis, apud Gar. loco citat. num. 362. & sequenti. Idem erit in excommunicato iniustè, Gutier. dicto cap. 1. num. 142. & sequenti. Procedit tamen si tempore excommunicationis erat in loco beneficii, Couar. loco citat. Alios congerit Barbos. vt sup.

Idem erit in canonico misso ab Episcopo ad visitandum limina Apostolorum pro obseruantia Bullæ Sixti V. kalendis Ianuarii 1585. incipientis Romanus Pontifex, & non solum canonicus missus ab Episcopo ad limina, sed quilibet prębendatus eiusdem Ecclesiæ, & etiam duo ex canonicis comitantes Episcopum tendentem ad limina.

Extat declaratio Sacrae Congregationis per haec verba. Canonici missi ab eorum Episcopis ad limina Apostolorum, eorum nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina, distributiones lucrantur ex Decreto Sixti V. Extat, & alia declaratio pro praebendatis facta Cardinali Hyspalensi in anno 1589. referuntur eę à Gar. loco citat. num. 359. & seq. Ricc. Armendar, Moneta, & Franc. Leo in Thesauro. refert, & sequitur Barbos. loco citato n. 159.

Episcopus in via ad visitanda limina Apostolica, si moriatur, possit ne frui indulto Pontificio disponẽdi de certa quantitate spolij. Cap. 3.

QVae hactenus dicta sunt, conferunt ad decisionem Lucius quęstionis. An habens indultum à Summo Pontifice disponendi de certa quantitate spolii, si decedat extra Diaecesim in via tamen ad visitanda limina Apostolorum, gaudeat indulto tali. Casus contigit anno 1626. in obitu Illustriss. D. Fabritii Caraccioli Episc. Tropeensi, viri omni virtutum genere ornatissimi, qui hic Neapoli obiit dũ ex Episcopatu suo aduenisset pro-

Digitized by Google

profecturus Romam ad visitanda limina Apostolica. Discussa fuit quæstio in Curia Illustrissimi Domini Nuntij Diaz Apostolici collectoris spoliorum in hoc Regno Naapolitano Fiscus Cameræ Apostolicæ dicebat, Episcopum non debere gaudere tali indulto, ex Bulla Pij V. incipiente In suprema militantis Ecclesiæ anni 1564. per quam statuitur, decedentes extra Diœcesim non gaudere indulto, sed omnia bona, tàm immobilia, quàm mobilia applicanda esse Cameræ Apostolicæ. In indulto autem concesso dicto Episcopo Tropeensi erat expræsse reseruata dispositio Sacri Concilij Tridentini, & Bullæ Pij 4.

Ego verò defendi partem affirmantem, & vltra supradicta, quòd visitans limina non solùm habetur pro residente, sed etiam pro interessente probatur. Nam alias non posset lucrifacere distributiones quotidianas, Bulla autem supradicta, quæ pro tuitione, & exequutione dicti Concilij emanauit, vt constat ex proemio dictæ Bullę, ibi, Sanè licèt in Concilio prę fato, loquitur de absentibus contra Decretum Sacri Concilij, vt in dicta Bulla, ibi, Qui extra praedictas Ecclesias, ac Diaeceses, etiam in Romana Curia, aut alibi degentes, & iuxta decretum, & formam Concilii huiusmodi non residentes decesserint. Pœna verò contenta in dicta Bulla, vt bona omnia decedentium extrà Diœcesim incamerentur, fuit inducta contra contumaces, ibi, vt praefertur, contingerit, ex nunc, prout ex tunc, & è contra in dictae contumaciae pęnam, eiusdē potestatis plenitudine, & tenore, renocamus, cassamus, & annullamus. Igitur si contra contumaces locum habet Bulla, & absentes à propria Diaecesi contra formam Concilij punit; nulla contumacia, nullumque delictum considerari potest, in acceden te ad limina, quia tenebatur facere ex bulla Sixti V. vt supra. Et qui iure permittente aliquid facit, impunè id facit l. Gracchus, ff. ad l. Iul. de adulter. Et non peccat, c. qui peccat, 24. q. 4. Rocch. de Curte tract. de statut. sect. 3. n. 21. Et visitans limina dicitur incumbere curae animarum, vt in dicta bulla Sixti V. propterea iudicandus erit tanquàm praesens, & interessens Ecclesiae iuxta decretum Sacri Concilii sess. 22. de reform. c. 3. vers. quod si alicui, &c. ibi tanquam praesens sit, ac diuinis interfit in ecclesiis Cathedralibus, ac collegiatis, habeatur. Et sicut visitans propriam Ecclesiam, iura, vel redditus suæ praebendae, iudicatur, ac si interesset in Ecclesia, & percipit distributiones quotidianas, Moneta de distribution. p. 2. q. 11. n. 63. Barbos. loc. cit n. 63. ità & eo magis in visitante limina Apostolorum ex praecepto Sanctissimi pro necessitate, ac vtilitate propriae Ecclesiae. Sic resolutum fuit in plena Congregatione corā dicto Illustrissimo Nuntio Diaz anno 1626. non tamē fuit omnimodae executioni de mandata sententia, ob varios clamores Camerariorum.

Iterum expenditur quisnam dicatur absens. Cap. 4.

QVanquam verò absens ex iusta causa nō possit iudicari praesens, quādo statutum, vel consuetudo verā, & realem praesentiam acquirit Bal. in l. 1. n. 54. C. qui admit. Bart. in l. omnes populi n. 62. ff. de iust. & iur. Gonzal. in reg. 8. glos. 43. nu. 12. nisi tamen in casibus à iure expressis, vt in cap. vnico de cleric. non resident. non tamen excluditur absentia modici temporis, nam de minimis non curat Praetor, l. scio, ff. de minorib. latè congerit Corsetus in tract. de minim.

Digitized by Google

in 18. tom. tractatuum, & in iis, qui sunt modici præiuditii etiam exempti comprehenduntur, & leguntur.

Nam licèt ecclesiastici, legibus ciuilibus, & Cæsareis non ligentur, cap. qui in ecclesiarum, & cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constitution. secus tamen in iis, quæ sunt modici præiudicii, Feder. de sen. consi. 85. col. fin. Dominicus in cap. fin. de immunitat. eccles. Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. col. 26. vers. 1. Fulvius Constant. in l. 1. de venditione rer. fiscal. num. 31. Item licèt is dicatur residere, qui continuò moratur in residentia, Archidiac. in cap. licèt canon. de elect. in 6. nec ex eo, quod aliquibus diebus diuerterit à residentia, dicetur non residere, nam non matemathico rigore, sed moraliter, & ciuiliter intelligenda est ea residentia, item is, qui tenetur semper cum aliquo esse, non tenetur omni momento temporis esse cum illo, l. si quis ita legauerit ibi, quia non omne momentum exigendum sit, vt cum liberis sit, sed vt eam mentem, & id propositum habeat, ne filium à se met dimittat, ff. de condition. & demonstrat.

Item perpetuum dicitur stillicidium, licet non semper cadat, l. foramen, ff. de seruit. vrban. prediorum. Sicut etiam dicit textus in l. 1. §. quotidiana, ibi quotidiana aqua est, quæ duci assiduè solet, vel æstiuo tempore, vel hyberno. Et tam si aliquando ducta non est, ea quoque dicitur quotidiana cuius seruitus intermissione temporis diuisa est, ff. de aqua quotid. & æstiu. Glos. ibi in verbo, tempore, dicit, vt interuallo mensium, vel dierum; Item qui quotidie tenetur celebrare, potest aliquando cessare absque amissione fructuum cap. significatum ibi, quanto frequentius potest salua honestate sua de præbendis, & dignitatib. Item quotidie dicitur fieri, quod aliquo interposito tempore fit, Abb. & Felin. in proemio Decretalium in Verbo, Rex pacificus; Item testis deponens aliquem, quotidie possedisse, vel resedisse in Ecclesia, non dicitur falsus si aliquo interuallo non possedit, vel non resedit, Abbas, & Felin. loco citat. Perez de anniuersar. & Cappellan. lib. 2. cap. 8. num. 29.

Sicut etiam, qui iurauit continuò stetisse in aliqua Ciuitate, non dicitur periurus, si aliquando abfuit, Romanus cons. 264. Additio ad Abb. loco citat. facit, Glos. in cap. Sacro Sancta, in verbo, sine intermissione ibi, non tamen in quolibet instanti, sed horis constitutis, distin. 22. Idem est si diceretur assidue, Glos. in cap. de quibusdam 37. dist. cap. frequens de restitution. spoliat. Idem si dicat die, noctuque, Archidiac. in cap. statuimus 43. distinct. Vel si dicat, intermisse cap. denique 21. distinct. Vel si dicat, indeclinabiliter, nam etiam intelligitur in debitis horis, & non continuatò.

Ac etiam si diceret, omni tempore, vel nunquam, cap. nunquam, vbi glos. de consecrat. distin. 5. & cap. 1. & 2. 85. distinct. Continuus etiam dicitur cõmensalis, qui aliquando diuertit, animo tamen redeundi, Simoneta de reseruat. benefic. q. 35. num. 12. & seq. Et beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalis, quę non possunt conferri absque consensu Cardinalis, si fuerit in Curia, ex regula Cancellariæ 31. de impetrand. benefic. per obitum familiaris Cardinalis; si per aliquod breue tempus abfuerit Cardinalis à Curia ex causa recreationis, non concedentur absque ipsius consensu, Mandotius in dicta regula num. 5. Gomes. ibidem qu. 7. num. 6. Nam qui casualiter abest, non dicitur abesse, Felin. in cap. Rodulfus num. 14. de rescriptis, Gonsal. loco citat. num. 82.

Idcircò

Digitized by Google

Idcircò male faciunt Ordinarij prohibentes Parochis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt nec per vnam diem discedãt à Parochia, Perez loco citat. num. 20. Zerola in praxi parte 2. in verb. Residentia, ver. Quarto, an quis possit, vbi limitat, nisi ex aliqua causa vrgentissima.

Quliter autem iudicãdum sit modicum tempus, quia variè accipitur, & à subiecta materia declaratur, prout tradit Alberic. in dictionario, in verbo modicum tempus, arbitrio boni viri iudicandum est, vt docet Menochius de arbitrar. iudic. casu 11. & 361. nu. 21. Modicum certè tempus aliquando dicitur mensis, &, quod infra triginta dies fit, in modico tempore dicitur fieri, Lucas de Penna in l. omnes omninò Curiales, C. de decurion. lib. 10. Dec. in l. quicquid calore iracundiæ, ff. de reg. iur. Tempus enim vnius mẽsis respectu totius anni, dicitur modicum tempus, Suar. de Relig. tomo. 1. de diuino cultu cap. 21. num. 8.

Faciunt supradicta ad interpretationem Decreti Sacræ Congregationis de missis celebrandis, per quod prohibetur ecclesiasticis stipendia missarum accipere, nisi pro tot missarum celebratione, quę in modico tempore celebrari possint. Nam absque scrupulo poterunt accipi pro tot, quæ in mense celebrari poterunt, & etiam per bimestre tempus, sic dicitur Romæ practicatum fuisse. Fundatur etiam hoc, quia bimestre tempus non dicitur lõgum, sed modicum. Probatur ex Tridentino sess. 23. de reform. cap. 1. vbi conceditur Parochis per bimestre tempus non residere in Parochia, qui tamen semper tenentur residere. Verum, vt dixi, breuitas temporis regulariter regulanda est à subiecta materia, Bartol. in l. 3. §. eum igitur, ff. de vi, & vi armat. Bal. in l. fin. C. de his, qui à non Domin. &c. Ricc. decis. 335. p. 4. & arbitrio Iudicis relinquenda, vt post Bart. & Bal. supra citatos, tradit Rot. Rom. dec. 70. p. 2. in nouissim. & Menoch. vbi supra.

Absentes an vocandi ad actus Capitulares. Cap. 5.

AD Capitulares autem actus regulariter non sunt vocandi absentes, Glos. in cap. 2. in verbo ipsorum de testib. in 6. & in cap. fin. in verbo præsentia, de maiorit. & obedien. Est cõmunis opinio, quam probant Cardin. Abb. Felin. & Bald. in c. cum omnes de constitution. Idem Bal. in Authen. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccl. latè congerit additio ad Abbatem, in dicto cap. cum omnes, Ioann. Gratian. in verbo vocari, regula 480. Ratio est, quia expeditio actuum capitularium non pertinet ad illos, qui sunt de capitulo pleno iure, & particulari, sed de iure communitatis, & quod commune est, meum non est, idcircò absque quòd vocentur, actus tenet, si expediatur à maioti parte præsentium cap. fin. de maiorit. & obedien. cap. 1. de his, quę fiunt à maiori parte Capituli. Nam aliàs actus corrueret, si pleno iure competeret absentibus, & non vocarentur, l. 3. §. causa cognita, ff. de bonor. possession. Notabiliter aduertit Felin. in dicto c. cum omnes num. 12. Intelligitur autem supra firmata conclusio de absentibus extra Ciuitatem, nam qui in Ciuitate est, non dicitur absens, l. absentem, ff. de verbor. significat. & debẽt vocari, l. 2. C. de Decurion. lib. 10. Glos. in dicto cap. cum omnes, vbi Abb. num. 7. vers. modo venio ad tertium. Aliàs actus posset rescindi, vt per supracitatos Auth. Intelligitur etiam eadem conclusio de absentibus propria voluntate, tàm in re, quàm in causa, nempè si ex propria culpa

abes-

Digitized by Google

abessent, Innoc. in cap. 2. de noui oper. nunciat. Bar. in l. omnes populi, ff. de iustit. & iure, latè Felin. & Abb. loco citato.

Ampliatur suprafirmata conclusio, vt procedat etiam in alienatione rerum Ecclesiæ. Nam sufficit maior pars præsentium, nec absentes vocandi sunt, cap. ea quæ, §. hoc ius porrectum, 10. quæst. 2. Auth. hoc ius porrectum, vbi Bald. & alii C. de Sacrosanct. Eccles. Glos. & communiter Canonistæ in dicto cap. cum omnes.

Ampliatur secundò in compositione facienda super aliquo prætenso iure, sic etiam in litigando, cap. fin. vbi, Glos. in Verbo presentium, vbi omnes Canonistæ, de maiorit. & obedient. & quod Regulares, qui, ex eò quod omnia pro Christo Domino dimiserunt, præsumuntur iustam litem mouere cap. 2. vbi, Glos. in Verbo, non fecissent, de noui oper. nunciat. facit tex. in cap. nimis iniqua, de excessib. Prælator. non enim præsumendum est, quòd aliena appetant, qui propria reliquerunt, cap. expedit 12. quæst. 1. cap. Lugdunensis, 9. quæst. 2.

Fallit tamen supra firmata conclusione in electione, nam absentes vocandi sunt, & expectandi cap. quia propter, de elect. Syl. & cæteri in verbo electio, Glos. in dicto cap. 2. in verbo ipsorum, de testib. in sex. Intelligitur autem de electione, quæ ius, & titulum tribuit, non de aliis electionibus, Felin. in dicto cap. cum omnes. Hinc respondi in facto in electione Patris Vocalis interfuturi cap. Generali, nostro. Absentes, vt supra in principali conclusione, non esse expectandos ex duplici ratione: Primò quia textus in cap. quia propter, procedit, quando agitur de electione Prælati, habentis iurisdictionem, ob cuius mortem Ecclesia dicitur viduata, iuxta textum in cap. sicut 7. quæst. 1. non autem in electione aliorum inferiorum, Glos. in cap. sicut, in verbo, forma, & in cap. si cui, in verbo concilium de elect. in 6. Abb. in dicto cap. quia propter num. 12. Syl. in Verbo electio 2. num. 2. 3. & 4. Secundò quia dum voluntariè absunt à loco electionis, ex quo sunt extra gremium, non dicuntur de numero electorum, cap. quod nobis, vbi Abb. dicit, esse menti tenendum de electione Glos. in Clement. quo circa de election. Miranda in Manuali Praelator. quaest. 23. art. 20.

Secundò limitatur principalis conclusio in receptione alicuius in canonicum, vel in collatione beneficii, vel praebendae. Nam tunc absentes, si commodè fieri valeat, vocandi sunt, alias irritari posset receptio, vel collatio cap. cum in Ecclesiis, de praebendis in 6. Glos. in dicto cap. 2. in verbo, ipsorum; Ratio est, quia de principali statu Ecclesiae, agitur, dum aliquis in canonicum recipitur, vel beneficium ei confertur, Bal. & Felin. in dicto cap. cum omnes. Hinc est, quod invitis clericis, quando facultates Ecclesiae non suppetunt, nullus potest in Ecclesia instituí, cap. authoritate de institut. Et ex hoc infertur, quod superior regularis non potest aliquem assignare in domo, renuentibus habitatoribus, quando facultates non suppetunt, vel ex certis redditibus, vel ex consuetis eleemosynis: Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. de regularibus, ibi in praedictis autem monasteriis, & domibus, tam virorũ, quàm mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus is tantùm numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possit substentari. Et Sacrum Concilium

cilium addit se dispositioni iuris cõmunis adhærere in cap. vnico, §. sanè de statu regular. in 6. Nam Bonifacius 8. in dicto §. sanè, tantùm monialibus Ordinum non mendicantium prouidit, Sacrum verò Concilium, Regularibus vtriusque sexus, & cuiuscunque Ordinis; Bonifacius voluit eas tantùm moniales recipi, quæ absque penuria substentari possent, Sacrum verò Concilium, vt commodè substentari possint. Et maxima est differentia inter vtrumque, optimè aduertit additio ad Glos. in dicto §. sanè, in Verbo absque penuria. Et post Bullas Clementis 8. & Pauli V. extat Decretum Sacræ Congregationis Concilii annuente Sanctissimo Vrbano 8. per quod mandatur in quacunque Religione taxari numerum in Capitulo generali, habita ratione reddituum, per decennium exactorum, vel eleemosynarum infra eundem terminum receptarum. Ac demum infra annum à die capituli, certam reddendam, Sacram Congregationem Regularium. Vndè liquidò constat, nullo pacto posse superiores Regulares assignare aliquem alicubi, quando facultates eius loci non suppetunt seruata forma Concilii, & Bullarum.

Tertiò limitatur, in cessatione à diuinis facienda ex rationabili causa. Nam tunc etiam absentes vocandi sunt, cap. quamuis de offic. ordinar. in 6. Quando enim Ecclesiæ iniuria afficitur, non solum Prælatus debet illam vlcisci cap. is, qui Prælatus, & cap. Guilisarius, 23. quæst. 4. cap. solitariè, 63. distinct. Glos. in cap. 1. de maledicis, & hoc etiam per censuras Ecclesiasticas, cap. dilecto, de senten. excommunic. in 6. Genuensis in praxi cap. 18. sed etiam per cessationem à diuinis, quæ lumen vnicum appellatur ad repellendas iniurias Ecclesiæ factas Clement. prima de sentent. excommunic. sed quia grauissimum est negotium, cessatio enim à diuinis æquipollet interdicto, vt docet Sayr. lib. 5. de censur. cap. 17. cum aliis sequen. idcircò absentes vocandi sunt.

Quartò limitatur in magnis, & arduis negotiis, Innoc. in cap. 2. de noui oper. nunciation. & in dicto cap. cum omnes, vbi alios allegat Felin. Et propterea licet in alienatione rerum Ecclesiæ, absentes non sint requirendi, vt supra dictum est, in alienatione tamen magnarum rerum, vel nobilium pretiosarum absentes vocandi sunt, Bald. in dicto cap. cum omnes, & ibidem Felin. Probatur limitatio. Nam ratio, quare suprafirmata regula, quòd absentes non sunt vocandi in actibus capitularibus, non procedit in electione, receptione in canonicum, & cessatione à diuinis, est, quia sunt illæ res magni præiudicii, ac propterea excipiuntur à regula supra firmata. Ergo quotiescunque euenerit casus similis præiudicii, ex identitate rationis, idem erit dicendum ex Glos. in l. 1. C. de condition. indebiti, & non solum lex ex identitate rationis extenditur, sed etiam casus exceptus à lege, cap. cum dilecto, de confirmat. vtili, vel inutili, Innocen. loco citat. Antonius de Butrio Abb. & Felin. in dicto cap. cum omnes.

Quintò limitatur, quando præsentes maiorem partem non constituerent, Glos. in cap. fin. in verbo præsentium, de maior. & obedien. Felin. in dicto cap. cum omnes num. 22. vers. vel potest dici. In hoc autem articulo aduertendum est, nam multi tenent, quod conuocata vniuersitate per sonum Campanæ (quod est propriè signum conuocationis, tam sæcularium, quàm Regularium ad aliquem actum legitimum faciendum, cap. in causis, ibi, Campanam pulsare fecerunt)

Digitized by Google

runt) de elect. ad minus comparere debent duae partes Vniuersitatis, Bart. in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. Quarum postea maior pars concludit, facit textus in l. nominationum, C. de decurion. lib. 10. ibi quòd à maiori parte ordinis in Vrbe positae totius Curiae instar exhibeant, & regulariter. quando aliquis est eligendus in Magistratum, duae partes ex Decurionibus debent esse praesentes, quarum postea maior pars concludit l. 2. ff. de Decret. ab ordinar. facien. l. nulli, ff. quot cuiusque Vniuersit. facit tamen textus in l. fin. C. de praediis Decurion. lib. 10. Et quod dictum est de Vniuersitate populi, quòd duae partes comparere debeant, idem erit in Concilio Ciuitatis, nam repraesentat totum populum, Glos. in rubr. quae sit longa consuetudo, latè Lucas de Penna dicta l. nominationum, & haec Bart. opinio in tota Tuscia practicatur, vt idem Bart. testatur. Contrariam tamen Sententiam defendunt Canonistae, quam latè probat Abb. in cap. de illis de elect. 3. quòd omnia expediantur per maiorem partem cõparentium signo dato; Ratio est, quia quando conuocatio fit ab habente authoritatem conuocandi, non venientes dicuntur contumaces, Innoc. in cap. primo de maiorit. & obedien. & in cap. 3. de noui oper. nunciation. vbi omnes Canonistae, Idcircò voces absentium contumacium accrescunt praesentibus, & nolentes venire reddunt se alienos cap. cum nobis de elect. & extra gremium dicuntur, Glos. in Clement. quia circa, de elect. Idcircò absurdum est computari in numero eos, qui nolunt venire, late Miranda in Manuali disput. 23. art. 20. & Vniuersitas potest residere in vno cap. graui de postulat. Praelator. l. sicut, ff. quot cuiusque Vniuersit. Et iniquum est ex aliquorum absentia, vniuersitatis negotia retardari, vt optimè considerat Abb. in dicto cap. de illis. Haec sunt rationes Canonistarum, qui magis veritatem essequuti sunt; Conciliari tamen possunt opiniones hoc modo. Quòd quando Vniuersitas absque Superioris mãdato de per se congregatur, procedit opinio Bart. & sequacium. Quando verò ab habente authoritatem conuocatur, procedit opinio Canonistarum, Abb. in dicto cap. de illis. Et regulariter in tota supradicta materia attendenda est consuetudo, Anton. de Butr. in dicto cap. cum omnes num. 16. latè Lucas de Penna in dicta l. nominationum. In nostra Religione conuocato Capitulo à Praeposito per sonum Campanae, expletur quodcunque negotium per maiorem partem, vel duas partes accedentium secundum subiectam materiam, seruata forma Constitutionum, ac Decretorum.

Sextò Limitatur in negotiis tangentibus singulos, vt singulos, nam absentes requirendi sunt l. per fundum, ff. de seruitutib. rustic. praedior. Abb. & caeteri in dicto cap. cum omnes. Et licet Episcopus cum maiori parte Capituli possit negotia Ecclesiae explere, toto tit. de his, quae fiunt à maiori parte Capituli, tamen in impositione gabellarum pro publica necessitate, vel in remissione alicuius Franchitiae ab Vniuersitate Clericis debitae, non sufficit consensus Capituli, sed requirendus est Clerus, cap. non minus, vbi Abb. num. 5. de immunit. Eccles. Clement. 1. & 2. de censib. Innocen. in cap. vestra, locati. Sic respondi in facto Consultus à Capitulo Capuano, quòd cum consensu Archiepiscopi intendebat remittere franchitias Vniuersitati pro admissione, & substentatione cuiusdam Religionis. Et quamuis textus in cap. fin. de his, quae fiunt à maior.

par.

Digitized by Google

par. cap. statuat potuisse Archiepiscopum Rothomagensem cum maiori parte capituli obligare cęteros ad cõtribuendum pro quantitate reddituũ ad necessariam Ecclesię refectionem, tamen tex. ille habet varios intellectus,& præcipuè. quòd ibi Archiepiscopus cum maiori parte capituli per viam statuti mandauit, beneficiatos debere contribuere, pro vt videtur sentire, Dec. in dicto cap. cum omnes; Ex quo infertur notabilis doctrina, nempè. Quòd licèt non possit maior pars communicare aliquid extraneo in præiudicium minoris Collegii, non consensientis. Nam quòd omnes tangit, ab omnibus approbandum est, cap. quod omnes, de reg. iur. Et semper requiritur consensus illius, cuius ius minuitur, l. in concedendo, ff. de seruitutib.& aqua. Et item in re communi melior est conditio prohibentis l. Sabinus, ff. commun. diuidun. Glos. in l. nõ aliter, ff. de vsu,& habitat. Vnde nõ potest maior pars Collegii dare facultatem extraneo, vt in aliquo particulari negotio vocem habeat; sed omnes,& singuli de Collegio debent assentiri, Compostellanus, quem refert,& sequitur Abb. in cap. scriptũ col. 2. de electione, Rota decis. 40. in antiquis, incipiente, nota quia heri; & licèt cõtra Compostellanum insurgat Roman. in l. de pupillo, ff. de noui oper. nunciat. opinio tamen Compostellani communiter practicatur, & ab ea non licèt recedere, Dec. in dicto cap. cum omnes num. 6. vers. 30. fallit. Poterit tamen, maior pars Collegij aggregare extraneum in Collegio per viam statuti, qua aggregatione facta, non vti extraneus vocem habebit, sed vti quilibet de collegio; Abb. quæst. 1. num. 29. Tuschus in verbo maior pars, concluſ. 14. Franc. decis. 2. num. 22.

Examinãtur quædam Decreta Religionis Clericorum Regularium in materia electionis. Cap. VI.

HInc agam de quodam *Decreto* Religionis nostræ in Capitulo generali anno 1627. statuto, in materia electionis Patris vocalis Capitulo Generali interfuturi. Vt enim redderetur facilior electio in domibus, vbi multus est eligentium numerus, statuit Capitulum, quod si post tertiam vicem, qua suffragia tulerint, nemo fuerit electus, tunc publicentur ij duo tantum quibus plures, est vocalibus, licèt non pro maiori parte, fuerint suffragati, ac postea noua fiat electio in alterum ex illis; & si suffragia paria inueniantur, antiquior professione censeatur electus; Dubitatum fuit, an potuisset capitulum in præiudicium absentium vocalium hoc statuere, & videbatur dicendum, quòd non. Quia in tangentibus singulos, vt singulos, absentes sunt vocandi; Secundò quia iam erat ius quæsitum cæteris vocalibus absentibus iunioribus, de quorum prejuditio agebatur, 3. quia sicut maior pars nõ potest præiudicare minori, statuendo contra ius, Bald. in l. veterem, C. de authorit. præstan. Roman. cons. 352. num. 12. Tuschus in verbo maior pars, concl. 15. ita,& absenti, prout videtur sentire Felin. in d. cap. cum omnes col. 10. vers. 2. fallit, de constitut.

Contrarium tamen fuit resolutum, Ratio est, quia ius eligendi spectat ad vocales collegialiter, & propterea spectat ad singulos, vt vniuersos. Regula enim est, quòd quotiescunq; aliquid Collegialiter est explendum, nunquam pertinet ad singulos, vt singulos, sed ad singulos, vt vniuersos, Anchar. cons. 418. Abb. in cap. per vniuersalem

Digitized by Google

col. 8. vers. & hæc, faciunt in argumẽto de elect. Zabarell. cõs. 154. vbi dicit, quòd ex eo, quòd electio Summi Põtificis fit per Cardinales collegialiter, pertinet ad singulos, vt vniuersos, facit, Glos. in Clement. nè Romani, in verbo cætum, de iudicijs. Optimè Franc. in dicto cap. 2. num. 8. In tangentibus autem singulos, vt vniuersos indubitatum est, absentes non esse vocandos, vt supra fundatum est. Et maior pars prœualet minori, l. quòd maior, ff. ad municipal. & de incolis cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori part. capit. Et quod fit à maiori parte, dicitur in plena concordia factum etiam in præiudicium absentium, quando de iure, vel cõsuetudine vocandi non sunt, Glos. notabilis in cap. cum olim, in verbo prœsentes, de senten. & re iud.

Accedit etiam, quòd Decretum capituli bono zelo factum fuit, non malo animo ad iuuenum exclusionem, propterea suam obtinet firmitatem, argumento textus in d. cap. cum omnes, & facit, Glos. ibidem in verbo constitutum, vers. sed hoc ideò, latè agit ibidem Felin. de constit. quæ bono zelo fit, & propterea non potest peti, quod reuocetur. Sicut in statuto in præiudicium alicuius facto potest reclamari, quia extraiudiciaria non transeunt in rem iudicatam, & fortior dicitur sẽtentiam Iudicis, quàm statuti, Bald. in l. 1. §. similiq; modo, C. de Latin. libertar. tollen. & conceditur annus ad reclamandum à talibus statutis, Bart. in l. ambitiosa, col. penul. vers. infra quale tempus, ff. de Decret. ab ordinar. faciend. per tex. in l. qui grauatos, C. de collation. lib. 12. latè Rota in dicto capit. cum omnes. Et statutum laicorum bona fide factum præiudicat Ecclesia in acquirendis, Dec. in Authen. cassa, & irrita num. 7. C. de Sacrosãct. Eccles. Couar. Mencacha, Cenedo, & alij, quos refert, & sequitur Barbosa de offic. Episc. alleg. 59. n. 53.

Et sicut statutũ, quòd electio fiat ab omnibus nemine discrepante non valet, propter facilem hominum discordiã, l. item si vnus, §. fin. ff. de arbitr. l. 1. §. fin. ff. de acquir. possess. ob quam nunquam fieret elect. Alex. cons. 224. lib. 6. vbi agit de iurament. Sũmi Pont. & statuto ab ipso facto de non creando Cardinales, vel de non alienando res Ecclesiæ, nisi omnes, & singuli Cardinales consenserint, idem agit Andr. Sicul. cons. 1. lib. 1. Ita debet valere, & rationabile iudicandum erit, quod pro faciliori electione statutum fuit; Expedit enim, electiones fieri, vt multorum consilio possint negotia Religionis expediri, iuxta illud, Salus vbi multa consilia. Et statutum factum in damnum aliquorum, si ex rationabili causa fiat, valet, Ang. in l. impetrata, C. sententiam rescin. non posse, per tex. in l. neq; Dorotheum, & l. Dottitii, C. de decurion. lib. 10. Anton. de Butr. Imola, & Felin. num. 1. in dicto cap. cum omnes. Nec requiritur, quod omnes de cap. consentiant, pro vt dicebat, Ang. cõs. 267. incipien. visis, & examinatis, & c. sed sufficit maior pars, prout in cæteris negotiis, Imol. in cap. fin. vers. circa secundã partem de consuetudinib. Felin. l. 1. num. 2. Igitur si pro bono Religionis factum fuit statutum, nullus erit locus quœrelæ.

Etiam facit, quòd inter electos numero pares mandauit Capitulum præferẽdum fore antiquiorem professione. Hoc enim non solum est secũdum iuris dispositionem, sed etiam confert ad bonum regimen Religionis. Nam in honoribus, prœeminentiis, & dignitatibus antiquior semper est prœferendus, l. fin. C. de Tironib. lib. 12. l. semper, ff. de iur. immunit. l. 1. & 2. ff. de albo scribendo, cap. Episcopi, vbi Glos. 24. distinct. est materia textus in cap. 1. & in cap. statuimus de maioritate, & obedientia, vbi omnes Canonistæ. Et in electionibus, &

in

in vocibus antiquiores præferũtur iunioribus, l. Alexandrin. C. de Decurion. lib. 10. cap. Episcoporum 74. distinct. latè congerit. Iason in l. cum quid in 2. lectura num. 36. ff. si certum petatur. Et etiam in consilium præstando; Nam consilium seniorum melius est, quàm iuuenum, cap. ex multa, de voto. Et præsumitur magis pro senibus, quàm pro iunioribus, Glos. in cap. cum in iuuentute in verbo, ad senilem, de præsumption. Et melior est vmbra senis, quàm eloquẽtia, vel gladius iuuenis, Bald. in cap. 1. de renuntiat. & in l. cum antiquioribus, C. de iure deliberan. Iason loco citato.

Dices, obstare textum in cap. quia propter de elect. in quo mandatu, electionem debere fieri à maiori parte. Et in pari num. suffragiorum, nunquam quis censetur electus, videlicèt si ex viginti, decem eligerẽt, Glos. in cap. vnico, S. cum verò in verbo, assensu, ne Sede vacante, Abb. in cap. postulastis, vbi Butrius, & Imola de concess. præbendæ, Sanch. in decalog. lib. 5. cap. 4. num. 69. Imò iubente Episcopo aliquem recipi in monasterium sibi subditum, intelligitur consentiente maiori parte, aliàs maiori parte non cõsentiente, si reciperetur, posset appellari, Oldrad. cons. 97. Anchar. Franch. Geminian. Monach. & Probus in cap. fin. de regular. in 6. Et capitulũ quia propter, continet clausulam decreti irritantis, propterea ligat etiam ignorãtes, quoad actus inualiditatem, cap. dudum, & cap. penultimo de præbendis in 6. cap. si eo tempore, in verbo, ignoranter, de elect. in 6. Felin. in cap. cæterum de rescript. cumulat. Bononia de elect. dubitatione, 3. num. 6. Et tanta est vis decreti irritantis, vt consuetudo in contrarium allegari non possit Boerius in propriis terminis, decis. 1. num. 49. Rota coram D. Cuccino in vna Metentis monasterij; & coram eodem in Treuerensi Abbatiæ. Et etiam futuram impedit, Geminian. Archidiacon. & Franch. in cap. cum de benefic. de præbendis in 6. latè Gabriel. cõmunium conclus. tit. de clausul. conclus. 3. Martha de clausul. par. 1. clausulæ 129. vbi refert varios Rotæ Decisiones. Redditur enim incapax quælibet persona circa materiam, in qua adest decretum clausulæ irritantis, Idcircò nullum statutum, nullaq; consuetudo in contrariũ potest introduci, latè Suar. de legib. lib. 7. cap. 19. num. 13. Bononia loco citato.

Respondeo enim, vt supra dictũ est, quod textus in dicto cap. quia propter, non habet locum in electione vocalis, sed tantum quando prouidetur Ecclesia viduata, vt supra in 1. limitatione, idcircò nõ facit ad quæstionem, de qua agitur.

Nec Clem. exiui, in vers. demũ, de verb. & rerum signific. facit contra nos, vbi habetur, quòd sublata sit collatio meriti ad meritum, & zeli ad zelum, sed tantum numerus sit attendendus, & propterea à maiori parte suffragiorũ facienda sit electio, vt latè prosequitur, Tusch. in verbo elect. conclus. 17. & Molfes. in summ. tit. de benefic. Nã respondetur, quod Sixtus IV. concessit, & in perpetuum indulsit Capitulis Generalibus Ordinis S. Hieronymi, vel inter capitulum, & capitulũ Prioribus Generalibus, quod possit supplere quoscunque defectus ex commissione, præteritione, transgressione, contemptu, aut negligentia iuris, vel statutorum Ordinis, qualitercunq; in electionibus interuenientes, contrariis quibuscunq; non obstantibus, Habetur concessio, apud Rodriq. de regularib. tom. 2. quæst. 52. art. 1. & apud Bononiam loco citato dub. 4. & hoc priuilegium fuit cõfirmatum à nostro Paulo IV. Patribus de Obser. die 1. Iulii 1555. priuilegio, quod incipit;

Digitized by Google

Ex Clementis Sedis Apostolicæ, cum clausulis derogatoriis, etiam nouissimo Lateranensi Concilio, vt per Bonon. loco citat. & Paulus 4. omnia priuilegia aliis Religionibus concessa, nostræ Religioni concessit, vt in compendio Peregrini; Igitur, si potest Capitulum Generale supplere defectus Electionum contra iuris dispositionem, quid mirum erit si in paritate suffragiorum mandauerit, antiquiorem professione esse præferendum, non obstante, quòd maiorem partem votorum physicè non habuerit. Et certum est in paritate suffragiorum, aut iterum esse recurrendum ad suffragia, aut ad superiorem cap. fin. vbi Io. Andr. & alii Canonistæ de re iudic. latè congerit Molfes. ad consuetudinem Neapol. parte 10. quæst. 22. Idcircò Capitulum Generale ad omnem dubitationem tollendam pro bono Religionis mandauit, illum ex Vocalibus accedere debere ad Capitulum Generale, qui professione antiquior, paritatem obtinuit suffragiorum.

Pro confirmatione facit. Quòd licet Episcopus cum consensu Capituli non possit statuere contra ius canonicum cap. vestra, vbi glos. in verbo statuto 1. de locat. & conduct. cap. quod super his, ibi, dummodo in ipsa Synodo non ducas aliquid statuendo, quòd canonicis obstet institutis de maior. & obed. vbi omnes canonistæ, & præcipuè Felin. Clem. nè Romani vbi Glos. in verbo inferiorem, de elect. cap. inferior 20. distinct. & ratio est quia nullus inferior potest facere statutum contra legem superioris, cap. inferior de maior. & obedient. & hoc non solum ex defectu potestatis, prout latè probant Bart. Bald. & cæteri in l. omnes pupilli, ff. de iustit. & iur. Azeuedo lib. 3. tit. 6. lege 14. sed etiam ratione reuerentiæ, quam inferior suo superiori habere debet l. potioris C. de offic. rectoris, Andr. de Iser. in proemio constitut. vbi latè Afflict. quæst. 2. & 3. Idcircò vniuersitates. Quarterias, & Collegia, quæ possunt sibi ipsis facere statuta pro bono regimine, non possunt tamen contra ius commune, vt per supra citatos, & etiam Religiones, quæ possunt sibi ipsis facere statuta pro bono regimine, Innoc. in cap. in singulis, de statu regular. Suar. de legib. lib. 4. cap. 7. num. 21. Rodriq. de regular. tom. 1. quæst. 10. art. 1. & quæst. 17. artic. 2. non tamen contra ius Canonicum, vltra supra citatos, latè probat Alexand. consil. 106. Thusc. in verbo Abbas cum consensu Capituli, concluf. 13. Tamen in casibus in quibus Episcopus potest dispensare iuri communi, poterit in illis licito iure statuere contra ius commune.

Ratio est, quia ex eadem iuris authoritate, hoc facit iuxta textum in cap. at si Clerici, §. de adulteriis de iudiciis. Et non dicitur peccare, qui iure permittente aliquid facit l. Gracchus, ff. ad leg. Iul. de adulter. cap. qui peccat 24. quæst. 4. Et sic intelligenda est doctrina Butrii, & Imolæ in cap. 2. de maiorit. & obedien. dicentium posse, Episcopum statuere, non dum addendo, sed etiam detrahendo iuri canonico, vt possit in illis casibus contra ius canonicum statuere, in quibus potest dispensare, latè probat Rocch. de Curte in cap. fin. de consuetud. sect. 3. num. 21. vers. septimus est casus, alias in contractu, de statutis in dicta sect. in tom. 2. tractatum. Refert, & sequitur Barbos. de officio Episcop. alleg. 93. in fin. Ergo ita etiam dicendum in nostra Religione, nam si potest ex priuilegio Sixti 4. confirmato à Paulo 4. supplere defectus occurrentes in electionibus, & dispensare in illis etiam contra iuris communis dispo-

sitio-

Digitized by Google

sitionem, vt dictum est, ergo, & statuere ad instar Episcopi; Certum est enim, Superiores nostræ Religionis habere iurisdictionem quasi Episcopalem, & omnia posse in Religionis regimine. Imo maiora in quolibet subdito, quæ Episcopus in suos Diæcesanos. Ita præfati authores,& præcipuè Roc. & Barbosa.

Mihi tamen non placet eorum doctrina, non enim tenet consequentia. Potest superior in aliquo casu dispensare, ergo in ipso statuere sic notabiliter Innoc. in cap. dilectus num. 2. vers. vel hic, de tempor. ordination. per hæc verba potest dispensare Episcopus in eo, quod factum est, vt tolleretur, non autem super faciendo, vt aliquid fiat contra canones. Idem sentit Federicus de Senis cons. 17. col. 4. vers. non obstat, quod octauo loco ponitur. Quia, vt ipse inquit dispensationes aliquando fiunt ex causa necessitatis, ergo non sunt trahendæ ad ius commune, vt pari modo fieri possint, & facit in simili. Quia facilius dispensatur in tolerando, quàm in promouendo, Archidiac. in cap. cum confidat 50. distinct. Bart. in l. Barbarius, ff. de offic. Præsid. ergo eo magis in statuendo.

Ex supradictis videtur, quod adhuc vrget difficultas, Decretum nostræ Religionis admittens non electum à maiori parte, esse contrarium dispositioni iuris communis. Et augetur difficultas. Quòd non solum Religio non potest contra ius commune statuere, vt supra dictum est, & probat textus in l. forma, C. de præfecto prætorio, sed specificè in materia electionis nihil potest addere, vel minuere, Oldrad. cons. 259. per Glos. in cap. cùm dilecti, in verbo. constitutum, de consuetudin. 6. Idem probat Io. Andr. in addict. speculator. tit. de elect. in Rubr. in fin. congerit Alex. in d. cons. 206. num. 2. vol. 2.

Pro resolutione tamen aduertendum est, doctrinam, Glosæ, Oldrad. & Io. Andreæ procedere in terminis textus in cap. quia propter, de electione. Sed cum supra dictum sit, dispositionem illius textus non procedere in electione Vocalis pro capitulo, idcircò nulla ratio habenda erit in casu nostro. Secundò aduerte quòd licet inferiores non possint facere statuta contra ius commune, quia non præsumitur, Principem concedendo priuilegium statuendi, voluisse indulgere, vt contra ius commune statuat, vt optimè post Bart. Bald. & alios in dicta l. omnes populi, aduertunt Affict. & Azeuedo loco citat. sic etiam in Religionibus, quæ eo ipso, quòd à Summo Pontifice approbantur, obtinent facultatem statuendi ea, quæ ad suum bonum regimen conferunt; vt aduertit Rodriq. in dicta quæst. 17. art. 2. Tamen ex rationabili causa possunt facere statuta cõtra ius, Bald. in dicta l. omnes populi num. 30. Abb. in cap. fin. de consuetudin. & in cap. de adulteriis de iudiciis. Felin. in dicto cap. super his nu. 7. de maior. & obedien. Alex. in dicto cons. 206. Roman. cons. 325. nu. 7. & 428. num. 13. Tuscus in verbo Episcopus concluf. 285. num. 24. & sequent. Affict. in dicta quæst. 2. & 3.

Ratio est, quia præsumitur, Principem, qui voluit bono communitatis prouidere, tacitè concessisse facultatem statuendi contra ius commune, ex rationabili causa, nam si fuisset interrogatus absque dubio concessisset, idcircò intelligitur concessum, ex regula l. tale pactum, ff. de pactis, optimè Alex. loco citat. superius num. 13. & facit textus in l. si hominem, ff. mandati, vbi omnia censentur concessa, quæ pro bona negotii expeditione requiruntur. Et confirmatur, nam Legatus à latere non potest com-

Digitized by Google

committere causam decidendã simpliciter,& de plano, absque figura iudicij, quia est contra ius commune, quod ipse abrogare non potest, Glos. in cap.fin. in Verbo figura de Hæretic. in 6. Ex rationabili tamen causa, quando status negotii sic requirit, bene potest Io: de Imola in cap. fin. de transaction. Sicut etiam potest Episcopus cum capitulo statuere in præiudicium absentium subditorum ex rationabili causa pro bono Ecclesiæ. Anton. de Butr. & Imola in dicto cap. vestra, locati per glos. in cap. constitutus, in verbo, à quocunque de religiosis domibus. Facit etiam Cõsilium Bart. 136. incipientes, Capitaneus. Alexand. loco citat. num. 10. & 13. & eo magis quando causa explicatur in statuto, siue decreto, optimè aduertit Rocchus de Curte in dicto tract. de statut. sect. 3. num. 11. & 13. Ergo licito iure processit Decretum supradictum cum pro bono Religionis, & ex iusta causa facti fuit.

Tertiò etiam aduerte, & hinc facilius respondetur supradictæ difficultati. Quòd licèt Episcopus cum Capitulo non possit contra ius commune statuere, bene tamen distinguere potest ius commune cap. cum esses, & cap. relatum il primo de testamen. cap. quæ in Ecclesiarum, vbi Innocentius, & alii, de constitut. & propterea quando ius commune aliquid directè, & præcisè mandat, non potest Episcopus regulariter contra talem dispositionem statuere, & si statuat, non valet, vt per supra citatos, & in specie per tradita à Io: Andr. in speculatore in loco citat. Quando autem ius commune specificè aliquid non disponit, sed, sub ipsius dispositione comprehenditur, tunc contra tale comprehensum, potest statuere Episcopus, quia non derogat præcisè dispositioni iuris communis, probatur ex glos. in clem. vt hi, de ætat. & qualitat. in verbo, & si qui. Mandat Summus Pontifex in dicta clemen. quod nullus ex Clero admittatur ad vocem, nisi sit in sacris, dicit ibi Glos. quod licèt ante illum textum, quilibet de Clero admitteretur ad vocem, valebant tamen statuta Episcoporum, quod non admitterentur, nisi qui essent in sacris, quia erant rationabilia statuta, & non erat præcisè dispositum à iure communi, sed tantùm sub regula generali comprehendebantur, vt admitterentur, etiam hi, qui non erant in Sacris. Alex. loco citato. Sic in casu nostro; Ius commune statuit illum fore electum, in quem maior pars Vocalium concurrit, & per consequens quando paria sunt suffragia, nullus censetur electus, vt inquit Glos. in cap. vnico, §. cum verò, in verbo assensu. Ne Sede vacante potuit contra hoc, quod non fuit præcisè statutum à iure, sed tamen in ipso comprehensum, fieri statutum, taliter electum admittendo, & hoc est, quod voluit dicere Bart. in l. si constante, in quæst. 9. primæ partis principalis, ff. solut. matrim. quòd facilius limitatur ius commune, quàm tollitur, nam non derogatur præcisè dispositioni iuris communis, quia nulla adest dispositio præcisè arctans, quòd nullus admittatur, nisi sit electus à maiori parte, sed tantum dicit, electionem à maiori parte faciendã, ex cuius dispositionis vigore, qui maiorem partem suffragiorum non habet, censetur excluſus; Hunc excluſum voluit admittere capitulum ex rationabili causa, & sic non statuit contra directam iuris dispositionem, sed contra implicitam, & comprehensam in iuris dispositione, quod licito iure potest is qui contra ius statuere non potest, vt subtiliter aduertit Alexand. in dicto cons. 206. vbi

loquitur

Digitized by Google

loquitur de quodam Capitulo Generali, in quo fuit statutum, in Ecclesiis Regularibus non prouideri de Prælato per viam electionis, prout est de iure, sed per viam prouisionis v3.quod Generalis cum Definitoribus deputarent superiores; Ex his videtur resoluta proposita difficultas contra Decretum Capituli Generalis, cum apertè constet de ipsius validitate, licèt pro maiori securitate dictum fuit, petendam confirmationem à Santissimo.

Addendum est supradictis, quòd licet vera sit opinio, quod electio facienda sit à maiori parte totius capituli, & propterea non sufficit habere maiorem partem suffragiorum, nisi sit maior pars Capituli, cap. si cui, de elect. in 6. potest tamen fieri statutum, quòd is censeatur electus, qui habet maiorem partem suffragiorum respectu maioris partis non totius Capituli, Glos. in dicto cap. si cui, in Verbo Prætor, & Abb. in cap. vestra num. 4. de elect. & in Religione Sancti Francisci adest particularis constitutio hoc declarans, in Clem. Exiui, in Verbo demum, de verbor. signific.

Absentiam vtrum admittatur; quando citatus à Curia ad informandum fuit visus in Ciuitate in die delicti, vel precedenti. Cap. VII.

EXpedius à quæstione, quæ peculiare Decretum Religionis nostræ attingebat de allegatione absentiæ, agam; nunc vtrum admittatur quando delinquens citatus ad informandum à curia, fuit visus in Ciuitate in die delicti, vel præcedenti. Et respondeo negatiuè. Extat Capitulum Regni incipiens. Post commissum, quia præsumitur calumniosa allegatio absentiæ, Franch. decis. 327. & sicut præsumitur malitiosè discessisse, Glos. in cap. consultationibus, in verbo antequam, vbi Dec. de offic. delegati, & in cap. meminimus, de appellation. etiam si is, qui discessit fuerit Officialis in aliquo loco, ad quem post delictum, vel post inchoatam informationem accessit, Baiar. ad Clarum q. 34. num. 9. Farinac. de absen. quæst. 99. num. 296. Guazzinus ad defensiones, defens. 12. num. 17. Et regulariter præsumitur contra eum, qui discessit à loco vbi solitus est morari, Innoc. cap. fin. de eo, qui mitt. in possess. Abb. in cap. Prælatum. Qui fil. sint legit. Mascard. de probat. conclus. 6. Affectata enim absentia, & improbabilis, nemini debet prodesse, Iason. in l. de pupillo, §. si quis, vbi testatur de communi opinione, ff. de noui oper. nunciat.

Fallit tamen supradicta regula. Primò si delictum non fuit commissum de recenti, nam tunc, quia verisimiliter potuit discedere rationabiliter, admittenda est absentia, Carau. rit. 166. Baiard. Franch. & Guaz. loco citat. Fallit 2. quando post primam citationem ad informandum; fuit à Prorege ex rationabili causa abbreuiatus terminus foriudicationis, quod potest facere Prorex. Franch. decis. 213. Nam tunc, quia denuò citatur reus, licitè potest allegari absentia, quia potuit confisus in spatio anni, abesse à loco, sic refert decisum Franch. decis. 589. Io. Bapt. de Thoro in Compend. Decision. Regni in Verbo absens.

Quis

Quis possit allegare absentiam: & de termino dando ad denunciandum. Cap. VIII.

AD allegandum absentia quilibet admittitur, Andr. de Iser. in constitut. Regni Edictorum, vbi Afflict. per textum in l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusat. tutorum, in l. contumacia, ff. de re iudic. Capy c. decis. 143. Rota decis. 37. de procurat. & in nouis. decis. 485. Arisinus Tepatus variar. sententiar. tomo 1. tit. 532. de absentia, & absentibus cap. 7. Et hoc etiam sine mandato, Innoc. & Abb. in cap. veniens de accusation. per textum in l. si prætor, §. fin. ff. de iudic. & l. 2. §. fin. ff. si quis cautionibus, Clarus in praxi crimin. §. fin. q. 33.

Marianus tamen Soccin. in dicto cap. veniens num. 158. distinguit, quòd aut allegatur simpliciter absentia, quæ necessaria, seu facti dicitur, v3. Petrus adest Romæ, & idcircò non potest in præsenti comparere, nisi in termino competenti, aut allegatur causa rationabilis absentiæ, quæ probabilis dicitur, v3. non potest comparere citatus ratione loci non tuti, potentiæ aduersarii, insidiæ inimicorum, pestilentiæ, & similium, & in hoc secundò casu non admittitur aliquis ad allegandum sine mandato, ex quo citatus potest de facto supradictis impedimentis renunciare; In contrarium tamẽ verior, & æquior est opinio, quòd etiam absque mandato, absentia tàm facti, quàm iuris possit allegari, Bald. in l. penul. §. ad crimen, ff. de publicis Iudic. Alexãd. de Neuo in cap. si quando 2. quæst. 6. num. 21. Clar. in dicta quæst. 33. Guazzin. loco citat. num. 7. Hinc est, quòd delinquens citatus à Iudice inferiore, non tenetur comparere si fuisset citatus à maiore, nec, non comparendo iudicaretur contumax l. contra pupillum, §. 1. ff. de re iudic. Alexand. in l. secunda, §. primo, ff. si quis caution. & ita practicatum fuit hic Neapol. in causa cuiusdam Ducis, & cuiusdam Marchionis, qui in anno 1602. fuerunt citati ad informandum ob homicidium patratum in personam cuiusdã nobilissimi viri. Dumque immineret tempus foriudicationis, comparuerunt Agnati, dicentes, non posse procedi ad foriudicandum, ex quo erant citati in Curia Romana à Tribunali Santissimæ Inquisitionis ad dicendum, quid sentirent de verbis, prolatis in occasione dicti Patritii (Non è più tempo di confessione) Et procedunt supradicta etiam si alibi à minori Iudice reperiretur carceratus, Menoch. de Arbitr. iudic. q. 80. nu. 49. Guazzin. loco citat.

Post allegatam autem absentiam, datur terminus ad denunciandum, alias sententia esset nulla, §. Sancimus auth. de exhibend. & introduc. reis, latè Campagna in dicto cap. post commissum, Guazzin. ad defens. defens. 12. num. 11. Terminus autem quantus debeat esse, remittitur Iudicis arbitrio. Menoch. de arbitrar. casu 40. Ad rationem enim viginti milliarum taxatur terminus itineris pro singulo die, & in nauigatione solitum nauigationis, habita ratione locorum, & temporum, Menoch. & Guazzin. loco citat. Consideratur etiam, An absens sit extra, vel intra Prouinciam. Regulariter enim non præsumitur esse extra Prouinciam, Andr. de Iser. in dicta Constitutione, Edictorum; Qui enim est extra Prouinciam longè dicitur abesse, Glos. in l. parui, ff. de condit. furtiua, & in l. fin. C. de præscript. longi temp.

Ad

Digitized by Google

Aduertendum tamen est, quod alio modo dicitur Prouincia secundum Romanorum loquutionem, qui Regna, Prouincias appellabant, & quot Regna habebant tot Prouincias dicebant habere, prout de Gallia, & Sicilia loquitur textus in l. notionem, ff. de verb. signific. Et tota Germania, quæ tàm ampla est, vnica Prouincia appellabatur, quæ postea in duas redacta fuit, l. si eadē, ff. de offic. Assessor. & alio modo in Regno. Regnū enim nostrum Neapolitanum, quod pars est Italiæ, dicitur vna Prouincia, Andr. de Iser. in constitut. Regni Cō suetudinem de rei act. & except. Frecc. de subfeud. lib. 1. de origin. Baronum in quæst. *incipiente*, fuit *dubitatum*, n. 30. & de offic. Magistr. Iustit. nu. 16. & idcircò vbicunque quis est intra Regnum, dicitur esse in Prouincia, & vbicunque res sitæ sunt in Regno, non dicuntur esse in aliena Prouincia; Et hoc duplici ratione, prima, quia spatio 15. vel 20. dierum *ab vna parte* Regni ad alteram facilè percurritur, secunda, quia ab vno Prorege gubernatur, facit doctrina Bart. in l. 1. C. de Metropol. Briton. lib. 11. Et licet in duodecim Regiones, quas hodie Prouincias vocamus, diuisum sit Regnum, Frecc. loco cit. cap. de Prouinc. & Ciuitatib. Regni, & in singulis Præses eligatur, vnica tamen Prouincia dicitur, quia ab vno capite gubernatur, qui est Prorex, à quo fluit omnis iurisdictio tanquam à Capite; Propterea Sacrum Consilium iudicauit, nullum fuisse inuentarium confectum ab hærede post bimestre tempus, ex quo bona essent extra Prouincia, vbi testatur decesserat intra tamen Regnum. Et textus in l. fin. §. sin autem à locis, C. de iure deliberandi, qui concedit annū ad conficiendū inuentariū, quādo bona sunt in longinquis partibus, nō procedit, quando sunt intra districtū Regni, licèt *in diuersis* Regionibus seu Prouinciis, Gizzarell. dec. 43.

Infertur etiam ad intelligentiam textus in cap. de illis, de sponsal. in quo statuitur, quòd contrahens sponsalia si ad alias partes se transferat, liberum sit mulieri cum alio contrahere: Nam primò, notandum est, quòd textus iste secundum veriorem opinionem corrigit textum in l. 2. C. de sponsalib. in quo statuitur, quòd sponsus absens intra Prouinciam, biennio sit expectandus, Cardinal. Abb. & cæteri Canon. in dicto cap. de illis, Tabien. Ang. Armil. Nauar. Sot. & cęteri quos allegat, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 1. disputatione 54. num. 6. secundò textus ille procedit etiam in sponsalibus iuratis. Nec ad ipsorū dissolutionem aliquod Iudicis ministerium requirendum erit, prout dicebant Anchar. in dicto cap. de illis, Couar. in repetit. de sponsalib. cap. 5. initio nu. 7. Nam dum textus dicit, ibi (liberum erit mulieri cum alio cō trahere) sequitur, nihil aliud fore requirendum, vt optimè Sot. Henriq. & alii, quos sequitur Sanch. loco cit. Illud enim dicitur liberè fieri, quod ex mera voluntate nemine vocato, vel requisito, fieri potest, Glos. in c. cùm plures, in verbo liberè, de offic. deleg. in 6. cap. de multa, vbi Abb. de praebend. glos. in Clem. dudum, in verbo liberè, de sepultur. Abb. in c. 1. de off. ordinar. Gōsal. reg. 8. Cācell. glos. 48, n. 3. latè tradit Gut. tract. de matrim. q. 3. de' pōs. Tertiò est notandum, quod absentia sponsi, ad hoc ut dissoluātur sponsalia debet esse in lō ginquis Regionibus absq; spe de proximo reuertendi, colligitur ex eodē textu ibi (dimittat terrā, se ad alias partes transferens) sic est communis sensus omniū DD. supra citatorū, ut post alios explicāt Sanch. & Gut. loc. cit. & cōfert doctrina D. Th. in 4. dis. 27. q. 2. ar. 3. ad 2. ubi loquēs de casu suprad. explicat quādo spōsus abiit in partes longinquas, idcircò si in loco

Digitized by Google

propinquo esset spõsus, esset expectãdus, vel requirendus, nec sponsalia essent dirimenda, nisi rationabili causa, aliter Ecclesiastico Iudici videretur, Couar. de sponsal. par. 1. cap. 5. nu. 7. cum sequenti, Guttier. locis cit. Hinc infertur, absentem ab hac Ciuitate, commorãtem tamen in extrema parte Regni non comprehendi in dispositione dicti capituli de illis. Nam cũ totum Regnum dicatur vna Prouincia, vt dictum est, non dicitur longè abesse, cum is tamen dicatur longè abesse, qui est extra Prouinciã, Glos. in dicta l. parui, ff. de condit. furtiua, & in l. fin. C. de prescript. longi temp.

De facultate Episcoporũ absoluendi à Casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, occultis tamẽ, vigore Concilij Tridentini. Q. VI.

Examinatur Decretum Concilij. Cap. I.

VErba Conc. sess. 24. cap. 6. de reform. hæc sunt. Et in quibuscumque casibus occultis, etiã Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscunque sibi subditos, in Diœcesi sua, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ, gratis absoluere, imposita pœnitentia saluatori. Idem, & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ, eis tantum, non eorum Vicariis sit permissum; Pro huius capitis declaratione præmittendum est, casuum reseruationem maximè cõferre ad animarum salutem, totiusque Populi Christiani optimum regimen; Patet ex Tridentino sess. 14. cap. 7. & 11. Et cum Summus Pontifex ex suprema sua authoritate à Deo optimo Maximo obtenta, possit sibi casus reseruare, respectu quorumcunque Ordinariorum, vt Bellarm. latè probat lib. 1. de pœnitent. cap. 21. & de Summo Pontifice cap. 5. Ex antiquissimo vsu Ecclesiæ compertum est, quod ex causa excommunicationis apposita sibi reseruat, Paludan. Gabriel. Adrian. & alii in 4. distinct. 17. Caietan. in Sum. in Verbo casus, Nauar. c. 27. nu. 254. in fum. & in cap. consideret, §. cautus, de pœniten. distinct. 1. & cons. 18. de Clerico excommunic. ministrãte, Suar. de pœnit. disp. 29 sect. 2. Idcircò sublata censura Summo Pontifici reseruata, quilibet Cõfessarius absoluere potest à culpa, vt per supra citatos.

Hoc præmisso, Noto, supradictum Decretum, per quod conceditur Ordinariis facultas absoluendi à quibuscunque casibus occultis, esse fauorabilem, & proinde ampliandum; Henriq. in sum. lib. 10. de Sacramen. ordinis cap. 20. n. 2. Rodriq. & alii, quos refert Sanch. de matrimon. lib. 8. disput. 2. n. 12. Genuens. in praxi, c. 67. n. 1. Probatur primò, quia licèt dispẽsatio sit stricti iuris, c. 1. §. ille verò, de filiis præsbyter. in 6. Facultas tamen dispensandi dicitur fauorabilis, quia per ipsam non intenditur principaliter vulneratio iuris communis, sed communicatio potestatis, quæ fauorabilis est, Glos. in c. dudum, in verbo beneficium de prẽben. in 6. Bart. & omnes Ciuilistę in l. 2. ff. de verbor. obligat. Io. Andr. Butrius, Abb. & alii in cap. fin. de Simonia, idem Abbas, Dec. & alii in c. at si clerici, §. de adulteriis, de iudic. Geminian. & Franc. in c. 1. de filiis presbyter. in 6. latissimè Sanch. in dicta disputat. 2. Secundò quia per supradictam facultatem fit reductio ad ius commune primęuum; Certum est enim, Episcopum in propria Diœcesi ab omnibus posse absoluere, & dispensare in quibus specialiter non prohibetur, Glos. in c. in quibusdã, vbi Abb. de pœnitẽ. Glos. in c. postulastis, in verbo, dispẽsatũ de Cler. exçõmun. ministr. latè cõgerit Sãch. lib. 8. disput. 5. de matrim. & lib. 1. disput. 61. Idcircò latè est in-

est interpretanda, ex regula, quòd omnis lex etiam correctoria, per quam reducitur ad ius commune, continet fauorem, & extendi debet, Antonius de Butrio, & Abb. in cap. olim de verbor. signific. Iason. in l. beneficium, ff. de constitut. Princ. Et in materia nostra in specie tradit Henriq. loco citat. licèt Suar. de cens. disputat. 41. sec. 2. num. 3. impugnet hanc rationem, sed quicquid sit, vera est propositio, latè esse interpretandam. Tertiò quia potestas supradicta, est clausa in corpore iuris, dum extat in Tridentino, propterea non strictè interpretanda, sed vt cæteræ leges, quæ ex identitate rationis extenduntur Oldrad. cons. 9. nu. 7. Anton. de Butr. in cap. olim in fin. de verbor. significat. Felin. in cap. postulasti num. 5. de rescript. Anastasius Germonius de indultis Cardinal. §. nec non quarumcumque n. 17.

Secundò Notandum est, supradictum Decretum constituere regulam generalem in beneficium Episcoporum, in qua comprehenduntur omnes Episcopi, subditos tamen habentes, ad differentiam Titularium, qui in supradicto Decreto non comprehenduntur, optimè aduertit Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 11. etiam ante consecrationem. Quæ enim pertinent ad iurisdictionem, nempè excommunicare, & absoluere, possunt ante consecrationem explere cap. transmissa, vbi Glos. in verbo, de talibus, de elect. Quæ autem sint iurisdictionis, & quæ ordinis congerit post alios Cucchus titulo de Episcop. num. 16. Comprehenditur etiam in supradicto Decreto Archiepiscopus, dum visitat ex causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali, iuxta Tridentinum sess. 24. cap. 3. de reform. Tunc enim potest absoluere subditos suffraganeorum cap. fin. de censib. in 6. Et etiam dispensare vigore Concilii, quia eo tempore censetur sua Diœcesis. Suar. de pœniten. disput. 30. sec. 2. nu. 8. & de censur. disput. 41. sec. 2. n. 12. Sanch. li. 2. in Decalog. c. 11. Extra tamen tẽpus visitationis, nihil potest Archiepiscopus, quia est tantum Iudex in causa appellationis. c. pastoralis de offic. ordinar. Quando verò Episcopus absq; causa iusta recusaret absoluere, vel dispensare, tunc potest adiri Archiepiscopus per viam appellationis, & tunc Archiepiscopus absoluet, vel dispẽsabit, Henriq. lib. 14. de irregularit. c. 18. n. 3. Auila de censur. par. 2. disput. 10. dubio 6. notab. 2. circa primam, Sanch. lib. 4. in decalog. c. 38. n. 12. Aduertendum est, quod in casibus, in quibus Episcopus tenetur absoluere, vel dispensare, Episcopo recusante, potest adiri Archiepiscopus per viam appellationis, quando verò nõ tenetur, sed tamen adest iusta causa absoluendi, vel dispensandi, potest adiri Superior, & implorari ipsius officium, vt cogat inferiorem ad absoluendum, vel dispensandum, & ita cõciliatur, glos. in Clem. 1. in verbo oneramus, de iure patron. cum Glos. in c. statutum, §. assessorem, in verbo, relinquatur de rescriptis in 6. latè explicat Sanch. de matrimon. lib. 3. disput. 10. n. 12. cum multis sequen. & potest Archiepis. supradicta facere etiam ante pallii susceptionem, sicut diximus de Episcopo ante consecrationem, & c. suffraganei, vbi glos. Anchar. Butrius, & Abbas de electione.

Comprehẽditur etiam capitulum Sede vacante, Cenedo in collectaneis, collectaneo 4. ad decretales nu. 3. Henriq. Rodriq. & alii, quos refert, & sequitur Sanch. dicta disput. 2. n. 10. in fin. Genuens. loc. cit. n. 22. Alios congerit Barbosa in remiss. ad concilium in dicto c. 6. vers. an illa facultas, & de officio, & potest Episcopi allegation. 39. nu. 16. Et licèt Alterius, &

Digitized by Google

propinquo esset spõsus, esset expectãdus, vel requirendus, nec sponsalia essent dirimenda, nisi rationabili causa, aliter Ecclesiastico Iudici videretur, Couar. de sponsal. par. 1. cap. 5. nu. 7. cum sequenti, Guttier. locis cit. Hinc infertur, absentem ab hac Ciuitate, commorãtem tamen in extrema parte Regni non comprehendi in dispositione dicti capituli de illis. Nam cũ totum Regnum dicatur vna Prouincia, vt dictum est, non dicitur longè abesse, cum is tamen dicatur longè abesse, qui est extra Prouinciã, Glos. in dicta l. parui, ff. de condit. furtiua, & in l. fin. C. de præscript. longi temp.

De facultate Episcoporũ absoluendi à Casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, occultis tamẽ, vigore Concilij Tridentini. Q. VI.

Examinatur Decretum Concilij. Cap. I.

VErba Conc. sess. 24. cap. 6. de reform. hæc sunt. Et in quibuscumque casibus occultis, etiã Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscunque sibi subditos, in Diœcesi sua, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ, gratis absoluere, imposita pœnitentia saluatori. Idem, & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ, eis tantum, non eorum Vicariis sit permissum; Pro huius capitis declaratione præmittendum est, casuum reseruationem maximè cõferre ad animarum salutem, totiusque Populi Christiani optimum regimen; Patet ex Tridentino sess. 14. cap. 7. & 11. Et cum Summus Pontifex ex suprema sua authoritate à Deo optimo Maximo obtenta, possit sibi casus reseruare, respectu quorumcunque Ordinariorum, vt Bellarm. latè probat lib. 1. de pœnitent. cap. 21. & de Summo Pontifice cap. 5. Ex antiquissimo vsu Ecclesiæ compertum est, quod ex causa excommunicationis apposita sibi reseruat, Paludan. Gabriel. Adrian. & alii in 4. distinct. 17. Caietan. in Sum. in Verbo casus, Nauar. c. 27. nu. 254. in fum. & in cap. consideret, §. cautus, de pœniten. distinct. 1. & cons. 18. de Clerico excommunic. ministrãte, Suar. de pœnit. disp. 29 sect. 2. Idcircò sublata censura Summo Pontifici reseruata, quilibet Cõfessarius absoluere potest à culpa, vt per supra citatos.

Hoc præmisso, Noto, supradictum Decretum, per quod conceditur Ordinariis facultas absoluendi à quibuscunque casibus occultis, esse fauorabilem, & proinde ampliandum, Henriq. in sum. lib. 10. de Sacramen. ordinis cap. 20. n. 2. Rodriq. & alii, quos refert Sanch. de matrimon. lib. 8. disput. 2. n. 12. Genuens. in praxi, c. 67. n. 1. Probatur primò, quia licèt dispẽsatio sit stricti iuris, c. 1. §. ille verò, de filiis præsbyter. in 6. Facultas tamen dispensandi dicitur fauorabilis, quia per ipsam non intenditur principaliter vulneratio iuris communis, sed communicatio potestatis, quæ fauorabilis est, Glos. in c. dudum, in verbo beneficium de præben. in 6. Bart. & omnes Ciuilistę in l. 2. ff. de verbor. obligat. Io. Andr. Butrius, Abb. & alii in cap. fin. de Simonia, idem Abbas, Dec. & alii in c. at si clerici, §. de adulteriis, de iudic. Geminian. & Franc. in c. 1. de filiis presbyter. in 6. latissimè Sanch. in dicta disputat. 2. Secundò quia per supradictam facultatem fit reductio ad ius commune primęuum; Certum est enim, Episcopum in propria Diœcesi ab omnibus posse absoluere, & dispensare in quibus specialiter non prohibetur, Glos. in c. in quibusdã, vbi Abb. de pœnitẽ. Glos. in c. postulastis, in verbo, dispẽsatũ de Cler. excõmun. ministr. latè cõgerit Sãch. lib. 8. disput. 5. de matrim. & lib. 1. disput. 61. Idcircò latè est in-

est interpretanda, ex regula, quòd omnis lex etiam correctoria, per quam reducitur ad ius commune, continet fauorem, & extendi debet, Antonius de Butrio, & Abb. in cap. olim de verbor. signific. Iason. in l. beneficium, ff. de constitut. Princ. Et in materia nostra in specie tradit Henriq. loco citat. licèt Suar. de cens. disputat. 41. sec. 2. num. 3. impugnet hanc rationem, sed quicquid sit, vera est propositio, latè esse interpretandam. Tertiò quia potestas supradicta, est clausa in corpore iuris, dum extat in Tridentino, propterea non strictè interpretanda, sed vt cæteræ leges, quæ ex identitate rationis extenduntur Oldrad. cons. 9. nu. 7. Anton. de Butr. in cap. olim in fin. de verbor. significat. Felin. in cap. postulasti num. 5. de rescript. Anastasius Germonius de indultis Cardinal. §. nec non quarumcumque n. 17.

Secundò Notandum est, supradictum Decretum constituere regulam generalem in beneficium Episcoporum, in qua comprehenduntur omnes Episcopi, subditos tamen habentes, ad differentiam Titularium, qui in supradicto Decreto non comprehenduntur, optimè aduertit Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 11. etiam ante consecrationem. Quæ enim pertinent ad iurisdictionem, nempè excommunicare, & absoluere, possunt ante consecrationem explere cap. transmissa, vbi Glos. in verbo, de talibus, de elect. Quæ autem sint iurisdictionis, & quæ ordinis congerit post alios Cucchus titulo de Episcop. num. 16. Comprehenditur etiam in supradicto Decreto Archiepiscopus, dum visitat ex causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali, iuxta Tridentinum sess. 24. cap. 3. de reform. Tunc enim potest absoluere subditos suffraganeorum cap. fin. de censib. in 6. Et etiam dispensare vigore Concilii, quia eo tempore censetur sua Diœcesis. Suar. de pœniten. disput. 30. sec. 2. nu. 8. & de censur. disput. 41. sec. 2. n. 12. Sanch. li. 2. in Decalog. c. 11. Extra tamen tẽpus visitationis, nihil potest Archiepiscopus, quia est tantum Iudex in causa appellationis. c. pastoralis de offic. ordinar. Quando verò Episcopus absq; causa iusta recusaret absoluere, vel dispensare, tunc potest adiri Archiepiscopus per viam appellationis, & tunc Archiepiscopus absoluet, vel dispẽsabit, Henriq. lib. 14. de irregularit. c. 18. n. 3. Auila de censur. par. 2. disput. 10. dubio 6. notab. 2. circa primam, Sanch. lib. 4. in decalog. c. 38. n. 12. Aduertendum est, quod in casibus, in quibus Episcopus tenetur absoluere, vel dispensare, Episcopo recusante, potest adiri Archiepiscopus per viam appellationis, quando verò nõ tenetur, sed tamen adest iusta causa absoluendi, vel dispensandi, potest adiri Superior, & implorari ipsius officium, vt cogat inferiorem ad absoluendum, vel dispensandum, & ita cõciliatur, glos. in Clem. 1. in verbo oneramus, de iure patron. cum Glos. in c. statutum, §. assessorem, in verbo, relinquatur de rescriptis in 6. latè explicat Sanch. de matrimon. lib. 3. disput. 10. n. 12. cum multis sequen. & potest Archiepis. supradicta facere etiam ante pallii susceptionem, sicut diximus de Episcopo ante consecrationem, & c. suffraganei, vbi glos. Anchar. Butrius, & Abbas de electione.

Comprehẽditur etiam capitulum Sede vacante, Cenedo in collectaneis, collectaneo 4. ad decretales nu. 3. Henriq. Rodriq. & alii, quos refert, & sequitur Sanch. dicta disput. 2. n. 10. in fin. Genuens. loc. cit. n. 22. Alios congerit Barbosa in remiss. ad concilium in dicto c. 6. vers. an illa facultas, & de officio, & potest Episcopi allegation. 39. nu. 16. Et licèt Alterius, &

Digitized by Google

propinquo esset spõsus, esset expectãdus, vel requirendus, nec sponsalia essent dirimenda, nisi rationabili causa, aliter Ecclesiastico Iudici videretur, Couar. de sponsal. par. 1. cap. 5. nu. 7. cum sequenti, Guttier. locis cit. Hinc infertur, absentem ab hac Ciuitate, commorãtem tamen in extrema parte Regni non comprehendi in dispositione dicti capituli de illis. Nam cũ totum Regnum dicatur vna Prouincia, vt dictum est, non dicitur longè abesse, cum is tamen dicatur longè abesse, qui est extra Prouinciã, Glos. in dicta l. parui, ff. de condit. furtiua, & in l. fin. C. de præscript. longi temp.

De facultate Episcoporũ absoluendi à Casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, occultis tamẽ, vigore Concilij Tridentini. Q. VI.

Examinatur Decretum Concilij. Cap. I.

VErba Conc. sess. 24. cap. 6. de reform. hæc sunt. Et in quibuscumque casibus occultis, etiã Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscunque sibi subditos, in Diœcesi sua, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ, gratis absoluere, imposita pœnitentia saluatori. Idem, & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ, eis tantum, non eorum Vicariis sit permissum; Pro huius capitis declaratione præmittendum est, casuum reseruationem maximè cõferre ad animarum salutem, totiusque Populi Christiani optimum regimen; Patet ex Tridentino sess. 14. cap. 7. & 11. Et cum Summus Pontifex ex suprema sua authoritate à Deo optimo Maximo obtenta, possit sibi casus reseruare, respectu quorumcunque Ordinariorum, vt Bellarm. latè probat lib. 1. de pœnitent. cap. 21. & de Summo Pontifice cap. 5. Ex antiquissimo vsu Ecclesiæ compertum est, quod ex causa excommunicationis apposita sibi reseruat, Paludan. Gabriel. Adrian. & alii in 4. distinct. 17. Caietan. in Sum. in Verbo casus, Nauar. c. 27. nu. 254. in fum. & in cap. consideret, §. cautus, de pœniten. distinct. 1. & cons. 18. de Clerico excommunic. ministrãte, Suar. de pœnit. disp. 29 sect. 2. Idcircò sublata censura Summo Pontifici reseruata, quilibet Cõfessarius absoluere potest à culpa, vt per supra citatos.

Hoc præmisso, Noto, supradictum Decretum, per quod conceditur Ordinariis facultas absoluendi à quibuscunque casibus occultis, esse fauorabilem, & proinde ampliandum; Henriq. in sum. lib. 10. de Sacramen. ordinis cap. 20. n. 2. Rodriq. & alii, quos refert Sanch. de matrimon. lib. 8. disput. 2. n. 12. Genuens. in praxi, c. 67. n. 1. Probatur primò, quia licèt dispẽsatio sit stricti iuris, c. 1. §. ille verò, de filiis præsbyter. in 6. Facultas tamen dispensandi dicitur fauorabilis, quia per ipsam non intenditur principaliter vulneratio iuris communis, sed communicatio potestatis, quæ fauorabilis est, Glos. in c. dudum, in verbo beneficium de præben. in 6. Bart. & omnes Ciuilistę in l. 2. ff. de verbor. obligat. Io. Andr. Butrius, Abb. & alii in cap. fin. de Simonia, idem Abbas, Dec. & alii in c. at si clerici, §. de adulteriis, de iudic. Geminian. & Franc. in c. 1. de filiis presbyter. in 6. latissimè Sanch. in dicta disputat. 2. Secundò quia per supradictam facultatem fit reductio ad ius commune primęuum; Certum est enim, Episcopum in propria Diœcesi ab omnibus posse absoluere, & dispensare in quibus specialiter non prohibetur, Glos. in c. in quibusdã, vbi Abb. de pœnitẽ. Glos. in c. postulastis, in verbo, dispẽsatũ de Cler. excõmun. ministr. latè cõgerit Sãch. lib. 8. disput. 5. de matrim. & lib. 1. disput. 61. Idcircò latè est in-

est interpretanda, ex regula, quòd omnis lex etiam correctoria, per quam reducitur ad ius commune, continet fauorem, & extendi debet, Antonius de Butrio, & Abb. in cap. olim de verbor. signific. Iason. in l. beneficium, ff. de constitut. Princ. Et in materia nostra in specie tradit Henriq. loco citat. licèt Suar. de censur. disputat. 41. sec. 2. num. 3. impugnet hanc rationem, sed quicquid sit, vera est propositio, latè esse interpretandam. Tertiò quia potestas supradicta, est clausa in corpore iuris, dum extat in Tridentino, propterea non strictè interpretanda, sed vt cæteræ leges, quæ ex identitate rationis extenduntur Oldrad. cons. 9. nu. 7. Anton. de Butr. in cap. olim in fin. de verbor. significat. Felin. in cap. postulasti num. 5. de rescript. Anastasius Germonius de indultis Cardinal. §. nec non quarumcumque n. 17.

Secundò Notandum est, supradictum Decretum constituere regulam generalem in beneficium Episcoporum, in qua comprehenduntur omnes Episcopi, subditos tamen habentes, ad differentiam Titularium, qui in supradicto Decreto non comprehenduntur, optimè aduertit Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 11. etiam ante consecrationem. Quæ enim pertinent ad iurisdictionem, nempè excommunicare, & absoluere, possunt ante consecrationem explere cap. transmissa, vbi Glos. in verbo, de talibus, de elect. Quæ autem sint iurisdictionis, & quæ ordinis congerit post alios Cucchus titulo de Episcop. num. 16. Comprehenditur etiam in supradicto Decreto Archiepiscopus, dum visitat ex causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali, iuxta Tridentinum sess. 24. cap. 3. de reform. Tunc enim potest absoluere subditos suffraganeorum cap. fin. de censib. in 6. Et etiam dispensare vigore Concilii, quia eo tempore censetur sua Diœcesis. Suar. de pœniten. disput. 30. sec. 2. nu. 8. & de censur. disput. 41. sec. 2. n. 12. Sanch. li. 2. in Decalog. c. 11. Extra tamen tẽpus visitationis, nihil potest Archiepiscopus, quia est tantum Iudex in causa appellationis. c. pastoralis de offic. ordinar. Quando verò Episcopus absq; causa iusta recusaret absoluere, vel dispensare, tunc potest adiri Archiepiscopus per viam appellationis, & tunc Archiepiscopus absoluet, vel dispẽsabit, Henriq. lib. 14. de irregularit. c. 18. n. 3. Auila de censur. par. 1. disput. 10. dubio 6. notab. 2. circa primam, Sanch. lib. 4. in decalog. c. 38. n. 12. Aduertendum est, quod in casibus, in quibus Episcopus tenetur absoluere, vel dispensare, Episcopo recusante, potest adiri Archiepiscopus per viam appellationis, quando verò nõ tenetur, sed tamen adest iusta causa absoluendi, vel dispensandi, potest adiri Superior, & implorari ipsius officium, vt cogat inferiorem ad absoluendum, vel dispensandum, & ita cõciliatur, glos. in Clem. 1. in verbo oneramus, de iure patron. cum Glos. in c. statutum, §. assessorem, in verbo, relinquatur de rescriptis in 6. latè explicat Sanch. de matrimon. lib. 3. disput. 10. n. 12. cum multis sequen. & potest Archiepis. supradicta facere etiam ante pallii susceptionem, sicut diximus de Episcopo ante consecrationem, & c. suffraganei, vbi glos. Anchar. Butrius, & Abbas de electione.

Comprehẽditur etiam capitulum Sede vacante, Cenedo in collectaneis, collectaneo 4. ad decretales nu. 3. Henriq. Rodriq. & alii, quos refert, & sequitur Sanch. dicta disput. 2. n. 10. in fin. Genuens. loc. cit. n. 22. Alios congerit Barbosa in remiss. ad concilium in dicto c. 6. vers. an illa facultas, & de officio, & potest Episcopi allegation. 39. nu. 16. Et licèt Alterius, &

Digitized by Google

Bonacina relati à Barbosa loco cit. dicant Sacram Congregationem cõtrarium declarasse, de ipsa declaratione authenticè non constat, neque illa ius facit; Ratio est, quia licèt Capitulum Sede uacante non succedat in iis, quæ iure speciali competunt Episcopo, Innoc. in capit. cum in cunctis, de elect. Abbas in capit. uerum, numero 9. de foro competen. Hoc tamen intelligitur de iis, quæ iure speciali delegato, siue ex commissione competunt Episcopo, secus tamen quando iure ordinario speciali competunt, Abb. in dicto cap. verum, Felin. in cap. eam te, num. 17. de rescript. Sed facultas, de qua in Concilio, non personæ Episcoporum, sed dignitati, & officio perpetuò concessa fuit; Idcircò competit Capitulo sede Vacante vt dictum est. Et dicitur iurisdictio ordinaria, & non delegata, ex regula, quod iurisdictio ex Principis priuilegio perpetuo concessa alicui dignitati, & officio, dicitur ordinaria, & non delegata, Bart. in l. ambitiosa, num. 34. ff. de decret. ab ordinariis faciend. Bald. & Imola in cap. fin. de offic. ordinar. Syl. in Verbo delegatus, q. 8. Perpetua enim concessio facit Iudicem ordinarium, Bald. in l. 1. ff. de offic. Consul. Felin. in cap. licèt, num. 4. de offic. ordinar. taliter vt possit delegare, Glos. in cap. fin. in verbo casibus de offic. ordinar. vbi Io. Andr. Anton. de Butr. Abb. Imol. & Felin. Et procedit regula etiam si essent ea, quæ in signum supremę Iurisdictionis Principi competunt. Nam si alicui officio, vel dignitati perpetuò concederentur, possent delegari, Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 2. num. 10. per tex. in cap. fin. de offic. ordinar. Et facit textus in cap. in Archiepiscopatu, de raptor. Et dum Sacrum Concilium in dicto cap. liceat, alias 6. dat facultatem Episcopis, vt possint per Vicarium specialiter deputatum absoluere &c. Apertè colligitur, non competere talem authoritatem Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis, iuxta Glos. in cap. ad abolendam, de hæretic. vbi Abb. sed iure ordinario speciali, prout optimè Sanch. Henriq. & Barbos. loco citat. Comprehendit etiã, non solum capitulum Sede Vacante, sed etiam Abbates habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem, vt constat ex doctrina de Abbatib. & Abbatia supra tradita.

Adeò verum est, Concilium loco citato constituere regulam vniuersalem in beneficium Episcoporum, & habentium iura Episcopalia, quòd id non solum procedit in casibus reseruatis vsque ad prædictum Concilium, sed etiam procedit in casibus in futurum reseruandis, vt post Nauar. probat Suar. de pœnit. disputat. 30. sec. 2. num. 13. Sanch. in decalog. lib. 2. cap. 11. num. 27. circa finem, Ratio est, quia de natura legis est respicere ad futura, l. leges, la seconda, vbi latè Bald. C. de legib. & quia lex semper loquitur, l. Arrianus, ff. de action. & obligat. licèt de aliquo disponendo loquatur per verba præsentis temporis, trahitur ad futura l. legis virtus, ff. de legib. Bart. in l. omnes populi, num. 64. ff. de iust. & iur. Et dum supra diximus fuisse priuilegiatos Episcopos à Sacro Concilio in absolutione supradicta impertienda, priuilegia latissimè sunt interpretanda, l. immunitates, ff. de iure immunitatis. l. si quando, C. de bonis vacantibus lib. 10. cap. cum dilecti de donation. Et beneficium Principis debet esse mansurum, & in perpetuum valere, cap. decet, de reg. iur. in 6. l. beneficium, ff. de constitutionib. Princip. Et eo magis, quando priuilegium est clausum in corpore iuris, quod nulla ratione amitti potest,

Digitized by Google

test, nisi specialiter derogetur. Optimè probat Azeuedo lib. 8. tit. 16. l. 1. num. 119. Et licet aliqui dicant, Gregorium 13. respondisse, supradictum decretum non habere locum in casibus reseruatis ex noua lege Sedi Apostolicæ post Concilium, de hac tamen responsione nihil authenticè constat, vt aduertit Suar. loco citat. Idcircò firmanda est conclusio Quòd etiam in casibus in futurum reseruandis à Summo Pontifice, locum habeat dispositio Concilij, nisi tamen expresè, vel per clausulas sufficientes contrarium declaretur.

De Derogatione Constitutionis Conciliaris, quomodo, & qualiter fiat. Cap. II.

COmmunis opinio est, quod ad derogationem Constitutionis Concilij generalis requiratur specialis derogatio, nec sufficiat clausula generalis. *Archidiaconus* in cap. primo, de constitution. in 6. per textum in cap. nonnulli, de rescriptis, cap. eam te de ætat. & qualit. cap. ex parte de Cappellis Monachor. Et licet Innoc. in dicto cap. ex parte, contrarium teneat asserendo nõ esse magis faciendam mentionem Concilii, quàm alterius iuris, & propterea sufficere clausulam generalem derogatoriam, prout videtur sentire, *Felin.* in dicto cap. nonnulli num. 3. Cenedus in collectanea 123. in dicto cap. nonnulli, tamen vt inquit Dec. in Rubr. de constitution. in 2. lectura, & in cap. prudentiam num 18. de officio delegat. totus mundus amplectitur opinionem *Archidiaconi*, quam probant latè *Ripa*, *Vitalis*, Probus ad *Monachum*, Rebuffus, Mandosius, Guttier. Padilla, Menochius, Couar. & alii, quos refert Garzias de benefic. par. 4. cap. 5. nu. 25. Fallit tamen supra firmata conclusio in concessionibus manu Summi Pontificis firmatis, nam tunc neq; generalis, neq; specialis derogatio requiritur. Sic declarauit Pius V. 23. Decẽbris 1570. Sic etiam Sacra Congregatio apud Garsiam loco cit. num. 33. Idem est in concessionibus ex certa scientia, & motu proprio factis, nam tunc sufficit derogatoria generalis, Puteus decis. 494. lib. 2. Mandos. de signatura gratiç tit. de prouision. vers. derogatio dicti concilii, Sarmiento lib. 3. selectarum cap. 14. num. 11. Idem est, quando per legem vniuersalem de directo Summus Pontifex statueret contrarium dispositioni cõciliari, nam tunc nulla requiritur derogatio, Glos. in cap. 1. in verb. noscatur de constitution. in 6. Cinus, & Bald. in l. humanum, C. de legibus, Abb. & Felin. in dicto cap. nonnulli Io. Gratian. regula 291. Vltimò fallit in derogatione Concilii Tridentini. Nam licèt multi dicant nunquàm per constitutiones Pontificiales derogari supradicto Cõcilio, nisi in specie nominetur, ex eo, quia est nouissimum generale Concilium, probant Henriq. lib. 7. de indulgen. cap. 26. lib. 3. Vualdus in Candelabr. par. 3. cap. 12. num. 22. refert, Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 26. num. 7. Fulcus de visitat. lib. 2. cap. 20. num. 14. Moneta de commutatione vltimar. voluntat. cap. 5. num. 165. alios allegat Garz. loco cit. num. 36. Contrarium tamen multi tenent, nempè sufficere clausulas generales, & ita dicit seruari de facto, Gonsi. reg. 8. Cancellariæ, Glos. 6. nu. 20. probat Ricc. decis. 279. par. 3. qui dicit ita seruari in praxi. Quicquid tamen sit. Vera est opinio, quod absque vlla clausula derogatoria, eo ipso quod Summus Pontifex aliquid contra Concilium Tridentinum statuit, aut concedit, censetur illi derogare. Sic Rota in vna Pensionis Sancti Angeli

Digitized by Google

geli 16. Decembris 1594. coram D. Pamphilico, refert, & sequitur, Martha de clausul. par. 2. clauſ. 14. num. 3. Idem probatur per supradictum motum proprium Pii V. ac etiam Sacra Congregatio declarauit, vt apud Garz. loc. citat. num. 33. & 34. Rota Decis. 179. num. 6. & 687. num. 24. Probat latè post alios Bononia de elect. par. 1. dub. 5. & ratio est, quia in vltima sessione Tridentini cap. 21. de reform. fuit reseruata, & excepta authoritas Summi Pontificis super omnibus à Concilio decisis, & propterea eo ipso, quòd Summus Pontifex cõtra Concilium rescribit, potiùs dicitur sua vti authoritate, quàm Cõcilio derogare, Anastasius Germon. de sacrorum immunitatib. lib. 3. cap. de indultis Cardinalium num. 74. & hoc est, quòd fuit decisum in vna Pẽsionis Sancti Angeli, vt supra, vt Martha, & Garz. loco citato.

Et licèt in derogatione dispositionum conciliarium non sufficiat generalis clausula, non obstantibus, &c. ex illa ratione, quòd quę multorum consensu, ac magna deliberatione facta sunt maiori authoritate dicuntur roborata; & idcircò maiori indigẽt reuocatione ex l. dubiũ, ff. de repudiis, cap. prudentiam de officio delegati, Federic. de Senis, cons. 49. & 226. latè Rodriq. de regularib. tom. 1. quæst. 8. art. 10. Et nisi in generali reuocatione fuerit expressum aliquod ex illis, quæ specialem requirebant declarationem, non censetur derogatum omnibus, quę specificam requirunt derogationem. Exemplum ponit, Garz. num. 38. & 39. loco cit. in exemptione decimarũ ex decis. Rotæ 19. Maij 1589. coram D. Orano, in qua fuit declaratum, quòd ex eo quod Gregorius XIII. confirmauerat exemptionem decimarum cum derogatione Concilij Lateranensis, cæteris omnibus Conciliis cẽsebatur derogatum. Probat etiam in specie, Gemin. in cap. qui ad agenda, §. sed si aliquis num. 2. de procurat. in 6. & Bald. in cap. 1. col. 2. *Per quos fiat* inuestitura, in vsibus feudorum, & ff. in l. 1. in fin. ff. de seruitutibus dixit, quòd licèt concessio, vel confirmatio priuilegiorum facta à Summo Pontifice *non* operatur in his, quæ sunt contra ius, si tamen aliquod particulare, quod est contra ius fuerit exceptum, censetur derogatum omnibus, quæ sunt contra ius præter specialiter excepta, Ruinus cons. 110. col. 6. vol. 3. Mandos. in regulis Cancellariæ regula 13. quæst. 8. num. 5. Rodriq. loco cit. supradicta omnia procedunt in illis Conciliis, in quibus non fuit expressè reseruata authoritas Sũmi Pontificis, Marescott. lib. 2. variat. resolution. cap. 38. num. 41. dicens sic resoluisse Rotam in vna Vlisbonen. decimarũ 27. Nouembris 1572. coram Robusterio, & in vna Oriolensi decimarum, 8. Februarii 1588. coram Orano, Bononia loco citat. num. 4. in fin.

Ex hoc puto insurrexisse praxim, vt in concessionibus Pontificiis apponatur clausula (Quatenus decretis Concilij Tridentini non aduersentur) Quaranta in compendio bullarii in verbo Concilium Tridentinum constat ex bulla Clementis 8. quæ incipit, Ratio pastoralis officii die 20. Decembris 1597. & ex alia Pauli V. quæ incipit, Iniuncti nobis, 1. Decembris 1609. in quibus fuerunt confirmata priuilegia Patrum de Obseruantia, cum supradicta clausula (Quatenus Decretis Concilii Tridentini non aduersentur) Nam ex eo, quod facilè derogatur Tridentino, vel per clausulas generales derogatorias (non obstãtibus quibuscunq; &c.) vt in praxi obseruari dixit Ricc. decis. 279. pãr. 3. vel per simplicem concessionem, vel dispensationem contra decisa in Trident. vt dicebat Rota, Anastas. Germon. Garz. Marescott.

Digitized by Google

Maresc ott. & alii, Idcircò specialiter præseruatur,& declarat Summus Pontifex se non intendere per concessionem illi derogare.

Hinc colligitur erraſſe, Rodriq. dicto art. 10. in quo asserit per supradictam præseruationem Concilii Tridentini inducì derogationem cæterorum Conciliorum. Nam dum vnum ex Conciliis excipitur, cæteris Conciliis putabat esse derogatum ex Baldo Geminiano, Mandosio, & alii supra allegatis; sic etiam cauendum est in parte à Suar. tract. de legib. lib. 8. cap. 6. & 7. qui optima ratione impugnat, Rodriq. loco cit. dicentem, exceptionem Concilii Tridentini operari derogationem cæterorum Conciliorum, nam licèt exceptio firmet regulam in contrarium, l. Tribunus, §. vltimo de militari testam. Absurdum tamen est, vt quę apponuntur ad restrictionem operentur ampliationem. Asserit tamen ipse Suar. clausulam illam, dummodo, &c. declarare firmitatem decretorum Concilii Tridētini, & quod *in generalibus clausulis non comprehendatur. Nam vera est opinio comprehēdi,& ita vsu receptum est,* vt diximus, & facilè derogatur ipsius dispositione ex causa reseruationis factæ in dicto Concilio sess. 25. de reform.

Episcopi an possint absoluere à Casibus Bullæ Cœnę Domini impeditos perpetuo impedimento accedendi ad Summum Pontificem pro absolutione. Cap. III.

DVbitant DD. an facultas hæc Episcopis concessa sit sublata per Bullam Cœnæ Domini, & pro vtraq; opinione innumeros ferè DD. cumulat Barbosa in cod. cap. 6. Trident. Suppositа ergo opinione, facultatē fuisse illis ademptum; Quæritur an perpetuo impedimento detentos possint absoluere? Respondeo absq; vllo scrupulo id illos posse. Nam Episcopus de iure communi absoluit impeditos perpetuo impedimento à quacunque censura Summo Pontifici reseruata cap. de monialibus, vbi Abb. de sent. excommunic. Felin. in cap. quamuis de Senten. excommunicat. Syl. in verbo absolutio 4. num. 7. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 28. num. 39. Nauar. in summ. cap. 27. num. 89. Et licèt textus in cap. de Monialibus loquatur de excommunicatione ex violenta manuum iniectione in clericum, ex generalitate tamen capituli ea noscitur, cap. quamuis eodem tit. cap. eos de senten. excommunic. in 6. colligitur idem esse dicendum in qualibet censura reseruata, & probatur. Certum est Episcopum non posse dispensare in impedimētis dirimentibus, quia hoc tantùm ad Summum Pontificem spectat, vt ex Tridentino sess. 24. de reformat. matrimon. cap. 5. Et tamen ex causa magnæ necessitatis, quando non est facilis accessus ad Summum Pontificem potest dispensare, sicut in qualibet alia lege Pontificia. Speculator in tit. de dispensation. §. nunc de Episcoporum num. 30. Abb. in cap. at si clerici, §. de adulteriis num. 9. de iudic. Felin. in cap. 1. de constitut. Guttier. quæst. Canonic. lib. 1. cap. 23. num. 18. & in specie in materia matrimonij, Syl. verbo dispensatio quæst. 9. §. 15. Ang. Tabien. & Armilla in eodem verbo, alios allegat, & probat Sāch. de matrimon. lib. 2. disputat. 40. num. 3. & dicit ita in praxi seruari authoritate, Nauar. cap. 22. num. 85. Ergo ita etiam, & absoluere, cum non possit dispar ratio allegari.

Secundò absolutio impediti perpetuo impedimento, non procedit ex vi ali-

cuius

Digitized by Google

tuius priuilegij, sed ex vi iuris communis cap. de monialibus, vbi Glos. in verbo per Episcopum, & ibi Abbas, & cæteri Canonistæ de sententia excommunic. & Episcopus in illo casu procedit tanquam delegatus Sedis Apostolicæ, Glos. loc. cit. & propterea habens priuilegium dispensandi, vel absoluendi in casibus Episcopalibus, etiam matrimonialibus, non potest dispensare ratione vrgentis necessitatis, quia hoc iure speciali delegato competit Episcopo, Henriq. lib. 6. de pœnitentia, cap. 14. num. 6. & litt. 6. Rodriq. in Bulla Cruciatæ, §. 9. n. 118. quia hi non dicuntur verè casus Episcopales, sed Pōtificii; Episcopis verò ex iuris interpretatione permissi, Sanch. dicta disputat. 40. num. 9. & clausula derogatoria oppositа in lege noua, non includit specialiter statuta à lege antiqua, Glos. in authen. de hæreditatibus, quæ ab intestato de fer. in principio, Bart. in l. sciendum, ff. qui satis dare cogan. Et quod potest saluari per legem antiquam, nunquam censetur derogatum per nouā legem, Felin. in dicto cap. nonnulli num. 21. de rescript. Iuri etenim cōmuni nunquam censetur derogatum, nisi expressè constet, Rota decis. 1. de præbend. Io. Monachus in cap. in aliquibus de prescription. in 6. Felin. loco cit. num. 24. & idcircò priuilegiis clausis in corpore iuris non facilè derogatur, nec includuntur in clausula, non obstantibus priuilegiis, &c. Butrius in cap. fin. de for. compet. Roman. cons. 498. Felin. cap. 1. de rescriptis vers. fallit 3.

Tertiò reseruatio casuum fit ob charitatem, & bonam gubernationem Reipublicæ, vt supra ex Tridentino dictū est. Sed si Episcopi non possent absoluere à casibus occultis, maximum esset animarum discrimen, & quasi cogerentur permanere in peccato, esset enim contra suauem Ecclesię Dei gubernationem, qui enim ex legitimo impedimento personaliter comparere non potest apud Sedem Apostolicam, non tenetur per Nuntium, neq; per procuratorem, neque per litterasi sic colligitur ex textu in cap. quamuis, cap. quòd de his, cap. de cætero de senten. excom. Nauar. cap. 27. nū. 90. Henriq. Sayr. Hugolin. & alii, quos refert Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 13. num. 14. Barbosa de offic. Episcopi allegation. 41. num. 7. Idcircò nullo pacto dicendum est voluisse Summum Pontificem in tali casu arctare authoritatem Ordinariorum ex iure communi illis concessam. Et dato, & non concesso, quòd esset ex priuilegio, in generali derogatione priuilegiorum non compræhenditur illud, quod verisimiliter non præsumitur voluisse derogare, Io. Andr. in cap. ei, cui de præbendis in 6. Felin. in dicto cap. nonnulli num. 26. Idcircò optimè tenet Henriq. de pœnit. lib. 6. cap. 10. num. 2. quod data quauis strictissima reseruatione, prout fuit illa Sixti V. in materia abortus in anno 1588. per quam fuit derogatum quibuscunq; priuilegiis, & etiam declaratum, quòd in quouis Iubileo, in quo daretur authoritas absoluendi à quibuscunq; casibus, etiam Bullæ Cœnæ, non includeretur casus abortus impediti, tamen perpetuò impedimento detenti possent ab Ordinariis absolui. Idem tenet Sanch. dicta disputat. 40. num. 13. Idem Henriq. loco cit. cap. 9. num. 7. & cap. 16. num. 1. vbi alios allegat. Probat hanc opinionem Couar. in cap. Alma mater, parte 1. cap. 11. num. 15. in fin. Corduba in quęst. q. 11. Simanchas de Catholic. institut. cap. 25. num. 3. Nauar. cap. 27. num. 89. Sanch. lib. 2. Decalog. cap. 13. in fin.

An

An possit Episcopus in hæresim lapsum absoluere perpetuo impedimento detentum, ita vt nõ possit ad Sedem Apostolicam accedere. Cap. IV.

COmmunis opinio est, id Episcopum non posse ita Sot. in 4. distinct. 22. quæst. 2. artic. 3. in fin. Bart. Ledesma de Sacramen. dub. 13. ad finem, Viualdus in candelab. in vltima editione anni 1602. par. 1. tit. 11. de absolution. num. 14. Sanch. in dicto capitulo 13. Suar. de fide, spe, & charit. disputat. 21. Sec. 4. in fin. Ricc. in dicta decis. 278. nouissimè Sanctarell. de hæresi cap. 6. dub. 3. Ratio est, quia casus hæresis requirit specialem concessionem cap. frater noster 16. quæst. 1. propterea in generali facultate absoluendi non comprehenditur, Glos. in cap. vt officium de Hæretic. in 6. Nauar. cap. 27. num. 275. Mandosius in praxi signaturæ, verbo absolutio ab hæresi, Couar. loco citato Simanch. in dicto cap. 3. num. 2. Guttier. quæst. canonic. cap. 13. num 26. Imò in concessione absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ, in qua primo loco nominantur hæretici, non venit casus hæresis. Nec hæretici vigore Iubilei possunt absolui vltra supra citatos, probat Suar. disput. 7. Sec. 5. num. 12. sic dicitur declarasse Pium V. & Gregorium XIII. Vnde duo concionatores, qui contrarium populo declarauerãt in publicatione Iubilei, coacti fuerunt se ipsos retractare, Henriq. dicto cap. 16. num. 2. littera I. infinitos allegant pro hac opinione Barbosa allegat. 40. num. 33. & Sanctarell. cap. 6. num. 4.

Contrarium tamen semper mihi fuit visum rationabile, nempè, vt possit Episcopus perpetuò impedimento detentum, in hæresim lapsum absoluere. Primò probatur: Ab omnibus potest absoluere Episcopus suos Diœcesanos, nisi in specie a Summo Pontifice prohibeatur, vt supra probatum est, & attento iure communi, etiam absoluit hæreticos cap. vt officium, vbi Ioannes Andr. Geminian. Archidiac. & Franch. de hæretic. in 6. Glos. in cap. excommunicamus il primo, §. credentes, in verbo Apostolicæ, vbi Abb. Felin. & alij de hæretic. & hoc ex ordinaria facultate non solùm à iure positiuo concessa cap. ad absoluendũ de hæretic. Hæc per officium Sanctæ Inquisitionis, Ordinariorũ iurisdictioni derogatum est, cap. per hoc, ibi (Diœcesanis Episcopis, quin, & ipsi authoritate ordinaria, vel delegata, si habent in eodem procedere valeant, volumus derogare) de hæreticis cap. cum secundo ibi (antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, qui super hoc habent, sententia super eodem crimine fuerit promulgata) de hæret. cap. super eo, & cap. officium eod. tit. in 6, sed etiam iure diuino cognoscit Episcopus de hæresi, & hæreticos absoluit, Simanchas de Catholic. institut. par. 2. cap. 25. de Episcopis num. 3. Imò tenetur Episcopus suspectos de hæresi ad pœnitẽtiam prouocare cap. excõmunicamus, §. adiicimus ibi (ipse autẽ Episcopus ad pœnitentiam suos conuocet accusatos) de hæret. Et si in hæresis cognitione negligens reperiatur Episcopus deponendus est, latè Simanch. loco cit. Sequitur igitur, Episcopũ fundatam habere suam iurisdictionẽ ex iure diuino, & positiuo in omnes suos Diœcesanos cognoscendi, & absoluendi de hæresi. Et in toto corpore iuris nulla reperitur reseruatio cõtra Episcopos de hæresi, sed tantùm per Bullã Cœnæ Domini, Suar. de fide, spe, & charitat. disputat. 21. sect. 4. num. 3. Sed ex communi opinione

Digitized by Google

supra firmata absoluit Episcopus perpetuò impeditos à casibus contentis in Bulla Cœnæ, ergo etiam, & ab hæresi cum nulla possit ratio diuersitatis allegari.

Et licèt casus hæresis requirat specialè concessionem ex cap. frater noster 16. quæst. 1. & ex dictis per Couar. dicto §. 11. & ex cæteris supra allegatis. Aduertendum est, quod dato, quod vera sit hæc opinio, quòd facta concessione casuum comprehensorum in Bulla Cœnæ, non intelligatur casus hæresis, nisi specialiter fuerit concessus, licèt contrarium multi grauissimi Doctores teneant, asserentes omninò comprehendi, quos refert, & sequitur Fagundez de præcep. decalog. lib. 8. cap. 8. num. 37. & secundum hanc opinionè dicit fuisse resolutum in sacra pœnitentiaria in anno 1617. Fill. de censur. tract. 8. cap. 10. num. 265. & secundum hanc opinionem probabilem, nullum est dubium, posse Episcopum perpetuò impeditum absoluere; Sed etiam retèta alia opinione dico, quòd aliud est, quando agimus de concessione, vel reuocatione priuilegii, aliud quando agimus de concessione, vel reuocatione iuris communis. Nam priuilegiis facilè derogatur, & quando priuilegium deuenit ad non causam, vel ex eius exequutione nasceretur aliquod absurdum, reuocatur priuilegium, cap. fugetsum de decimis. Imò quando priuilegium continet idem, quod ius commune, reuocato priuilegio, non reuocatur ius commune. Id. circò licèt decretum Tridentini concedentis facultatem Episcopis absoluendi ab hæresi sit correctum, non tamen cessat dispositio iuris cõmunis.

Secundò probatur. Ratio allegata ab aduersariis, quòd Episcopus non absoluat hæreticos perpetuò impeditos, &c. est, quia nullus præter articulum mortis absoluit ab hæresi præter Summum Pontificem; Sed eadem forma reseruationis legitur in Canon. si quis suadente diab. ibi (nullus Episcoporum vllum præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat) 16. quæst. 4. Et tamen percussorem perpetuò impeditum absoluit Episcopus; Et licèt dictio illa, nullus, denotet omnimodam exclusionem, Abb. in cap. cum ad nostram num. 6. de election. & in cap. graui num. 8. de officio Ordinar. Vgolin. in Bulla Cœnæ, §. cæterum num. 5. non tamen excludit casus similes, æquipollet enim perpetuum impedimentum, articulo mortis, cap. eos de senten. excommun. in 6. Et durissimum est, quòd quis nolens, toto tempore vitæ, cogatur permanere in excommunicatione, & incertum articulum mortis expectare pro absolutione; Et sicut percussor clerici impeditus, vt supra, potest absolui ab Episcopo, ita & hæreticus, nam casus exceptus à jure communi extenditur ad similes, cap. cum dilecta, vbi Abb. & Dec. de confirmat. vtili, vel inutili cap. ad audientiam de Cleric. non residentibus, Abb. in cap. cum omnes colum. 6. de constitut. Couar. loco citato num. 15. vers. 3. etiam. Accedit etiam, quòd reseruationes fiunt pro salute animarum, vt ex Tridentino sess. 14. de reformatione cap. 7. & potestas Summi Pontificis à Deo Optimo Maximo obtenta, fuit ad ædificationem, non autem ad destructionem. Si enim Episcopus non posset absoluere impeditos, pia mater Ecclesia sufficientia remedia non adhibuisset suis filiis. Et quæ protestatur nunquam se gremium præcludere venientibus, per indirectum præcluderet. Et necessariò dicendum est, aliquem debere esse Ministerium, præter Summum Pontificem, qui occultis hæreticis impeditis possit consulere, Suar. d. sect. 4. n. 16. Propterea optimè inquit

inquit Henriq. lib. 3. de sacram. pœnit. cap. 10. num. 2. quod in qualibet strictissima reseruatione cum qualibet amplissima derogatione, semper Episcopus absoluet perpetuò impeditum. Nec obstat, dictum aduersariorum, recurrendum esse ad Inquisitorē, & vt inquiunt Barbosa, & Ricc. loco cit. Inquisitor tanquam Iudex fori exterioris absoluet ab excōmunicatione reseruata, & demum quilibet Confessarius approbatus absoluet. Nam licèt multa dici possent in quæst. illa. An Inquisitor possit in foro conscientiæ absoluere occultum hæreticum, & multi affirment, videlicèt Bannes 2.2 quæst. 11. artic. 4. dubitat. 2. in 3. argumento, Campegius ad Zanchum tract. de hæretic. cap. 34. Guttier. qq. Canonicar. lib. 1. cap. 13. num. 3. Negant tamen alii, videlicèt Garzias de benific. par. 11. cap. 10. num. 121. Farinac. de hæresi quæst. 192. num. 54. Nauar. Cons. 10. de priuilegijs, alios allegat Sanctarellus de hæresi cap. 5. dub. 7. num. 31. Tamen in casu nostro dico. Quòd si vera est opinio posse Inquisitorem absoluere in foro conscientiæ, nec per Bullam cœnæ fuisse derogatum suæ authoritati, sequitur necessariò, idem, & fortius dicendum esse in Episcopo, cùm idē ius habeat, quòd Inquisitor hæreticę prauitatis. Nec Inquisitores sunt maiores Episcopi, clementina 1. §. propter, & §. verū de hæretic. Et potētius dicitur ius, quod quis habet iure proprio, quam alieno, Rota decis. 326 2. par. Gonsal. de alternatiua, Glos. 5. §. 9. num. 104. vt supra fundatum est, Imò fortius respectu ouium suarum in materia sacramentorum. Ipse enim peruigilat rationem redditurus Deo Optimo Maximo de ouibus suis, cap. inrefragabili de officio ordin. nā, vt inquit Gregorius relatus in cap. penultimo de regul. iuris; Non potest esse Pastoris excusatio, si lupus oues comedi, & Pastor nescit. Si autem dicimus, veriorē esse secundam opinionem Inquisitores esse iudices fori exterioris tantum, nec posse in foro conscientiæ absoluere, prout credo magis expedire officio S. Inquisitionis, quod nunquam Inquisitores confessiones audiant, conuincitur ex eo, quod absolutio in foro conscientiæ, non prodest hæretico, quod non possit in foro exteriori legitimis probationibus aduenientibus puniri, Glos. in cap. gaudemus, in verbo poterit, de hæretic. Anton. Gomes. lib. 3. var. resolut. cap. 1. num. 40. Pegna ad Directoriū par. 2. comment. 25 §. rursus, Sanch. in decalog. lib. 2. cap. 12. num. 27. Suar. dicta disputat. 21. Sect. 4. num. 6. Videns enim hæreticus pœnitens, post confessionem, & superuenientibus inditiis contra ipsum procedi facilè in suspitionem incideret de reuelata confessione, vel quod Inquisitor de auditis in confessione vteretur in foro exteriori, quod in verecundiam sacri sigilli Sacramentalis verteretur. Idcircò optimè aduertit Eymericus in directorio, ne Inquisitores confessiones audiant. Si inquam hoc dicimus sequitur necessariò, quòd occultus hęreticus teneretur se ipsum prodere, quod omni iure repugnat, cum nullus cogatur se ipsum prodere, cap. quis aliquādo, §. his authoritatibus, ibi (secreta nāq; peccata secreta confessione, & occulta satisfactione tolluntur) de pęniten. distinct. 1. Et hoc procedit etiam in hæresi, nam regula est generalis, ne quis cogatur prodere se ipsum, & etiam in hęresi locum habet Symanch. de Catholic. institut. par. 2. tit. 42. de occultis num. 13 Nec teneretur alios denunciare iuxta textum in cap. 2. de hæretic. in 6. & alias Summorum Pontificum Innoc. IV. Nicol. III. Pauli IV. Pii IV. &c. constitutiones, quas refert, Farinac. de hęresi quæst. 197. §. 2. num. 35. quando

Digitized by Google

ex tali denũciatione sequeretur ipsius proditio, Nauar. cons. 8. num 3. de hæretic. Propterea sequitur non esse consultum animabus occultorum hæreticorum per accessum ad Inquisitores.

Accedit supradictis. Ratio, quare Doctores dixerunt, quòd qui tenetur accedere, & non potest personaliter, nõ tenetur mittere, neque scribere, est ob periculum propriæ proditionis. Si ita est in cæteris criminibus, fortius est in hæresi, nam crimen hæresis infamat, & graue est aliquem citari à Tribunali Sanctæ Inquisitionis, vt post Afflict. in Constitut. Regni, Inconsutilem, de hæreticis, & Carrerium tract. de hæret. num. 116. tradit Symanch. de catholic. institut. par. 2. cap. 50. de præsumpt. num. 29. Igitur si Inquisitor, vel non potest absoluere in foro conscientiæ, vt diximus, vel pænitens non tenetur accedere se ipsum propalando, quod eo ipso sequitur, ex quo accedit ad Inquisitorem, cum nullum aliud negotium ad ipsum spectat, nisi de hæresi cognoscere, sequitur necessario dicendum, ne pænitens perpetuo impeditus omni prorsus destituatur auxilio, quòd Episcopus in foro conscientiæ absoluet, sustinendo in hoc vices Summi Pontificis iuxta regulam. Quòd ex causa magnæ necessitatis, quãdo non est facilis accessus ad Summum Pontificem, dispensat Episcopus in omni lege Pontificia, Speculator in tit. de dispensationib. §. nunc de Episcoporum num. 3. Abb. in cap. at si clerici, §. de adulteriis num. 9. de iudic. Cenedo, qq. Canonic. quæst. 30. num. 5. Congerit Sanch. & dicit ita in praxi seruari lib. 2. de matrimon. disputatione 4. num. 3. Et secundum hanc opinionem consului, & ego ipse practicaui in quadam moniali, quam obtenta potestate à Diœcesano in foro pœnitentiali, audita confessione omnium peccatorum absolui; Et hanc etiam nostram opinionem tenet noster Duardus in Bulla Cœnę lib. 3. §. 2. quæst. 8. num. 13. & 45. Nouissimè accedit, quod licèt quæstio fidei ad Petrum spectet, & ipsius iudicio standum sit, quid credendum, quid respuẽdum sit cap. quoties 24. quæst. 1. procedere tamen contra non credentes iam decisa, ad Episcopum spectat, Glos. in dicto cap. quoties, in verbo, nisi ad Petrum, per tex. in cap. ad absoluendum, §. ad hoc de hæret. Igitur si in foro exteriori pro fidei defensione Episcopus cognoscit de hæreticis, ergo eo magis in foro interiori pro eiusdem fidei defensione, & animarum salute dicendum erit.

De differentia facultatis concessę Episcopis ad dispensandum in irregularitatibus, & suspensionibus, & ad absoluendum à Casibus Sedi Apostolicæ reseruatis. Cap. V.

SAcrum Concilium in dicto cap. liceat, constituit differentiam inter facultatem concessam Episcopis dispensandi in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto descendentibus, & facultatem absoluẽdi à casibus occultis Sedi Apostolicæ reseruatis. Quando enim loquitur de facultate dispensandi, quæ prodest in vtroq; foro, duas requirit circumstantias; Altera est, vt ex delicto occulto descendat irregularitas, vel suspensio; Secunda nè causa irregularitatis sit deducta ad forum contentiosum. Quando verò loquitur de absolutione à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, quæ locum habet in foro conscientiæ tantum requirit quod sit occultum.

Notan-

Digitized by Google

Notandum est itaq;, quòd crimen simpliciter, & per se occultum, est, quod sola cogitatione committitur, in corde retinetur, nec voce, aut opere extra progreditur, & sic nihil habet, vnde possit ab hominibus cognosci. De hac specie occulti loquitur textus in cap. cogitationis pœnam de pœnitentiam distinct. 1. Hoc crimen iudicio Ecclesiæ non subditur quoad pœnas. Ideò de his non loquitur Concilium; Hæreticus enim purè mentalis non incidit in excommunicationem secūdùm veriorem opinionem contra Arnaldum Pighium lib. 6. de Hyerarchia Ecclesiæ. Probant communem opinionem Caietan. in summa, in Verbo hæresis, Sot. Albertus, Syl. & alii, quos refert, & sequitur Simanch. de Catholic. institution. parte 2. cap. 42. de occultis, Sanch. in decalog. lib. 2. cap. 8. Crimen verò per accidens occultum, dicitur, quod extra progreditur, sed tamen probari non potest, cap. ex tenore, vbi Abb. de temporib. ordinat. & in cap. vestra num. 11. de cohabitat. Cleric & mulier. cap. erubescant, vbi Præpositus, & Geminianus 32. dist. optimè explicat Gregorius Lopez ad partitas Hispaniæ par. 1. lege 33. tit. 6. in verbo peccados encubiertos. De hac etiam secunda specie occulti, non loquitur Concilium, vt infra dicemus. Occultum crimen etiam dicitur, quatenus contradicit publico, notorio, vel manifesto iuxta textum in dicto cap. vestra, probat latè Nauar. in summa cap. 27. num. 150 dicitur enim penè, seù quasi occultum, dictio enim illa, penè, diminuit, sicut dictio, quasi, cap. cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil. & sic dicitur delictum penè occultum, quod difficulter probari potest, Abb. in dicto cap. vestra num. 11. Et dum aliquid toleratur, licèt ab aliquibus sciatur, potest dici occultum, quia difficilè subest probationi, Glos. in cap. manifesta 2. quæst 1. & in dicto cap. vestra, in verbo notorium. Publicum enim dicitur, quod patet omnibus, Bart. in l. 1. §. penult. ff. de suspition. tutor. Vel saltem maiori parte Viciniæ, Collegii, vel Monasterii, dummodò non sint minus, quàm decem in Vicinia, Collegio, vel Monasterio, Abb. & Nauar. loc. cit. Idcircò quod à quinq; scitur, dicitur penè occultū, Nauar. loco cit. allegat Glos. in cap. quis aliquando, §. hæc ergo, in verbo secreta, de pœnitentia, distinct. 1. & text. in cap. 2. de Apostat. Nam cum decem personæ constituant vniuersitatem, quod vniuersitati patet, dicitur publicum, vt ex Bart. in dicta l. 1. §. penult. Ideò, quod non scitur à maiori parte vniuersitatis, non potest dici publicum, sed penè occultum, quatenus aduersatur publico, manifesto, vel notorio, licèt probabile sit in foro exteriori, l. eos, §. 2. C. de appellationib. & de hac specie occulti loquitur Concilium, vt latè probat post alios Sanch. loco cit. cap. 11. & de matrim. lib. 8. disputatione 34. num. 55. & sequenti, Genuens. in praxi c. 66. Barbosa de offic. Episcop. alleg. 39. num. 24.

Et licèt alij dicant, Concilium intelligendum esse de crimine verè occulto, quod licèt ad extra progressum sit, tamen probari non possit, & propterea à crimine reseruato corā duobus, vel tribus perpetrato, non possit absoluere Episcopus, Garzias de beneficiis par. 7. cap. 11. num. 46. & sequen. allegat Graff. cons. 2. in tit. de homicid. Et dicit etiam ita fuisse à Sacra Congregatione declaratum; Incontrarium est communis opinio, & veritas. Nam Decretum Sacri Concilij continet materiam fauorabilem, & proinde largè est interpretandum, Henriq. in summa lib. 10. de Sacram. ordin. cap. 20. num. 2.

Sanch.

Digitized by Google

Sanch. dicto lib. 8. disputatione secunda num. 12. fit enim reductio ad ius commune per Decretum Concilii, idcircò tanquam fauorabile extendi debet, Anton. de Butr. & Abb. in cap. olim de verborum significatione. Confirmatur idem. Nam Concilium ad obuiandum scandalo publico, restringit facultatem absoluendi tantum in occultis, ergo non est faciendum uis, quòd sit probabile, sed tantum, quòd non sit publicum, & quòd absque infamia tolleretur, iuxta Glos. in cap. 2. in verbo, non valebit, de Apostat. Henriq. de irregularitate cap. 20. nu. 4. Barbosa, Sanch. & alii supra citati.

Hinc infertur. Primò, Episcopum posse absoluere à delicto reseruato Summo Pontifici, occulto in loco absolutionis, licèt id alibi sit publicum, dummodo non sit timor, quòd ad locum absolutionis publicè deferatur, Auila de censur. cap. 7. disput. 1. dub. 11. cõclus. 3. & Durand. in 4. distinct. 18. quæst. 5. in fin. & ibi Paludan. q. 6. artic. 1. num. 5. dicunt, quod publicus excommunicatus in vno tantum loco, non debet censeri publicus in alio loco, & Auilæ opinionem sequitur Sanch. dicens sic viros doctissimos Salmanticæ consuluisse, dicto lib. 2. in decalog. cap. 11. num. 20. licèt contrarium dicat Suar. de pœnitentia disput. 30. sec. 2. num. 2. Sed vera est opinio Sanch. Nam eo ipso, quòd in loco absolutionis delictum est occultum, eo modo vt supra, & nulla sit infamia de præsenti, nec in proximo de futuro, adimpletur mens Concilii scandalis obuiandi, vt ex Henriq. loco citato.

Infertur etiam Secundò, quòd si crimen fuit ad forum contentiosum deductum, sed per sententiam delinquens absolutus, poterit demum ab Episcopo absolui in foro conscientiæ. Ratio est, quia cessat infamia, & remanet, vt prius, occultum, Henriq. & Sanch. loc. citatis, Viualdus in candelab. Emanuel Sà, Rodriq. Vega, Graffius, Suar. Genuen. & alii, quos refert, & sequitur Barbosa in dicta allegation. 39. num. 32. Et hoc etiam si depravatis mediis, vel ex defectu probationis fuerit absolutus, vt per supra citatos. Nihil enim facit ad publicitatem criminis, quòd malis mediis, vel ex defectu probationis fuerit absolutus. Genuens. & Barbosa loco citat.

Quod ampliatur, etiam si delinquens per diffinitiuam sententiam non fuerit declaratus innocens, iuxta textũ in l. absentem, ff. de pœnis, sed tantùm absolutus ab obseruatione iudicii. Nam licèt sententia absolutoria ab obseruatione iudicii, non dicatur propriè diffinitiua, sed interloquutoria, Iason. in l. admonendi num. 78. & sequen. ff. de iur. iuran. Et non proprie finit negotium, Iason. in l. properandum, §. & si quidem C. de iudic. Franch. in cap. cum esses, de appell. in 6. Idcircò absolutus ab obseruatione iudicii possit iterum accusari, & formari contra ipsum processus si noua insurgant iudicia, & condemnari l. libellorum, §. quod si libelli, ff. de accusation. l. qui de crimine C. de accusationibus. Et sic limitetur regula, quòd de vno crimine bis cognosci non potest cap. de his de accusationibus, & dicta lege qui de crimine C. de accusation. latè Felin. in dicto cap. de his, latè Farinac. de inquisit. quæst. 4. in prin. & num. 27. Tamen quia sententia absolutoria ab obseruatione iudicii, licet non declaret reum innocentem, declarat tamen non culpabilem, ex defectu probationis, uel processus, Clarus in praxi criminali quæst. 26. uers. forma autem, & quæst. 57. uers. sed id quæro, Farinac. loc. citat. num. 23. Et habet effectum diffinitiuæ sententiæ circa id, de quo profertur, Anchatan. cons. 16.

Tusch.

Digitized by Google

Tusch. in verbo sententia, concl. 168. & transit in rem iudicatam, sicut quelibet alia sententia diffinitiua, Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 1. num. 8. Farinac. loc. citato. Idcircò sufficit quod possit Episcopus post talem sententiã absolutoriam ex vi Concilij absoluere, nel dispensare, quia remanet delictum occultum, prout prius Rodriqu. in summa par. 1. cap. 107. num. 4.

Ampliatur secundò, etiam si reus sit absolutus per compositionem, & transactionem factam cum parte, & Fisco in materia tamen componibili, & transigibili. Ratio est, quia licèt absolutus ex causa transactionis factæ cum parte tantùm, non dicatur verè absolutus, cùm possit ad alterius instantiam accusari, l. qui cætu, §. fin. ff. ad leg. Iuliam de vi public. l. si maritus, la secõda, §. si negauerit, ff. ad leg. Iuliam de adult. Felin. in d. cap. de his. Secus tamen est, quando etiam cum fisco fit compositio. Nam non potest amplius inquietari, latè probat Carau. in Ritu Mag. Cur. Vic. 272. & componens se cum parte, & fisco, in delicto componibili, seu transigibili, non censetur fateri delictum, l. fin. ff. de prævaricator, l. quoniam, ff. de his, qui notan. infam. l. transigere, vbi omnes Ciuilistæ, C. de transaction. Gomesius variarum resolution. tractatu de delict. titul. de amicitia num. 54. Farinac. loc. cit. qu. 3. num. 18. Et licèt Glos. cap. Venerabilem, in verbo postulaui, de elect. dixerit, quòd petens absolui ab excommunicatione, fatetur se excommunicatum, ex regula, quòd priuatio præsupponit habitum, l. decem, ff. de verbor. obligat. Et petitio veniæ præsupponit culpam, l. si ideò, ff. de his, quibus, vt indig. cap. nerui 13. distin. latè Mascard. de probation. lib. 1. concluſ. 13. Contrarium tamen dixit Rota dec. 146. alias 13. de sententia excommunic. Idem Ioannes Andr. Butrius, & Abb. in cap. exhibita de homicid. Franch. in cap. pia, §. 1. de exception. in 6. Concordantur tamen opiniones, quòd in his, quæ sunt magni præiudicii, non censetur fateri se esse excommunicatum. Secus in his, quæ sunt modici. Ratio est, quia est probatio insurgens à præsumptione, idcircò tantùm prævalet in his, quæ sunt modici præiudicij, Abb. in cap. prudentiã S. super eam, de officio delegati, Farinac. dicta q. 6. num. 26. Sed maximum est præiudicium, quòd quis non possit à proprio Episcopo absolui, vel ab ipso dispensari; Ideò absolutus cum prævia compositione cum parte, & fisco, poterit ex vi Concilij absolui ab Ordinario.

Hinc Infertur, falsam esse opinionem dicentium, quòd deducto crimine ad forum contentiosum, peracto anno, Episcopus potest dispensare, vel absoluere, etsi per sententiam non fuerit definitum negotium prout dixerunt, Maiolus de irregularit. lib. 3. cap. 17. num. 9. Sayr. de censur. lib 7. cap. 7. num. 11. Campanil. in diuersor. Rubrica 11. cap. 23. num. 144. Barbosa dicta allegation. 39. num. 33. allegans Glosam in cap. Fantis Daniel, in verbo obrepsit, 81. distinct. & cap. omnipotens Deus, de accusationib. & fundari potest ipsorum opinio ex tex. in l. reus, ff. de munerib. & honorib. & in l. Lucius, §. idem respondit, ff. ad Municipalem, & de Incolis, vbi accusatus de delicto capitali, non potest honores appetere, si tamen accusator per annum tacuerit poterit, ergo idem in casu nostro, vt post annum à delatione criminis ad forum contentiosum, possit ab Episcopo absolui, vel dispensari; Probatur primò. Non est maior ratio taciti, quam expressi, sed expressa cõpositio cum parte accusante facta, nõ facit. vt reus censeatur absolutus d. l. qui cætu, & dicta lege si maritus la 2. §. si negauerit, sed adhuc remanet, de numero reorum, & contra ipsum procedi

Digitized by Google

cedi potest, Couar. Gomes. & Fari. nac. loc. cit. taliter, vt non possit ab Episcopo absolui, vel dispensari, ergo nec etiam per taciturnitatem accusatoris. Secundò lapsus anni non facit quin crimen non censeatur delatum in iudicio, nam instantia perit biennio, ergo interim non poterit absolui, etiam parte desistente, nulla sequuta sententia. Tertiò ratio quare post sententiam absolutoriam absoluit Episcopus, est, quia cessat scandalum, & per sententiã finitur negotium, iuxta textum in l. 1. ff. de re iudic. & sic remanet delictum occultum prout per prius, prout optimè aduertit, Suar. de censur. disput. 41. sect. 2. num. 7. quòd nullo pacto potest esse in casu proposito.

Pro responsione contrariorum, aduertendum est, quòd Episcopus in casibus dispensabilibus de iure communi iuxta textum in cap. at si Clerici, §. de adulteriis, de Iudic. (quæ facultas de iure cõmuni competens Episcopo in casibus suis, non fuit sublata, nec immutata à Concilio Genuens. in praxi cap. 67. num. 13.) non dispensat in inquisito pendente iudicio; Hoc enim tantum ad Summum Pontificem spectat, inquisitum, pendente iudicio ordinare, & etiam beneficium illi conferre, Speculator in tit. de accusationib. §. 1. Zabarell. in cap. fin. de schismatic. Sayr. dicto cap. 7. num. 12. Maiol. & alii, quos refert, & sequitur, Henriq. de irregularit. cap. 17. num. 3. littera h. Si tamen annus fuerit elapsus à die, quo tacuerit accusator, poterit ordinare delinquentem, & de hoc loquitur, Glos. in dicto cap. Tantis Daniel, & cap. omnipotens Deus; Hoc dictum Glosæ non potest applicari in absolutione, vel dispensatione facienda ab Episcopo vigore Concilii, nam tantum in occultis absoluere potest, & quando delictũ est famosum nullo pacto potest, videlicèt in maiori parte vicinia, vt dictum est, & probat Genuens. loco cit. num. 3. sic etiam quando deductum est ad forum contentiosum, vt apertè decidit Concilium. Ergo indubitanter concludendum est, quod nisi fuerit finitum, sententia, vel compositione cum parte, & fisco, quæ sententiæ æquipollet, non poterit absolui, vel dispensari.

Infertur etiam recedendum esse ab opinione Doctorum Salmaticiensium, quos refert Auila de censur. par. 7. disputatione 10. dub. 7. & probat etiam Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 11. num. 21. dicentium, quòd lata sententia condemnatoria criminis, potest Episcopus absoluere delinquentem, vel cum ipso dispensare, ea ratione, quia iudicium iam per sententiam est finitum, & cessat scandalum, & Episcopus absoluendo, vel dispensando, non derogat authoritati Iudicis fori contentiosi, cui rei propriè voluit obuiare Concilium, Conseruando authoritatem iudicis fori exterioris, dum excepit delictum delatum ad forum contentiosum. Et hanc opinionem probant Henriq. lib. 14. cap. 7. de irregularit. num. 5. & cap. 20. num. 4. Reginaldus lib. 30. tract. 2. num. 29. vers. 6. Contrarium tamen probant, Guttier. quæst. Canonic. lib. 1. cap. 3. in fin. Rodriq. in summa par. 1. cap. 168. in fine Suar. dicta sect. 2. num. 7. Barbosa dicta allegatione 39. num. 35. & melius quam cæteri, Sayr. de censur. lib. 4. cap. 17. num. 23. Et probatur hęc opinio; nam certum est facultatem concessam à Concilio Episcopis absoluendi suos subditos, esse tantùm in casibus occultis, sed delato negotio ad fori contentiosum, & sequuta sententia condemnatoria impossibile est, dici occultum. Imò dicitur notorium, cap. vestra ibi (cæterum aliud est crimen notorium, aliud occultum.

Nota-

Digitized by Google

Notorium diffinitur, de quo presbyter canonicè condemnatur) de cohabitat. cleric. & mulier. & in cap. fin. eod. tit. ibi (nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, seù confessionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit) citat etiam iura concordantia, Glos. in dicto cap. vestra, in verbo notorium, & in dicto cap. manifesta. Confirmatur idem; Nam si ex communi opinione supradiximus delictum occultum dici in materia Concilii, quatenus contradicit publico, notorio, vel manifesto, quomodo ergo poterit rectè dici, lata sententia condemnatoria posse Episcopum absoluere? cùm iam per sententiam delictum fuit factum notorium, & sic contra expressa verba Concilii. Accedit etiam, si ex communi opinione supra diximus, delato crimine ad forum contentiosum, & absoluto reo, etiam malis mediis, ex quo delictum remanet occultum, prout prius ex vi sententiæ absolutoriæ, poterit Episcopus absoluere, ergo à contrario sensu loquendo, quando sententia fuit condemnatoria, nullo pacto poterit Episcopus dispensare, vel absoluere; Et in hoc recedendum est à Garzia part. 7. de benefic. cap. 11. num. 50. qui licèt improbet opinionem Auilæ, & sequacium, dicit tamen, illam posse admitti in materia absolutionis, non autem dispensationis; Sed euidenter fallitur, quia nisi per sententiam absolutoriam fuerit sublata publicitas, nullo pacto poterit absoluere Episcopus.

Hinc etiam infertur nimis titubare, Suarez dicta disputat. 41. sect. secunda num. 7. in fine, dum dixit, quod si delictum fuit in iudicio semiplenè probatum, & reus absolutus ab obseruatione iudicii, quia ex semiplena probatione resultat publica fama, non esse amplius delictum occultum, & proinde Episcopum non posse absoluere. Nam, vt optimè inquit, Sanch. lib. 7. de matrimon. disputat. 34. num. 57. per sententiam subsequentem est sublata infamia, & destructa publicitas, & sententia absolutoria non expressa causa censetur processisse potius ex capite non probati delicti, quàm ex innocentia rei, Glos. l. si quis ad exhibendum, ff. de except. rei. iudic. Bald. in l. 3. C. de sentent. quæ sine certa quantit. Lanfranch. in cap. quoniam contra, in verbo interloquutoria, num. 43. de probationib. est communis opinio, quam probat Farinac. de inquisit. quæst. 4. num. 28. licèt absolutus ex eo, quia non fuit confessus in tormentis, dicitur diffinitiuè absolutus tanquam innocens, & non ab obseruatione iudicii, Gomesius variarum resolutionum titul. de tortura reorum num. 28. est communis opinio, quam probat, Farinac. loco citato num. 26. & dicit sic practicari in toto Orbe Terrarum. Hinc est, quòd si post talem absolutionem extraiudicialiter confiteretur delictum, non non posset contra ipsum procedi, sicut potest formari, & procedi contra absolutum ab obseruatione iudicij. Sic probat, & dicit bis vidisse iudicatum, Farinac. loco citato num. 46. Hoc autem nihil facit ad absolutionem, vel dispensationem; Nam, & si post absolutionem, vel dispensationem denuò confiteatur delictum, absolutio remanet illesa, dispensationes tamen effectus debet ab Episcopo impediri, Sayr. & Henriq. locis supra citatis. Et quomodo autem censeatur delictum deductum ad forum contentiosum. Et an sufficiat fuisse tantum iudici de-

Digitized by Google

nuntiatum, vel requiratur etiam citatio partis, vel necessaria sit litis contestatio, legendus est Barbosa dicta allegatione 39. numer. 28. & tex. notabilis in cap. ex parte, il secondo de verb. signific. in quo decidituir tempus litis contestatæ esse attendendum.

Vltimo pro complemento est aduertendum. Quòd delictum debet esse formaliter publicum, ad hoc, vt Episcopus non possit absoluere. Multoties enim actus est materialiter publicus, nempè celebratio, & delictum occultum, idcircò tunc poterit absoluere Episcopus, Nauar. cap. 27. num. 241. & 245. & cons. 2. de cleric. non ordinat. ministr. Sanch. dicta disput. 34. num. 56. Sayr. Henriq. Rodriqu. Maiol. & alij, quos refert Barbosa loc. citato.

Quinam subdit Episcopi possint ab eo in casu Concilij absolui.

Cap. VI.

LAtas habenas videtur concessisse Episcopis Concil. absoluendi ab occultis Sedi Apostolicę reseruatis suos subditos. Nam non solum concessit facultatem absoluendi subditos sed quoscunque subditos. Et sic quouis modo aliquis subdatur Episcopo, siue ratione domicilij, siue originis, siue delicti iuxta textum in l. prima, C. vbi de crimin. agi pot. cap. fin. de foro compet. Et quoad clericos ratione beneficij cap. cum nullus de tempor. ordinat. in 6. latè Couar. pract. quæstionum cap. 11. num. 3. & eodem modo, quo quis fortitur forum coram Ordinario, eodem modo fortitur, & coram Delegato, Innoc. cap. dilecti de foro competen. Vel quia ibi reperiuntur licet sint vagabundi, vel aduenę, peregrini, seu iter facientes, semper possunt absolui, probant Suar. de pœniten. disput. 30. sect. 2, & de censur. disputat. 41. sect. 2. num. 10. Sanch. de matrimon. lib. 3. disputat. 22. & in decalog. lib. 2. cap. 11. num. 9. Garzias de benefic. par. 11. capit. 10. numer. 139. Barbosa, & alii. Quod verò ad potestatem dispensandi ex eodem Concilio Episcopis concessam, non procedunt supradicta, vt per supracitatos. Et ratio est, quia facultas dispensandi ex Concilio supradicto ad vtrunque forum pertinet, idcircò ne iurisdictiones confundantur in verè, & proprie subditos exercenda est, vt ex communi opinione, & ita Sacra Congregatio respondit, teste Garz. loco supra citat. licet contrarium teneat Henriq. lib. 14. de irregularitat. cap. 20. numer. 7. Ratio autem supra firmatæ conclusionis est. Quia Concilium voluit latè in beneficium animarum consulere, idcircò dixit, quoscunque subditos, dictio illa, quoscunque est vniuersalis, & omnem casum comprehendit, Clemen. prima, vbi Glos. in verbo, quouis modo, de rebus Eccles. non alienandis, Alex. cons. 30. numer. 14. volum. 4. Et tanta est vis dictionis, quoscunque vt etiam dispositionem per talem dictionem factam, extendat ad casus improprios, iuxta textum in cap. primo de feudis non habent naturam feudi, in vsibus feudorum, Cotta in memorabilibus, in verbo feudum, in verbo priuilegium, & in verbo, quibuscunque, Mandosius in regulas Cancellariæ regula 30. quæstione 8. Et dictio, quoscunque, ex vi suæ amplitudinis, nihil excludit, Mand. ad

Ro-

Romanum cons. 32. num. 2. Bursatus cons. 9. volum. 1. num. 3. latè Cenedo singulari 91.

Hinc infertur Primò, posse illum absoluere vagos. Vagus enim is dicitur, qui per mundum vagatur, nec certam Sedē habet, l. quis sit fugitiuus, §. erroneum, ff. de edilitio edicto, Glos. in l. eius, qui §. celsus, in verbo domicilii, ff. ad municipalem, & de incolis, Bart. in l. 4. §. prætor ait, ff. de damno infecto, Socc. in cap. fin. num. 57. de for. compet. Clarus in praxi, §. fin. quæst. 39. Et vagus appellatur aliquando à iure erroneus, dicto §. erroneum, & quasi fugitiuus, non quia verè fugit, sed quia tempus inter nugatoria consumit frequenter vagando, l. fugitiuus ff. de verbor. signific. Vagari enim, vitium animi est, Rebuff. in dicta l. fugitiuus. Idcircò vendens seruum tenetur denuntiare emptori, quod est vagus, siue erroneus, l. 4. §. idem Pomponius, ff. de Edilit. edict. Et licèt vxor teneatur sequi virū cap. vna quæque, §. 1. 3. quæst. 4. non tamen vagum, Abb. in cap. de his, de sponsal. Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 469. Nec libertus, vagum patronum ad præstandum operas, l. quod nisi, §. experientia, ff. de operibus libert. Et hoc genus hominum ineptum, ac otiosorum, in quacunq; benè instructa Republica exprobatum est, Plato lib. 12. de legib. Petrus Greg. Syntagm. iuris lib. 39. cap. 6. Idcircò, quia magna est suspicio, quòd delicta patrent, Rempublicamq; turbēt, variis pœnis, secundum varietatem Regionum à Principibus puniuntur, vt de Regno Cathaloniæ refert Piguer. decisionib. criminalib. decis. 3. Menochius de arbitrar. casu 531. Azuedo lib. 8. in recōpilatione tit. 11. l. 1. & in hoc Regno imponitur pœna triremium ex vi regię Pragmaticæ, de Ponte tract. de potestat. Proreg. tit. de regal. impositionib. in prin. nu. 56. Nec dicendum est, quod sit nimis grauis pœna triremium tali otiosorum hominum generi inflicta, nam Regia Pragmatica desumpta fuit à tex. in l. vnica, C. de mendicantib. validis lib. 10. in quo tex. validis mendicantibus imponitur pœna seruitutis. Et vagi dicuntur mendicantes validi, Azeuedo loc. citat. & latè Menoch. casu 532. Et sicut mendicantes validi eiiciendi sunt à Republica, Sotus in deliberatione pro defensione paupertatis cap. 4. & Piguera loco cit. cap. 4. Et mendicantes validi fingentes se infirmos, puniuntur pœna falsi, Lapus allegat. 18. Glos. in cap. cum ex eo, §. qui autem de pœnis, & in cap. ex tuarum, in verbo beneficium, de priuilegijs. Idcircò lata est excommunicatio in hac Ciuitate cōtra quęstores absq; licentia, & puniūtur à Curia Archiepiscopali si absq; licentia inuenti sint eleemosynas petere, Genuens. cap. 59 num. 12. peccant enim validi mendicantes fingentes se infirmos peccato lethali cum onere restitutionis, Sot. loco citato, Nauar. cap. 17. num. 107. Molin. de iustit. & iur. disputat. 210. Azor. lib. 4. part. 3. cap. 21. Less. de iustit. & iur. lib. 2. cap. 18. Dub. 17. Constantius in dicta l. vnica, & Vagi, siue erronei in ciuilib. citantur per edictum affixum in loco vbi frequentiùs morari solent, Clarus dicto §. fin. quæst. 31. Decian. tom. 1. de delictis lib. 4. cap. 13. de forensi. In criminalibus verò condemnantur, & puniuntur vbi reperiuntur, de delicto vbiq; commisso, Glos. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oporter, & Bart. in l. absens, §. proinde, ff. de iudic. allegando dictam glosam dixit, quòd multi ribaldi suspenduntur in Ciuitatibus, & Castris vbi reperiuntur, quia forum non habent. Idem probant, Innocent. & Canonistæ in capitulo final. de eo, qui mittit. in possessionem

sionem Couar. practicar. quæst. cap. 11, Gramatic. decis. 26. Ioseph. Ludouicus decis. 16. Menoch. dicto ca. su 531.

Procedit tamen regula, quando sub iurisdictione eiusdem Principis reperitur delinquens vagus, nam si in territorio alterius Principis non recognoscentis superiorem reperiretur, non posset puniri, Fulgos. cons. 149. Decian. loco tit. Farinac. de inquisitione, quæst. 6. num. 13. Et procedit etiam quando Iudex commissi criminis, vagum delinquentem non repetit, tunc enim puniri non possit in loco vbi reperitur, sed remittendus est ad iudicem cõmissi criminis, Couar. Decian. Farinac. & cæteri loc. citatis, delicta enim vbi claruerint, ibi punienda sunt cap. ecce 24. quæst. 3. cap. si quid 86. distinct. latè agit Ricc. resolut. 84. tom. 1.

Igitur dum vagus forum non habet, sed conuenitur vbi reperitur, idcircò poterit absolui ab Episcopo loci. Et sicut tenetur vagus obseruare leges, & consuetudines loci, vbi reperitur, nam alias diceretur exemptus ab omnibus legibus, quod est absurdum, Sotus in 4. distinct. 18 q. 4. artic. 2. vers. est hic autem, Sanch. lib. 3. de matrimon. disput. 18. num. 15. sic & absolui; Et licèt dubium sit pro receptione sacramentorum in die Paschatis, an teneatur ad matricem Ecclesiam accedere, sic etiam, & in sepultura: & Innoc. Anton. de Butrio, Cardin. & alij in cap. 1. de sepultur. dixerunt ad matricem Ecclesiam teneri accedere, idem Syl. in verbo sepoltura, q. 8. nu. 2. Rosella, verbo sepoltura 1. num. 10. Contrarium tamen tenent multi, quod pos. sint in qualibet Parochia recipere sacramenta, & sepeliri, Ostiens. in summa tit. de sepultur. num. 3. Archidiaconus in dicto cap. de Sepultur. Angel. in verbo sepultura, num. 11. Armilla in eodem verbo num. 10. Sãchi lib. 3. de matrimon. disputat. 23. nu. 17. Henriq. lib. 6. de pœnitentia cap. 8. Imò etiam Regulares, quibus est interdictum sub pœna excommunicationis à Clement. 1. de priuileg. ministrare Sacramenta in die Paschatis absq; licentia Parochi, possunt vagis absq; vllo scrupulo ministrare; In casu tamen nostro indubitatum est posse absolui ab Episcopo. Dicitur enim aliquo modo subditus, vt notum est idcircò in dispositione Concilii includitur.

Secundò infertur, scholasticos, & Mercatores, licèt domicilium non contraxerint, posse absolui ab Episcopo à reseruatis occultis, iuxta communem DD. sententiam supra allegatã; Et licèt maxima sit inter Doctores dubitatio in Sacramento matrimonii, quis dicatur proprius Parochus, vt possit assistere, & communis sit traditio, quòd is dicitur proprius Parochus iuxta Decretum Tridentini sess. 24. cap. 1. de matrim. qui dicitur proprius Sacerdos, habens authoritatem ministrandi Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ in Paschatę, iuxta text. in cap. omnes vtriusq; sexus de pœnitentia, & remiss. tradunt Spino. de testamen: Glos. 15. num. 38. Ledesm. de matrim. quæst. 45. art. 5. punct. 3. dub. 3. cõclus. 1. & 3. Sãch. de matri. lib. 3. disput. 23. num. 10. Et requiritur habitatio cum animo permanendi cap. 15. qui, vbi Glos. in cæteri Canonistæ, de Sepultur. in 6. In materia tamen absolutionis à reseruatis, quia quelibet subiecto sufficit, vt dictum est, & ex generali vsu, & consuetudine Ecclesiæ ex tacito consensu Episcoporũ introductum est, quod recipiens sacramenta iudicetur, vt incola illius loci vbi recipit. Et hoc non solum in ipsa receptione sacramentorum, sed etiam in absolutione ab excommunicatione in foro pœnitentiæ, quia sacramenta antecedit, absq;

Digitized by Google

absque dubio possunt absolui, latè Rodriq. Sanch. Suar. locis. cit.

Tertiò Infertur, idem esse in peregrinis, & iter agentibus. Nam absque dubio possunt absolui, vt supra ex communi opinione dictum est, & certum est aliquo modo subdi Episcopo loci, per quem transeunt. Et licet textus in l. hæres absens, §. proinde, ff. de iudic. dicat, viatores non sortiri forum loci, per quem transeunt ibi. (Durissimum est, quotquot locis quis navigans, aut iter faciens delatus est, tot locis se defendere) Et qui transit per locum, aut breue tempore diuertit ad locum, nõ dicitur moraliter in eo esse l. quæsitum, §. fin. delegat. 3. Et quod breui tempore consumitur, nõ dicitur fuisse, sic Salomon dicit se vnigenitum, quamuis fratrem habuerit, qui statim obiit, cap. nam, & ego, de verbor. significat. vbi Glos. in verbo, quasi, ait (non videtur, fuisse, qui non duranit) sicut non dicitur habitum regularem induisse, qui triduo tantum fuit habitu regulari indutus, cap. ad nostram de regularibus, vbi Glos. ait in Verbo, statim, non dicitur factum, quod non durat; Et Glosam illam sequuntur Specular. in tit. de instrum. editione, §. compendiosè num. 16. Felin. in cap. in presentia num. 32. de probationib. Hæc omnia procedunt in odiosis, secus tamen in fauorabilibus, quæ in fauorem animarum iteragentium redundant, vt colligitur ex latè deductis per Sanch. de matrimon. lib. 3. disput. 18. Et licèt multi teneant peregrinos, aduenas, & iter facientes teneri obseruare leges, & consuetudines locorum, per quos transeunt, Hostiens. in summa de obseruation. ieiunior. num. 5. Imol. Bonifac. & Præposit. in cap. quæ contra 8. distinct. Imo, quòd ab Episcopo loci possunt compelli ad obseruandas leges, & consuetudines locorum, per quos transeunt, Glos. in cap. consilium, vbi Abb. num. 6. de obseruatione ieiun. Couar. variar. resolution. lib. 4. c. 20. num. 8. & sicut Princeps sæcularis potest pœnam imponere, ne transeuntes arma exportent, Bald. in l. prima de iurisdict. omnium iudic. Sic etiam ne aliquid extrahant à loco, vel ne viatores ibi commorentur, nisi tot. diebus Bart. in l. 1. num. 21. C. de summa Trin. & fid. Cathol. & ibi Bald. num. 22. Abb. in cap. à nobis il primo num. 7. & 9. de senten. & excommun. Præposit. in dicto c. quæ contra col. 2. Auendan. de sequend. mandatis Reg. lib. 1. cap. 13. num. 10. Mexia in pragmatica taxæ panis conclusione 5. num. 80. & sequentib. Sic etiam & Episcopus mandare, quod transeuntes per loca, festa, ac ieiunia seruent. Quicquid tamen sit de veritate horum, in materia absolutionis, indubitatum est, posse absolui, ex dictis supra, quod ex tacito communi consensu Episcoporum, & generali Ecclesiæ consuetudine, recipiens sacramenta, iudicatur, vt incola illius loci vbi recipit, & dum exercetur non contentiosa, sed voluntaria iurisdictio nulla facienda est vis de domicilio petentis, sufficit enim, quòd voluntariè quis subijciatur l. 2. ff. de officio Proconsul. cap. nouit. vbi omnes canonistę, de officio legati, Couar. lib. 3. variar. cap. 20. num. 8.

Quæ sit Diœcesis in facultate supradicta. Cap. VII.

EXpendenda sunt verba illa Concilij in Diœcesi sua, & secundum opinionem Henriq. de excommunic. c. 27. num. 3. non potest Episcopus absoluere à reseruatis, extrà propriam Diœcesim, idem probat Rodriqu. in summa tom. 2. cap. 69. num. 1. in fine. Probatur hæc opinio. Concessit facultatem Episcopis absoluendi quoscun-

Digitized by Google

cunque subditos in sua Diœcesi, & sic in certo loco, ergo extra illam nullo modo potest, l. 1. & l. is, qui certo loco ff de eo, qui cert. loc. Item, dictio illa, In, si adijciatur nomini significāti locum in accusatiuo, vel ablatiuo casu, significat intrinsicitatem, & exponitur pro intus, l. 3. §. primo, vbi Bald. ff. naut. Capon. & Stabul. vbi, merces nō dicuntur in nauem receptæ, adhoc, vt Nauta teneatur, nisi sint intra nauē collocatæ. Idem probatur in leg. 2. §. si quis cloacam, ff. ne quis in loc. pub. & in l. 2. in princ. & in §. locum, ff. de religios. funer. & in publico flumine dicitur esse factum, si in ipsa aqua factum sit, non si extra, vel in ripa fuerit factum, l. 1. §. in publico, ff. de flumin. Et ex eo quia, idem est dicere, in Diœcesi, quàm, intra Diœcesim, eiusdem quippe sunt naturæ dictio, In, & dictio intra, Bart. in l. Gallus, §. ille casus, ff. de liber. & posthum. Roman. consil. 376. Menoch. de arbitrar. q. 99. num. 7. & de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 126. latè Cenedo singular. 17. Item, is dicitur esse in Ciuitate, qui est intra menia Ciuitatis. Sicut, qui non potest capi in domo, benè potest capi in limine domus. Quia licet limen sit de pertinentijs domus, is, qui est in limine, non dicitur esse in domo, Signorol. de Homodeis, consil. 6. incipiente Statuto Ciuitatis, citans tex. in l. cū ancillis, ff. de incest. nupt. Thusc. in verbo dictiones, in, &, de, conclus. 292. numer. 19. Quare verba illa (in diœcesi suâ) à Concilio apposita, aliquid debent operari, cap. si Papa, de Priuileg. in 6. l. 3. de iur. iuran. Et non solum quodlibet verbum in lege appositum debet operari, sed etiam quælibet syllaba non debet esse sine effectu, Glos. in cap. solite, in verbo tanquam, de maiorit. & obedien. Staphileus de litter. grat. tit. de vi, & effectu gratiæ, §. 1. num. 6. Simon de Petris, de interprætat. vltimar. volunt. lib. 2. interprætat. 3. dub. 2. solut. 5. Sanch. de matrimon. lib. 3. disput. 26. num. 6. Dictio illa, sua, denotat possessionem, & dominium sicut alia nomina possessiua, meum, & tuum, l. 2. ff. de religios. sumpt. funer. Bald. cons. 351. volum. 2. Et importat præsens tempus, Bart. cons. 116. num. 7. lib. 1. Bellonus cons. 5. num. 16. Tusch. in verbo Nomina possessiua, conclus. 59. & in verbo, suus, sua, suum, concl. 925. Sensus igitur Concilii erit, quòd Episcopus existens in sua Diœcesi, possit quoscunque subditos absoluere à reseruatis occultis Summi Pontificis. Sicut in simili constat ex regula Cancellariæ 8. de mensibus, & alternat. ibi (in sua quisque Ciuitate, vel Diœcesi aperire) vbi Gonzal. Glos. 62. ex mente omnium concludit, non posse Episcopum aperire litteras Summi Pontificis circa alternatiuam beneficiorum, nisi existentē in Diœcesi, & ibi conficere instrumentum acceptationis, & declarationis, ergo ita etiam in casu nostro.

Contrariam tamen sententiam puto veriorem, vt non tam strictè, sed in largissima significatione accipienda sint verba Concilii, v. g. Primò, vt non sit necesse Episcopum, & absoluendum vtrumque esse in Diœcesi, vt optimè inquit Suar. de censur. disput. 41. sect. 2. num. 11. Nec secundò debere Episcopum esse in *Diœcesi*, & absoluendum extra, prout probabile dicit esse Sanch. dicto cap. 11. num. 16. ex eodem Suar. loco citato, & de pœnitent. disput. 30. sect. 2. Nec tertiò absoluendum debere esse in *Diœcesi*, & si Episcopus sit extra, prout putabat Ledesm. apud Sanch. loco cit. Sed quartò modo posse Episcopum extra Diœcesim existentem quemcunque sibi subditū siue ratione domicilii, siue originis, siue quod reperiatur in Diœcesi ex causa itineris, vel peregrinationis absoluere, & sic verba illa (in diœcesi sua)

non

non sint referenda ad Episcopum, sed ad subditos, vt quoquo modo subdantur, vt supra, vel quia sunt sub Dioecesi, vel ex dioecesi, possint Episcopus illos absoluere; Fundatur hæc nostra opinio euidentissima ratione. Dictio illa, in, variè accipitur secundum subiectam materiam, Glos. in Clement. super in verbo in certa, de præbendis, in Clemen. causam vers. quod si forsan de elect. & in Clemen. auditor, de electione, tradunt omnes ciuilistæ in dicta l. Gallus, §. illic casus, latè Archidiac. in cap. si Papa 40. distinc. latissimè Roman. dicto consil. 476. idcircò arbitrio Iudicis interpretanda est, iuxta communem regulam, quòd, quæ varium sensum habent, arbitrio Iudicis interpretantur, Glos. in cap. cum nullus, in verbo remotis, de tempore ordinat. in 6. & in cap. felicis, in verbo vicinorum, de pœnis in 6. & in authen. præterea C. vnde vir, & vxor. Et in puncto de dictione, in, quòd arbitrio Iudicis interpretetur, tradunt Menoch. de arbitrar. casu 495. Roman. Tuscus, & Cened. loc. citat. Subiecta igitur materia latam requirit interpretationem in fauorem animarum, vt à proprio Episcopo absoluantur, vt supra probatum, est; Ergo non terminatiuè ad existentes in Diœcesi.

Accedit etiam, nam verba sunt interpretanda in sensu, ne sequatur aliqua absurditas cap. cum inter decorem, de exceptionib. cap. dudum, ibi (quia forte absurdum) de prebendis in 6. l. scire oportet, vers. sed & si maximè, ff. de excusat. tutor. sed si Episcopus absoluere non posset nisi in Diœcesi, corrigerentur omnia iura, quæ de voluntaria iurisdictione loquuntur, potest enim Episcopus extra propriam Dioecesim exercere voluntariam iurisdictionem, & conferre beneficia, cap. post electionem, de concess. præben. cap. qua fronte, vbi Glos. in verbo terminos, de appellation. cap. nouit, de offic. legat. Gomes. in regula Cancell. de non iudicando, quæst. 3. in prin. Couar. lib. 3. variar. cap. 20. num. 8. Delegat etiam causas existens extra Dioecesim, dicto cap. nouit, & Glos. in dicto verbo terminos. Item Episcopus habens facultatem à Principe Creandi Doctores, vel milites potest extra Dioecesim, Gonsal. in dicta regula 8. glos. 62. num. 11. Idem esset si absoluendus deberet esse in dioecesi, & non posset in absentia absolui, nam absenti potest conferri beneficium, & illud potest acceptare cap. si tibi absenti, de prebend. l. absenti, ff. de donationib. Absens potest absolui ab excommunicatione, vt omnes supracitati fatentur, & infra in expositione verbi, in foro conscientiæ, latius patebit, ergo quomodolibet subditos ratione Dioecesis poterit absoluere Episcopus.

Item dictio illa. In, aliquando exponitur pro, sub, l. prima, §. si quis, ff. de vi publica, vbi verbum illud, in specie, exponitur per iurisconsultos, idest, sub specie, & Glos. in authen. de deposito in prin. in vers. in conditionib. exponit, sub conditionibus. Et in puncto de quo agimus in materia dioecesis, concessio beneficiorum existentium in Dioecesi Gratianopolitana, exponitur pro, sub dioecesi, Roman. dicto cons. 376. num. 1. Item aliquando exponitur pro, de, vt in cap. accedens, in uerbo, in aliquo beneficio, quod ibi exponitur, de aliquo beneficio, de cõcession. præbend. Item aliquando exponitur pro, ex, sic exponit Glos. in l. si patronum, §. primo, ff. ad Trebellian. & in l. 3. ff. de procurat. & in l. 1. & in l. 3. ff. de excusat. tutor. Et sic in casu nostro hic erit sensus quoscunque sibi subditos in dioecesi sua idest, quoscunque subditos sub dioecesi, ex dioecesi, & de Dioecesi. Et propterea extra dioecesim existens Episcopus, quomo-

Digitized by Google

quomodolibet sibi subditos ratione dioecesis absoluit.

Ad confirmationem in contrarium adductam recolenda sunt duo, quæ supra dicta sunt. Alterum est, quod Cõcilium tantùm Episcopis habentibus dioecesim, concessit facultatem absoluendi, quia animabus subditorum voluit prouidere, non autem Titularibus. Secundum est, quòd dictio illa, quoscunque, non solùm est vniuersalis, sed tantæ vniuersalitatis, quòd etiam dispositiones ad improprios casus extendat. Si Concilium sensum nostrum non reciperet, in eisdem verbis sequeretur correctio, & frustra particulam illam, quoscunque, apposuisset, propterea conuincendo verba illa, in dioecesi sua, cum verbis præcedentibus, quoscunque sibi subditos, euidenter concluditur, non esse necesse absoluentem, & absoluendum esse in dioecesi, sed sufficit, quod ratione dioecesis subdantur Episcopo, ad hoc vt possit voluntariam iurisdictionem, quæ in proprio territorio restricta non est, exerceri.

Nec obstat, quod de regula alternatiua dictum est. Nam, quia per concessionem alternatiuæ inuitatur Episcopus ad residendum, & hac potissima ratione conceditur à Summo Pontifice, Idcircò voluit, quòd in acceptatione litteræ incipiat residere, & cum cuiusque actus potissima pars sit principium, l. prima, ff. de origine iuris. Et quæ bono inchoantur principio, bono peraguntur exitu, cap. principatus prima quæst. 1. Et secundum Baldum in l. fin. C. de verb. signific. qui malè incipit, malè finit. Ideò in ipsa dioecesi recipiendæ sunt litteræ, ibique, conficiendũ instrumentum receptionis, & declarationis, latè Gonzal. in dicta Glos. 62. Hæc autem omnia ad casum, de quo agimus non possunt applicari, ex diuersitate rationis in vtroque casu vigentis.

Vltimo addendum est Sacram Congregationem declarasse; Posse Episcopum absoluere ex vi supradicti decreti, Medicum, Prætorem, cæterosque officiales, qui deliquerunt extra dioecesim, atque Ministros suæ dioecesis, ac etiam alios extra suam Dioecesim existentes, refert Garzias de benefic. par. 11. cap. 10. num. 139.

Possit ne potestas ista absoluendi ab Episcopo, Vicario Committi. Cap. VIII.

DVplicem sensum recipere possunt ista Concilij verba. Per se ipsos, aut per Vicarium ad id specialiter deputandum. Nempè, vt Episcopus per se ipsum absoluat, vel specialiter occurrentem casum suo Vicario absoluendum demandet. Et secundum hunc sensum dicunt esse intelligendũ Concilium Cordub. quæst. 8. Nauar. lib. primo consil. cons. primo de constitutionib. Henriq. de pœniten. cap. 18. num. 2. & de irregularitate lib. 14. cap. 19. in fin. Primò fundatur opinio, quia Concilium requirit specialem deputatione. Ergo non sufficit generalis commissio; Quæ enim speciali nota digna sunt, in generali commissione non veniunt, sed Specialem requirunt delegationem, cap. finali, de officio Vicar. in 6. Secũdò dum Concilium dicit, quòd Episcopi per se ipsos absoluant, videtur electa industria personæ. Et dum permittit, quod per Vicarium specialiter deputandum absoluant, non videtur permissa commissio iurisdictionalis, sed nudum ministerium, iuxtà tradita per Felin. in cap. super quæstionib. num. 19. de officio delegat. & per Nauar. in summa cap. 27. num. 45.

Secundus sensus est. Quòd absolutio à reseruatis occultis Summo Pontifici, non competat Vicario, vt Vicarius est, sed

Digitized by Google

est, sed quòd possit Episcopus specialiter demandare Vicario, vt in omni casu occurrenti absoluat; Probatur Primò, iurisdictio cõpetens Episcopo ex vi Concilij, non dicitur delegata, sed ordinaria, iure tamen speciali concessa vt supra probatum est, ergo non requirit specialem commissionem in quolibet casu, sed potest pro omni futuro casu specialiter committi, Glos. in cap. fin. in verbo casibus, vbi Ioannes Andr. Anton. de Butr. Abb. Imola, & Felin. de offic. ordinar. Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 20. num. 12. Secundò Concilium in eodem cap. constituit differentiam inter absolutionem faciendam à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, & absolutionem à crimine hæresis. In primo casu concedit facultatem Episcopis, vt per se ipsos, aut per Vicarium specialiter deputandum absoluant; In secundo verò casu tantùm Episcopi concedit, & non eorum Vicarijs; Et tamen secundum communem opinionem, quam infra allegabimus, potest Episcopus specialem casum in materia hæresis alicui Confessario demandare. Ergo, vt dispar sit dispositio inter vtrunque casum diuersimodè à Concilio statutum, poterit Episcopus absolutionem cuiuscunque futuri casus reseruati, suo Vicario specialiter demandare. Tertiò. Quando aliquid conceditur Prælatis præsentibus, & futuris in perpetuum, quia incognitis fit concessio, non potest dici, quòd sit electa industria personæ. Iason in l. more maiorem num. 65. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Gregor. Lopez partita 3. titul. 18. lege 47. in fin. Menoch. qui alios vitat lib. primo de arbitrar. Iudic. quæst. 64. num. 17. Sanch. in puncto de quo agimus lib. 2. de matrimon. disputat. 40. in fin. si non est electa industria personæ, ergo poterit Vicario delegari, qui eo ipso, quòd Vicarius est, quia idem tribunal habet cum Episcopo, & repræsentat eius personam, cap. 2. de consuetudine in 6. potest audire confessiones, vt post Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. de reform. tradunt Cuccus lib. 5. instit. maiorũ tit. 4. alios allegat Guttier. lib. 1. canon. qq. cap. 27. num. 24. Ricc. resolut. 284. Et dicitur Iudex Ordinarius in Dioecesi sicut Episcopus Glos. in cap. 2. in verbo, officialem, de offic. Vicar. in 6. & in cap. Romana, in verbo, generaliter, de appellationib. in 6. Felin. & Dec. in Rubr. de officio delegati, Couar. practicar. quæst. 9. cap. 4. num. 8. & lib. 3. variar. cap. 20. num. 4. Et dicitur iurisdictionem ordinariam habere facto Episcopi, & ex iuris dispositione, taliter, vt perinde sit, ac si à lege fuisset constitutus, Couar. dicto cap. 20. num. 4. Ricc. in praxi variar. resolut. tom. 1. resolutione 99. Barbosa latè allegat. 54. num. 46. Idcircò potest ex causa, & ad modicum tempus alium Vicarium constituere, licet textus c. clericos, de officio Vicar. & Glos. in c. 1. in vers. ipsius, eodem tit. in 6. cõtrarium dicant, sed vera est opinio, posse ex causa, & ad modicum tempus, etiã quòd in commissione non adsit facultas, & clausula substituẽdi, Puteus decis. 168. lib. 1. Pauinus qui testatur de communi, de potestate Capituli sede vacante q. 10. par. 2. n. 19. latè allegat Riccius dicto primo tom. resol. 113.

Idcircò concludendo dico, posse Episcopum demandare Vicario, vt in futurũ absoluat à quibuscunq; reseruatis; Sic etiã in casu particulari hæresis occurrente, poterit particulariter cõcedere facultatem; Vtrunque dictum probãt Nauar. cons. 15. de senten. excõmun. ad tertiam quæstionem Rodriq. in Summa, tomo primo cap. 131. num. 5. & in Bulla Cruciat. §. 9. nu. 391. Emanuel Sà, in verbo Episcopus, Zerola in praxi, in verbo Vicarius, in verbo absolutio, & in verbo hęresis. Azor. tomo primo institutit. moral. lib.

Digitized by Google

8. cap. 10. quæst. 11. Sanch. in decalog. lib. 2. cap. 11. num. 23. Et licèt Suar. de censur. disputat. 41. sec. 2. num. 8. & Guttier. lib. 1. quæst. canonic. c. 13. num. 29. dicant non posse Episcopos per singulas vices committere absolutionem ab hæresi, ex eo quia eligitur ministerium, personale Episcoporum, verior tamen est supra firmata opinio, & apertè cõstat non esse electum ministerium personale Episcoporum, cùm non proprio nomini, sed dignitati committatur, & non potest dici esse commissum nudum ministerium Episcopis absoluendi, sed iurisdictio, quæ, vt supra diximus, ordinaria est ad absoluendum ab hæresi, propterea potest in casu particulari delegare, iuxta tex. in cap. fin. in §. cæterum, de off. deleg.

Confirmatur idem. Nam aut Episcopus in absolutione ab hæresi iuxta Concilium, habet iurisdictionem ordinariam coarctatam tamen ne possit generaliter delegare, prout est verè sensus Concilii, vt probatum est, & indubitatum est posse in casu particulari vices suas committere. Aut dicitur delegatus Sedis Apostolicę in casu hæresis, & tanquam delegatus absoluit, & certum est, delegatum Sedis Apostolicæ posse subdelegare, per tex. in dicto §. cæterum, in quo licèt ponatur regula negatiua, quòd non possit is, cui concessa fuit facultas excommunicandi, absoluendi, & dispensandi eam alteri committere, ex eo quia non fuit concessa iurisdictio, sed certum ministerium, excipitur tamen delegatus Sedis Apostolicæ. Et propterea in Curia Archiepiscopali Neapolitana fuit resolutum per textum illum, quod poterat Archiepiscopus, cui fuerat à Summo Pontifice delegata absolutio cuiusdam censuræ, alterum subdelegare. Refert Ricc. decis. 319. in 3. parte. Quando autem censeatur electa industria personæ, & quibus coniecturis cognoscatur, taliter, vt non possit fieri sub delegatio, congerit latè Riccius decisione 88. in prima parte.

Confirmatur secundò ex verbis Cõcilii, vbi post facultatem concessam Episcopis absoluendi à reseruatis per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, sequuntur hæc verba (Idem, & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ, eis tantùm, non eorum Vicariis sit permissum) loquitur Concilium per dictionem, idem, &, &; Dictio, Idem, est repetitiua dispositionis, & qualitatis præcedentis, l. à filio, §. testator, & ibi Bart. ff. de aliment. & cibar. legat. l. 1. in fine, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Repetit enim illa dictio, idem, omnes qualitates præcedentes in sequentes, & ponit eandem determinationem, Mandos. regula 32. quæst. 28. num. 6. Cenedo singul. 97. Dictio, &, est copulatiua, l. vnica, §. his itaque, C. de caducis toll. Et repetit in 2. dispositione qualitatem primæ, cui fuit adiecta, Glos. in l. si sic, ff. quemadmodum seruit. amitt. latè Cenedo singul. 50. Si Concilium in absolutione hæresis repetit idẽ, quòd in prima dispositione, & denegat Vic. facultatem absoluendi, sensus erit, quòd nõ possit Episcopus generalem Vicarium constituere pro omni casu hęresis occurrẽte, sicut poterat in cęteris casibus Sedi Apost. reseruatis. Nec facienda est vis in verbis illis (eis tantum) ex eo, quòd dictio, tãtùm, sit taxatiua, & excludat alias personas, & alios casus præter expræssos, Bart. in l. 1. vbi etiam Ias. ff. si quis ius dicent. non obtemperau. Felin. in cap. cõtingit, de fide instrum. nõ tamen excludit personas extraneas, exemplum, promittens tantum de facto proprio, tenetur de facto sui prędecessoris, cuius est hęres, quia eadem persona cẽsetur, Bar. in l. si seruus furt. ff. de condit. furt. Sic etiam de facto

sui

sui hæredis, Paul. de Castr. in l. stipulatio ista, habere licere, ff. de verbor. obligat. Bald. in l. fin. C. de action. empti, latè Cenedo singul. 21. & sic non videtur denegasse Concilium, quin Episcopus in casu particulari possit vices suas demandare, & hæc est cõmunis opinio, & vsus Ecclesiæ.

Infertur autem ex supradictis ad dubiũ, an Vicarius specialiter deputatus pro absolutione reseruatorum Sedis Apostolicæ, possit casus particulares subdelegare. Pro vera dubii resolutione quærendum est de subtili quæstione, videlicèt. Quia supra diximus, quòd Vicarius ex iuris dispositione, & facto Episcopi habet ordinariam iurisdictionem. An idem sit in specialiter commissis ab Episcopo, quæ ad officium Vicariatus regulariter non pertinent. Et prima est opinio, quòd dicatur habere iurisdictionem ordinariam, & non delegatam, probat, Glos. in cap. 2. in Verbo, officialem de officio Vicar. in 6. Berous in Rubrica de offic. Iud. deleg. num. 2. & 26. vbi etiam Felin. num. 4 Franch. in dicto capitulo 2. num. 4. Marant. in praxi part. 4. distinct. 5. principali an iudicium sit ordinarium, num. 16. Tabien. in verbo delegata, quæst. 2. num. 2. Cuccus lib. 2. institut. tit. 8. num. 27. & 212. Probatur Ordinarii Iudices ij dicuntur, qui vel ab Apostolica Sede, vel à Rege iurisdictionem accipiunt, cap. à Iudicibus, ibi (ordinarii verò sunt, qui ab Apostolico, vt Ecclesiastici, vel ab Imperatore, vt Seculares legitimè potestatem accipiunt) 2. quæst. 6. Idem probat textus in l. & quia, ff. de iurisdict. omnium Iudicum, ergo Episcopus committendo Vicario absolutionem à reseruatis Sedi Apostolicæ, non constituit ipsum Ordinarium, vt aduertit Glos. in cap. 2. in verbo statutum, ne prælati vic. suas, &c. Secundò probatur si Episcopus habet iurisdictionem ordinariam ex vi Concilii, vt dictum est, ergo Vicarius, qui ab Episcopo iurisdictionem accipit, dicitur habere delegatam, cum illam non iure proprio, sed ex concessione obtineat, textus in l. prima, §. qui mandata, ibi (qui mandatam iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet, sed eius, qui mandauit iurisdictione vtitur) ff. de offic. eius Cui mand. est iurisdic. Probat etiam textus in l. solet ff. de iurisdic. omn. iudic. & ex hac ratione concludunt, Goffredus in summa, in tit. de offic. Vicarii num. 2. & Anastas. Germon. tract. de indultis Cardinalium, §. si tibi quoad vixeris, num. 85. Vicarium habere iurisdictionem delegatam in specialiter commissis.

Contrariam tamen sententiam, quòd etiam in specialiter cõmissis ab Episcopo, Vicarius dicatur habere iurisdictionem ordinariam cum hac tamẽ restrictione, & declaratione, vt puta, si post generalem commissionem Vicariatus, committat etiam absolutionem casuum reseruatorum Summo Pontifici &c. Vel si facta concessione facultatis absoluendi à casibus supra dictis, &c. adsit clausula generalis, vel fiat commissio Vicario tanquam Vicario, vel tanquam Officiali. Probant Lapus in dicto cap. 2. de officio Ordinar. in 6. ibidem Anchar. num. 2. & Geminian. num. 9. Et esse magis cõmunem opinionem, asserit Genuensis in dicto cap. 67. num. 25. Ratio est, quia licèt Episcopus non possit de per se constituere alium iudicem ordinarium, quia ordinaria iurisdictio à Principe descendit, vt dictũ est, ex quo Vicarii authoritas à iure descendit, eligenre Episcopo aliquẽ in Vicarium ex iuris dispositione efficitur Iudex Ordinarius, latè post alios prosequitur, Barbosa allegat. 54 Et quando in commissione ordinariæ iurisdictionis fit concessio facultatis

absoluendi à reseruatis, quæ simpliciter, & de per se est delegata, trahitur à iurisdictione ordinaria, quæ ex vi concessionis Vicariatus impartitur, quia maius dignum, trahit ad se minus dignum, vnica concessio facit idem ius in vtroque connexorũ tex. in cap. translatos ibi, (quia simul, & ab eodẽ, & sub eadem sponsione vtraque data sunt, quod de vno dicitur necesse est, vt de altero intelligatur) de constitutionib. Sic etiam erit quando Vicario sub nomine dignitatis, vniuersitas causarum delegabilium committitur, nam tunc dicitur Iudex ordinarius, l. cum prætor, §. 2. ff. de iudiciis. Idem erit, si post concessionem supradictarum causarum adsit clausula generalis, per similes enim concessiones semper censetur iurisdictio ordinaria, & non delegata, Ioannes Andr. in additione Speculator. tit. de offic. Vicar. in princip. Versiculo dubitari videtur, si Episcopus officiali suo, &c. Berous cons. 22. num. 14. volum. primo, Sbrotius de offic. Vicar. lib. 2. cap. 55. num. 39. & Genuens. loco citato, & ex suprascriptis remanent resoluta argumenta primæ opinionis.

Suppositа hac secunda opinione, quòd Vicarius habeat iurisdictionem ordinariam, certum est posse in casu particulari eam alteri delegare. Si verò dicemus iurisdictionẽ delegatam habere, iuxta opinionem Rotæ in nouis decis. 371. incipientem si Episcopus, quæ tenet indistinctè quòd in casibus requirentibus speciale mandatum, Vicarius habet iurisdictionem delegatam, nullo modo poterit delegare, quia hoc tantum delegato Principis conceditur cap. pastoralis de officio delegat. l. à Iudice, C. de iudic. & cap. fin. & §. cæterum de officio delegati. Quando occurrat casus tenebitur Vicarius pœnitentem audire, & pœnitentiam imponere, nihil iurisdictionis remittendo arbitrio Confessarii à quo pœnitẽs sacramentaliter erit absoluendus, quia iurisdictio non delegatur, sed tantum nudum ministerium absolutionis, iuxta textum in dicto cap. fin. §. cæterum, & tradita per Felin. in cap. super quæstionibus cap. 19. eod. tit. & per Nauar. cap. 27. num. 45. Et Vicarius absoluet eo modo, quo, & pœnitentiarii, qui cum habeãt iurisdictionem delegatam, pœnitentem audire debent, & tantùm ministerium nudum absolutionis, confessarijs ordinariis remittere, vt per supra citatos. Si autem ex vi commissionis dicemus. Vicarium habere iurisdictionem ordinariam, poterit in casu particulari alicui Confessario iurisdictionem delegare.

An, vt possit Episcopus absoluere, Sacramentalis Confessionis auditio requiratur. Cap. VIIII.

VErba Concilij (*in foro conscientiæ*) non requirunt Sacramentalem Confessionem, cùm possit Episcopus in casu Concilij extra Sacramentum absoluere, Nauar. cons. 11. de priuileg. & in summa cap. 27. num. 41. Suar. de censur. disput. 41. sec. 2. latè congerit Sanch. de matrimon. lib. 8. disput. 34. num. 29. Barbosa ad Concilium, in verbo, in foro conscietiæ. Triplex est forus, contentiosus, pœnitentialis, & quasi pœnitentialis, qui medius dicitur inter contentiosum, & pœnitentialem, Præpos. in cap. præterea il 2. num. 5. de sponsa. lib. Rodriq. de regul. tom. 1. quæst. 61. art. 10. Sanch. dicta disputat. 34. Forus conscientiæ propriè dicitur ille, qui medius est inter contentiosum, & pœnitentialẽ, nam, quæ in foro conscientiæ explicantur, ad forum contentiosum non iuuant, Couar. in cap.

alma

alma mater, parte 1. §. 11. sed tantùm corã Deo, Absolutus enim in foro cõscientiæ, Deo est reconciliatus, & gaudet suffragijs Ecclesiæ, licet in foro exteriori debeat se habere pro excommunicato, & ad instar nulliter excommunicati, pendente discussione nullitatum, citra tamen scandalum, poterit celebrare, nec efficitur irregularis iuxta textum in cap. si quis celebrat, de clericis excommun. ministrand. Imò poterit Iudex ipsum tolerare, & habere pro absoluto, Nauar. cons. 47. de sent. excommun. Dec. cons. 137. vbi alios citat, & post Couar. in dicto §. 11. tradit Rodriqez tom. primo de regul. quæst. 61. art. 8.

Et non solùm absolutiones à reseruatis possunt extra Sacramentum concedi, sed etiam dispensationes, quæ a sacra pœnitentiaria alicui confessario Sacræ Theologiæ Magistro, vel canonũ doctori ab Ordinario loci approbato, pro foro conscientiæ committuntur; Nam si in specie non fiat mentio, vt audita confessione dispenset, poterit extra actum confessionis dispensare. Ratio est, quia dispensatio conceditur pro foro conscientiæ, quod differt à foro pœnitentiali; idcircò non debet restringi ad actum confessionis, Nauar. dicto cap. 11. Nec facit, quod commissio sit facta confessario approbato ab Ordinario; nam non ex eo sequitur; ergo in actu confessionis, quia qualitas illa requiritur à Sacra Pœnitentiaria in testimonium probitatis, qui enim ab Ordinario approbatus est ad audiendas confessiones, probatæ vitæ censetur. De doctrina enim, Sacra Pœnitentiaria reddit se cautam dum Canonum doctori, vel Sacræ Theologiæ Magistro committit. Et de bonitate, dùm approbatum ad confessiones ab Ordinario elegit, latè probat Sanch. dicta disputat. 34. numer. 29. & idem erit in confessariis nostræ Religionis, qui ex priuilegio Gregorii XIII. etiam quod Sacrorum canonum Doctores non sint, nec in Sacra Theologia licentiati, si tamen à Patre generali fuerit eis indultum, possunt supradicta Breuia aperire, & proinde extra actum confessionis, delegatam iurisdictionem à Sacra Pœnitentiaria concessam, exercere. Nec facit, quòd priuilegium Pauli III. quo quotidie vtimur, dicat, auditis confessionibus. Nam licèt in hoc sint opiniones, an possint Nostri ex vi supradicti priuilegii extra actum confessionis absoluere, vt alibi dicemus, in materia tamen dispensationis à Sacra Pœnitentiaria commissæ pro foro conscientiæ, extra actum confessionis poterunt, vt ex Nauar. & Sanch. dictum est.

De potestate Parochorum peccata non reseruata absoluẽdi. Quæstio Septima.

PArochus in foro conscientiæ, ab omnibus peccatis, & censuris à quocunque latis, tàm à iure, quàm ab homine, non tamen reseruatis potest absoluere. probat textus in cap. nuper, ibi (in secundo verò casu à suo Episcopo, vel à proprio Sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere; Quamuis enim, & tunc non Iudicis, sed iuris sententia excõmunicato communicans sit ligatus. Quia tamen conditor canonis, eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur aliis facultatem relaxandi) de sentenc. excommunic. Et licèt hic textus loquatur in casu particulari, quia ratio est generalis, ibi (quia tamen conditor canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur aliis facultatem relaxandi) Colligitur generalis regula, quòd possit Parochus absoluere à quibuscunque

Digitized by Google

cunque non reseruatis. Et est communis opinio Theologor. quam probant D. Thom. in 4. distinct. 18. q. 1. art. 5. Sot. in 4. distinct. 22. q. 3. art. 2. Syl. in verbo absolutio 1. num. 4. Angel. ver. absolutio num. 2. Armil. eod. verbo n. 36. Nauar. in summa cap. 27. num. 39. latè Suar. de cens. disput. 8. sect. 4. licèt Canonistæ contrarium teneant, vz. Abb. & Felin. in cap. 2. & in dicto c. Nuper, de senten. excommunic. congerit Couar. in cap. alma mater, part. 1. §. 12. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 19. num. 12. ea ratione, quia eius est absoluere, cuius est ligare, argumento textus in l. 1. C. de cupressis, & ad absoluendum à censur. requiritur aliqua potestas fori contentiosi, quam certũ est Parochum non habere. Sed fallũntur Canonistæ, & respondetur obiectioni, quòd Parochus non ex vi officii absoluit à non reseruatis, sed ex vi dicti cap. nuper, in quo ponitur regula quod non apposita reseruatione, non solum Episcopus, sed & Parochus absoluat, & sic est potestas delegata, quæ potest ad absolnendum concodi, licet non fuerit concessa ad ligandum optimè Suar. loc. cit. num. 29. Et dum dicit tex. à proprio sacerdote, apertè facultatem cõcedit parocho, is enim dicitur proprius sacerdos, cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. Parochus enim dicitur Ordinarius Henriq. de sacram. matrimon. cap. 3. num. 5. Et licèt constituatur ab Episcopo, iurisdictionem tamen secundum aliquos dicitur habere ab Ecclesia, idcircò non potest ab Episcopo absque causa priuari, nec ipsius iurisdictio restringi, Henriq. de sacram. pœnitent. c. 5. numer. 8. constat ex Triden. session. 23. de reformat. cap. 15. vbi eo ipso, quo quis Parochiale beneficium adipiscitur, absque alia approbatione cẽsetur idoneus ad audiendas confessiones: Verius tamen est, Parochum ab Episcopo iurisdictionem accipere, vndè Triden. sess. 23. cap. 3. sub anathamate condemnauit, dicentes iurisdictionem presbyterorum nõn esse ab Episcopis.

Adde, quòd licet tota Diœcesis dicatur Parochia Episcopi, cap. licet 16. q. 3. cap. 1. vbi Hostiens. cap. apostolicæ, vbi Abb. de donationib. Glos. in Clement. 1. in verbo presbyteri, de priuilegiis, & Parochi dicantur adiutores Episcopi, cap. fin. de offic. Archidiac. Idcircò Episcopo celebranti in qualibet parochia debentur oblationes inter missarum solemnia à Populo oblatæ, non autem Parochò Hostien. in summa in tit. de Parochijs, §. in quibus vers. quid ergo, Fuscus de visitat. lib. primo, cap. 24. num. 11. Genuensis in praxi cap. 57. num. 8. Barbosa de offic. Episcop. alleg. 82. num. 12. Tamen nõ potest negari, quin parochus, quia Pastor est ouium, vt dicit Henriq. loco cit. non habeat iurisdictionẽ spiritualem ordinariam in tota parochia, nec in ea aliquid faciendum est absque ipsius, aut Superioris licentia, cap. Episcopi 7. q. 1. cap. nullus 9. qu. 2. Oldrad. cons. 83. & 212. Tusc. in verbo parochus, conclus. 95. Et Parochiarum diuisiones ob populi frequentiam, pro bono regimine animarum factæ fuerunt à Calisto 1. & à Dyonisio Summis Pontificibus, vt constat in cap. placuit 9. quæst. 2. & in cap. 1. 3. quæst. 1. Et tempore Vrbani II. fuit diuisio à Dyonisio facta, executioni demandata, & restricta Parochorum authoritas, vt vnus quisque suum subditum absolueret, suamque ouem agnosceret. cap. placuit, vbi Nauar. num. 29. & sequen. de pœnit. distinct. 6. Henriq. dicto cap. 5. de Sacramen. pœniten. Trident. sess. 14. de reform. cap. 7. Et de diuisione Parochiarum facta à Dyonisio Papa, meminit textus in cap. Pastoralis in princ. de his, quæ fiunt à prælatis. Latè agit Polidor. Virgil. de inuentoribus

toribus rerum, lib. 4. cap. 4. Barbos. de Episcopat. & potest. lib. 1. cap. 3. num. 10. Quamuis etiam hodie in multis Episcopatibus parochiæ non sint distinctæ, sed Ecclesiæ Cathedralis omnibus ministret Sacramenta, & alibi non eligantur parochi, sed officiales, vel per annum, vel ad nutum Episcopi amouibiles, vt in Ciuitate Cordubæ Hyspalensi, & Granatensi esse dicit Henriq. loco citat. Et idem vis habent supradicti rectores, seu officiales ad absoluendum, vt supra, sicut, & ipsi parochi, vt Henriq. locis citat. latè Sanch. de matrim. lib. 3. disputat. 31. num. 23. sic etiam ad delegandum causas particulares, Sanch. locis cit. num. 13. vbi alios allegat.

Procedit supra firmata conclusio etiam in parocho non Sacerdote. Quia enim electus ad parochiale beneficium, tenetur infra annum à die acceptationis parochiæ promoueri ad Sacerdotium, alias ipso iure, elapso tempore absque vlla monitione amittitur beneficium, cap. licet canon. de elect. in 6. latè agit Garz. de benefic. parte 3. cap. 4. vel etiam ex causa Studij potest differri promotio ad Sacerdotium vsque ad Septennium, ex sui Episcopi dispensatione, cap. cùm ex eo, de election. in 6. Attamen quia interim habet iurisdictionem, potest dare licentiam Parochianis suis confitendi sua peccata alii Sacerdoti, Sot in 4. distinct. 18. quest. 4. num. 3. approbato tamen ab Ordinario iuxta decretum Sacri Concilij sess. 14. cap. 15 Et hæc est vera, & magis communis opinio, licet aliqui dixerint eum posse prebere licentiam confitendi cuilibet Sacerdoti. Ratio est, quia approbatio ad confessiones audiendas, ad Episcopum spectat, ex supradicto Decreto Sacri Concilij, sic probat Barbos. de officio, & potestat. Episcop. allegat. 25. nu. 12. cum sequen. & Henriq. de matrim. cap. 3. num. 5. alios allegans dixit, quod Parochus ex quo est ordinarius, potest delegare suam iurisdictionem pro qualibet administratione Sacramenti etiam Regulari cuilibet Sacerdoti, in casibus tantùm particularibus, non tamen indefinite, quia esset constituere sibi Vicarium, quod non potest, cap. extirpandi, §. quia vero, de præbend. & cap. cum ex eo, de election. in 6. nisi tantum ad modicum tempus Abb. & Imola in dicto §. quia vero, quod spatio trium hæbdomadarum taxatur, ex textu in cap. si quis in clero, 3. q. 1. latè Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 3. Quoad vero ad confessiones audiendas tantum Confessario approbato. Et in casu, de quo agimus, & in materia absolutionis à censura ex vi dicti cap. nuper, quòd possit parochus non Sacerdos alteri committere, tenet Vgolin. de censur. tabul. 3. cap. 4. §. 2. num. 2. refert, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 3. disputat. 20. num. 3. vers. & confirmatur; Idem est in Sacramento matrimonii, nam licet Cõcilium sess. 24. cap. 1. dicat, (qui aliter quàm præsente parocho, vel alio Sacerdote) & sic ex vi illius dictionis, alius, quæ est repetitiua similium, l. si fugitiui, ibi, (alia pœna) & Glos. fin. ibidem C. de seru. fugitiu. debet Parochus, vt legitimè matrimonio assistat esse Sacerdos, pro vt tenent Nauar. cons. primo de officio Ordinar. & cons. 10. de Clandest. desponsat. Salzedo in pract. cap. 73. vers. 14. Incontrarium tamen est comunis, & vera opinio, nam etiam non Sacerdos potest assistere, probat Glos. in clement. 1. in verb. presbyteri de priuileg. in quo textu statuitur non licere Regulari ministrare eucharistiam absque licentia presbyteri parochialis, exponit ibi glos. idem de parochiali non Sacerdote, Idem probant Cardinal. Abb. & Bonifac. Vital. in dicta clement. Non tamen poterit dare facultatem

Digitized by Google

tatem non Sacerdoti assistendi, videlicet, Diacono, nam clara est decisio Concilij, ibi, vel alio Sacerdoti, & in toto illo capitulo Concilij, semper quòd fit mentio de parocho, semper additur, vel alio sacerdoti, latè vtrunque probat Sanch. in dicta disputat. 20. Nec Episcopus posset dispensare, vt non Sacerdos assistat, Nauar. cons. 30. de sponsal. Henriq. dicto cap. 3. de matrimon. num. 5. Nec sufficit licentia tacita parochi, vel Episcopi, vel ex ratihabitione, sed requiritur expressa, sic enim intelligitur Concilium in verbis illis (de ipsius Parochi, seu ordinarij licentia) Lapus allegat. 86. num. 3. vbi addentes. Tiraquell. de legib. connubiat ib. Glos. 5. num. 5. Menoch. cons. 168. lib. 2. & de arbitrar. iudic. casu 453. vbi dicit sic declarasse Sacram Congregationem, quam refert, & latè probat Barbos. ad Concilium, in verbo, licentia.

Ampliatur prima cõclusio, vt Parochus non solum absoluat à censuris non reseruatis, sed etiam vt impeditum accedere ad Episcopum, possit absoluere à reseruatis Episcopo, Henriq. de sacramen. pæniten. cap. 9. num. 7. & cap. 10. num. 4. Ratio est, quia in casu legitimi impedimenti, censetur Episcopum vices suas commisisse parocho, pro salute animarum. Et sicut dispensat parochus in ieiunio, in esu carnium, & in festis, absente Episcopo Syl. verbo absolutio 3. in fine, & in verbo absolutio 4. Angel. in verbo confessor 1. §. 1. Henriq. dicto cap. 9. in fine, littera, E, alios allegat Sanch. de matrimon. lib. 8. disputat. 9. num. 27. sic & eo fortius, impeditum absoluit à censuris.

Non autem absoluit ab interdicto generali, vel locali. Prima ratio est, quia interdictum hominis non potest relaxari nisi ab eo, à quo latum est, vel ab ipsius superiore præuia satisfactione, cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. cap. si Ciuitas, vbi Glos. Archidiac. & Franch. de senten. excommunic. in 6. sicut nominatim excommunicatum, licèt non fuerit reseruata absolutio, non potest absoluere parochus ex vi dicti capituli nuper, quia nominatim excommunicatus, ab excommunicante absoluendus est, vel ab cuius Superiore, cap. quærenti, vbi Innoc. de offic. delegat. in fine, cap. inferior, vbi Glos. 21. distinct. cap. verbum, de pœnitentia distinct. prima, cap. ad reprimendum, & cap. pastoralis, §. præterea de offic. ordinar. ita & interdictum non potest relaxari Sayr. de censur. lib. 5. cap. 15. nu. 19. vbi alios citat, Henriq. de excõmun. cap. si num. 3. imò in tantum debet excommunicatus nominatim absolui ab excommunicante, vt etiam pendente appellatione possit absolui, Abb. Præpos. & Imola in cap. quæstioni de appellationib. cap. cum cessante, cap. cum teneamur, de appellationib. cap. si a Iudice, eodem tit. in 6. Ratio quia per appellationem non omnino amittitur iurisdictio, ideò potest facere ea, quæ faciliorem reddunt appellationem pro vt est absolutio, Suar. de censur. disputat. 7. sec. 2. num. 33. Et etiam si mutasset domicilium, argumento cap proposuisti, vbi Glos. in verbo citatus, de foro competent. Abb. in cap. graue nimis, num. 14. de præbendis, & licet domicilium sit fundamentum iurisdictionis, cap. fin. de constitutionib. in 6. l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic. cap. nobis il primo, vbi Abb. de sentent. excommun. & in cap. 1. de foro compet. quia tamen ligatus censura mutauit domicilium, non infertur præiudicium excommunicanti, latè Sayr. de cens. lib. 2. cap. 20. sic etiam excommunicatus mortuus, à suo excommunicante absoluendus est, cap. à nobis il secondo §. vt autem, de sentent. excommunic. Idẽ in excommunicato à Iudice delega-

to, nam

to, nam ab ipsomet erit absoluendus, cap. prudentiam §. sesta, de offic. delegat. cap. pastoralis §. præterea de officio ordinar. Glos. in cap. cum inferior, in verbo ligare, de maioritate, & obedient. Non tamen post annum à die latę sententiæ, cap. quærenti de officio delegat. tunc enim expirat iurisdictio, & à Summo Pontifice erit absoluendus; Innoc. & Abb. in dicto cap. quærenti, Sayr. in dicto cap. 20. Suar. dicta sect. 2; sic etiam incendiarius nominatim excommunicatus ab Episcopo non poterit absolui nisi à Summo Pontifice; Hanc enim absolutionem ad terrorem contra iuris regulas Summus Pontifex sibi reseruauit, cap. tua nos, vbi Glos. & omnes Canonistæ, de censur. Sayr. loco citato, & melius lib. 3. cap. 29. num. 7. vbi alios citat.

Secunda est ratio, quia facultas absoluendi à censuris concessa Parocho ex vi Capituli nuper, est in ordine ad absolutionem à peccatis, Henriq. Sayr. & Suar. locis citat. sed interdictum non impedit Sacramentum pœnitentiæ, cap. alma mater, de sentent. excommunication. in 6. ergo nulla est facultas circa interdictum, Henriq. de excommun. cap. 51. num. 3. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 15. num. 22. Relaxato autem interdicto, ex eo quia cessat causa, quilibet absoluit à peccato, ob quod interdictum latum fuit, nisi tamen ex ratione materiæ adsit aliqua specialis reseruatio, vt puta quando interdictum latum fuit ex Episcopi deiectione, vel percussione, constat ex Nauar. cap. 27. num. 251. Et propterea in facto consului, quòd interdicto Capitulo Ciuitatis Castrimaris de Stabia ab Auditore Cameræ, ob non solutionem decimarum, facta solutione, atque adeò satisfacta parte, quia cessabat interdictum, à peccato non solutionis decimarum, ob quod fuerat latum interdictum poterant Canonici, qui fuerunt in culpa non soluendi, à quocunque Confessario absolui; Si autem esset interdictū personale puta contra non confitentes, & communicantes in Paschate, qui hoc interdictum violauerunt, à parocho absoluendi sunt, quia impedit receptionem Sacramentorum Suar. de censur. disputat. 38. sect. 2. num. 9. & comprehenditur in dispositione Capituli nuper.

Supradicta, quod Parochus absoluat à censuris Episcopalibus non reseruatis, hodie procedunt in quolibet confessario approbato; Ratio est; Primò quia eo ipso, quod Episcopus approbat Sacerdotem ad confessiones ex vi Concilii concedendo facultatem absoluendi, totum censetur commissum, quod specialiter sibi non reseruat; argumento cap. si Episcopus de pœnitent. & remiss. in 6. Secundò ex tus in cap. dicto cap. nuper ibi (à proprio Sacerdote) communiter exponitur pro parocho, ex eo quia de iure communi tātùm Parocho erat obseruandum, cap. omnis vtriusque sexus, de pœnitentia, & remiss. cùm autem hodie ex vsu Ecclesiæ; cuilibet Confessario approbato possit quis confiteri, quilibet Confessarius approbatus dicetur proprius Sacerdos ad finem absoluendi à non reseruatis Episcopo, Sot. & Nauar. relati à Suar. de censur. disputat. 7. sect. 4. num. 8.

Accedit etiam, vt possit Parochus proprias oues extra territorium absoluere, probant supracitati, loquentes de Parocho, & in specie Sanch. de Matrimon. lib. 3. disput. 34. Cucc. de Sacramen. pœnit. num. 190. in summa tract. 7. cap. 15. num. 89. qui alios citat.

Digitized by Google

Quà facultate fruatur quoad absolutionem peccatorum, Confessarius Regularis Priuilegiatus.

Quæst. Octaua.

Comparantur Parochus, & Regularis Cap. Primum.

CConfessarius regularis priuilegiatus, potest absoluere ab omnibus peccatis, & censuris, à quibus potest absoluere Parochus. Sic enim statutum fuit in Concilio Viennensi, prout refert Clemens V. in Clement. Dudum de sepulturis, ibi: (per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis, seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis Potestatẽ in hoc impendere ampliorem, quàm in eo Curatis, vel Parochialibus Sacerdotibus est à iure concessa, nisi forsan eis Ecclesiarum Prælati vberiorem in hac parte gratiam specialiter duxerent faciendam) Glos. ibi in verbo concessa, & omnes Canonistę ibidem colligunt regulam, Ab omnibus posse absoluere Confessarium regularem priuilegiatum à quibus & parochi; Et in eodem Concilio Viennensi statutum fuit, ne Regulares excommunicatos à Canone, præter quàm in casibus à iure expressis, vel à sententiis per statuta prouincialia, aut Synodalia absoluant absque priuilegio Sedis Apostolicæ, & contrarium facientes excommunicãtur ipso facto, cuius absolutio Sedi Apostolicæ est reseruata, quæ etiam Episcopis mandauit, quòd Regulares taliter excommunicatos vbique faciant denuntiare Clement. 1. de priuilegiis.

Sunt hæc notanda: nam licet Regularis exemptus non possit ab ordinario excommunicari, cap. cum olim in primo, §. nos verò, vbi Glos. in verbo, Dioecesano, de priuileg; vbi Abb. & est communis opinio in cap. 2. de excessibus prælator. Et exemptio regularium sit talis, & tantę virtutis, vt perinde sit, ac si esset in alieno territorio, vt sicut Episcopus non potest contra existentem in alieno territorio procedere, ita nec cõtrà exemptum; exemptus enim dicitur extraneus, & alienus, Glos. in cap. 1. in verbo, nunquid, de priuileg. in 6; vbi Geminian. & cons. 35. num. 6. Abb. in cap. significasti; de foro competenti; Et in casibus exemptionis valida sit æquiparatio supra firmata, cap. cum Episcopus, de officio ordinar. in 6. cap. luminoso, 18. q. 2. Iason. in l. fin. ff. de iurisdict. omnium iudicum, Gomes. in cap 2. §. statuto, num. 85. de constitutionib. in 6 Idcircò quodcunque mandatum Episcopi sub quacunque pœna non ligat Regulares exemptos, cùm liberi sint tàm à lege dioecesana, quàm à lege iurisdictionis, cap. dilectus filius, vbi Glos. de offic. ordin. nisi in casibus à iure expressis c. per tuas de sentent. excommunicat. cap. sanè, de excessib. prælator. Couar. in cap. alma mater, parte 1. §. 7. num. 5. Nauar. cap. 27. num. 3. & 4. quia priuilegium exemptionis regularium est notorium in iure, textus notabilis in cap. ex parte il primo, de priuilegiis; Ex quibus manifestè sequitur, quòd excommunicatio lata ab Ordinario contra ipsos est notoriè nulla, tanquam à non Iudice lata, & in vtroque foro non seruanda, quod secus est quando excommunicatur exemptus per priuilegium non notorium, quia absolnendus est ad cautelam, vt de priuilegio doceat, & interim in foro exteriori debet abstinere, dicto cap. per tuas. Cordub. lib. 1. quęst. 43. col. 3. casu 3. pun. 3. Nauar. cap. 27. num. 277. Tamen si exemptus Regularis incidat in excommunicationem iuris, vel Sedis Apostolicę poterit

terit declarari ab ordinario, & publicè denunciare, vt in dicta clemen. prima de priuilegiis, latè Nauar. in cap. cùm cõtingat causa 6. 14. & 17. de rescriptis. Couar. in dicto cap. alma mater, parte prima, §. 10 num. 4 ideò accuratè agendum est de his, quę potest confessarius regularis.

Dico Primò, quod potest absoluere ab excommunicatione minori, & licet dubium sit, an quilibet Sacerdos, qui absoluit à venialibus possit absoluere ab excommunicatione minori, de qua latè per Sayr. de censur. lib. 2. cap. 23. num. octauo, quia absolutio ab excommunicatione minori requisit iurisdictionem, indubitatum est, quoad confessarios regulares, ex eo quia, delegatam habent iurisdictionem ad ministrandum Sacramentum pœnitentiæ, idcirco antiquissimus est ius Ecclesię, quod ab excommunicatione minori absoluant, aduertit Sayr. loc. cit. num. 11 eoque magis id procedit in Confessariis Regularibus priuilegiatis, qui habent iura parochi, vt dictum est, & indubitatum est parochos absoluere ab excommunicatione minori, dicto capitulo nuper, §. in secundo.

Secundò Dico, posse absoluere ab omni censura non reseruata, siue à iure, siue ab homine ex vi capituli nuper, de senten. excom. Ratio est, quia Confessarius regularis potest ab omnibus absoluere, à quibus potest Parochus, vt supra fundatum est, & qui potest absoluere à censura lata à iure non reseruata, potest etiam absoluere à sententia lata ab homine non reseruata, Imol. in cap. graue, de præbend. Nauar. in cap. 27. num. 44. Couar. in cap. alma mater, parte prima, §. 2. num. 2. per totum, Sayr. lib. 2. cap. 2. de censur. & validum est argumentum, quòd idem iudicandum sit in absolutione generalis excommunicationis latę à iure, quàm latæ ab homine, Nauar. cons. 47. incipiente, An mendicantes religiosi, de senten. excommunic. Rodriq. de regul. quæst. 61. artic. 6. ideircò absoluere possunt excommunicatos ex causa non paritionis monitoriorum apostolorum de reuelãdo, Peregrin. in 2. par. compendii priuilegiorum, in verbo absolutio, quoad seculares, §. 4. in scholio incipiente. Secũdò possũt absoluere, & latè probat Antoninus variarum resolutionum lib. primo, resolutione vltima, casu 37.

Nam possint absoluere à reseruatis, & reseruandis Sedi Apostolicam. Cap. 2.

TErtiò posse confessarios priuilegiatos absoluere ab omnibus peccatis Sedi Apostolicę reseruatis, & à quibusuis ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & pœnis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, ex Priuilegio Pauli III. sub die 3. Iulij 1545. Societatis Iesu, referunt Henriq. de indulg. lib. 7. cap. 28. §. 2. litera R. Rodriq. in summa verbo confessor, cap. 55. Sanch. de matrimon. lib. 8. disput. 16. Peregr. in compend. tit. absolutio quoad seculares, §. primo, Rodriq. de reg. tit. 1. quæst. 40. num. 5.

Dico quartò, posse illos absoluere etiam à casibus in futurum reseruandis, quia facultas hæc cum sit beneficium Principis, latissimè est interpretanda, l. fin. ff. de constitutionib. Princip. Tuscus in verbo beneficium Principis, & propterea etiam casus in futurum reseruandos compræhendit, probat textus in cap. quia circa, de priuileg. vbi priuilegium exemptionis de cimarum extenditur etiam ad futuras decimas, & glos. ibidem in verbo, sed futuri, allegat iura concordantia, sic etiam immunitas alicui concessa quoad bona compræhendit etiam bona in futurum quærenda, Bartol. consil. 59. numero. 4. volum. primo. per textum in lege peculium ff. de peculio, multos allegat Ca-

Digitized by Google

cheran. decis. Pedemontana 136. & post ipsum latissimè Anna cons. 61. num. 15. Et procedit etiam quoad nouorum onerũ impositionem post priuilegium, latè Alex. cons. 193. num. 6. lib. 2. Cacheran. & Anna loco citat. Item per reseruationem nouorum casuum post priuilegium Pauli III. non fit præiudicium priuilegiatis à Paulo III. absoluendi, ex eo quia priuilegiũ Pauli III. trahitur ad futura; sicut habens priuilegium creandi tabelliones, si postea fiat statutum, quod tabelliones non creantur, nisi ex approbatis à communitate, per hoc statutum non infertur præiudicium, quin priuilegiati non possint creare tabelliones, Dyaus, & Bart. in l. filiumh. & tibi, §. primo ff. de legat. primo. Item quando per priuilegium tolluntur statuta, vel consuetudines, vel contenta in eis, extenditur etiam ad futuras consuetudines, & ad futura statuta, Cyn. in l. 2. in fin. C. quæ sit longa consuetudo, Io. de Imola in l. 3. de testamen. Propterea si aliqua lex noua emanaret, non tollit priuilegiũ per prius cõcessum, Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo; non obstantibus, in vltima colum. allegat textum in secunda constitutione Codicis §. si quæro, vbi etiam Baldus, Alexand. dicto cap. 293. num. 8. & 9. Itaque dum fuit indultum Regularibus, quod possint absoluere ab omnibus reseruatis Summo Pontifici, & concessio hæc est, vniuersalis, & indefinita, & idcircò futuros casus reseruandos comprehendit, cap. cognouimus 12. q. 2. cap. ex parte de decimis, l. si seruitus ff. de seruitutib. Vrbanor. prædior. cũ clausula, non obstantibus quibucũque cõstitutionibus apostolicis, per quam derogatum fuit statuto Concilij Viennensis, ne regulares à reseruatis summo Pontifici absoluant vt in clemen. prima de priuileg. sequitur quod per nouas reseruationes non derogetur priuilegio iam Regularibus concesso.

Quod etiam cõfirmatur ex regula, quod priuilegium in fauorem Religionis vel religiosorum, latè est interpretandum Oldrad. cons. 300. Et licet priuilegiũ Principis in odiosis strictè sit interpretandum, cap. 1. & 2. de filijs presbyterorum, hoc non procedit, quando nullum fit præiudicium tertio, sed tantum concedenti; In damnum enim concedentis latè priuilegium est interpretandum, cap. olim de verbor. signific. l. fin. ff. de constitut. princip. Glos. in dicto cap. quia circa, in verbo, sed futuri, vbi Ioannes Andr. Hostiens. & Abb. num. 4. & ita procedit textus in cap. cum cappella, eod. tit. de priuilegijs in 6. vbi exempio regiæ cappellæ non trahitur ad futuras Cappellas in damnum Ordinarij, optimè explicat Alexander cons. 178. num. 22. volum. 2. Anna loco citato, sed nulli infertur præiudicium dum regulares in foro conscientiæ absoluunt à casibus sedi Apostolicæ reseruatis, imò in beneficium animarum maximè tendit priuilegium, idcircò latissimè interpretandum, vt quascunque futuras reseruationes comprehendat; nisi tamen declaratione speciali fuerit à summo Pontifice aliter statutum, & hanc nostram opinionem latè probant Rodriq. de regular. quæst. 20. artic. 8. Henriq. dicto cap. 27. de indulg. §. 7. vbi tenet facultatem absoluendi regularibus concessam, latè in fauorem animarum esse interpretandum; Et propterea per suspensionem, quæ in anno Inbilæi, vel per Bullam Cruciatæ solet fieri, absoluendi à casibus sedi Apostolicæ reseruatis, non includitur facultas regularibus concessa refert Doctores Salmaticenses, ita dixisse loco cit. Henriq. & fortè in Iubileci anni 1600. & 1625. ita fuisse declaratum reperire possemus.

Contra duplicem supra firmatam conclusionem, v3. Regulares mendicantes ex priuilegio Pauli III. posse

ab-

Digitized by Google

absoluere à reseruatis summo Pontifici, nec non ab in futurum reseruandis, nisi specialis derogatio priuilegiorum regularium adsit; Insurgit Primò, Decretum Sacri Concilij Tridentini sess. 14. de sancto pœnit. sacr. cap. 7. in quo statuitur reseruationes casuum, tam summo Pontifici, quam Episcopis, esse consonam diuinæ authoritati, & non tantum in externa politica, sed etiam coram Deo vim habere; Item nullam esse reseruationem in articulo mortis, atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere posse, extra quem articulum, sacerdotes cùm nihil possint in casibus reseruatis, *id vnum* pœnitentibus persuadere nisi debere, vt ad superiores, & legitimos Iudices pro beneficio absolutionis accedant; si ex decreto Concilij, quod in anno 1563. absolutum fuit post priuilegium Pauli III. vniuersaliter; & indefinitè fuit sublata authoritas absoluendi à reseruatis; & dictio illa nihil est *vniuersalis negatiua* omnia excludens, Soccin. in l. qui vsum fructũ num. 8. ff. de verbor. obligat. per tex. in l. si is, qui ducenta §. vtrum ff. de rebus dub. & negat in totum actum, & potentiam, Gomes. instit. de action in prin. num 4. & 5. & inducit annullationem ipso iure, cùm sit canon latę sententię l. fin. vers. nihil. agit, vbi Bald. & Aretin. ff. de liber. & post. hum. cap. prudentiam in principio, ibi, nihil egisse, de officio delegat. Corset. in singulari, in vers. nihil agit, Cenedo sing. 64. ergo nullo modo per supradictum priuilegium à reseruatis possunt absoluere, sic. n. declarauit Sacra Congregatio in eodem Concilio, explicando verba illa (cum nihil possint) refert Ludouicus Beia respons. cas. cõscien. parte 2. casu 21. in fine, verficulo, nunc tamen, & parte 3. casu 5. in fin. vers. hoc tamen, & Barbosa in remissione ad Concilium dicto cap. 7.

Secundò si dicimus protectione Regularium priuilegium Pauli III. fuisse confirmatum per Gregorium XIII. viuæ vocis oraculo in beneficium societatis Iesu, pro vt refert Sanch. dicta disputat. 16. & Barbosa loco citat. & propterea regulares ex vi cõmunicationis priuilegiorũ posse illa vti, incõtrariũ facit motus proprius Gregorii XV. in anno 1622. per quę omnia priuilegia viuæ vocis oraculo concessa, fuerũt derogata; si dicimus, priuilegium supradictum Pauli III. fuisse confirmatum per Clementem VIII. die 20. Decembris 1497. in cõstitut. incipiente, Ratio pastoralis officij, vel per Paulum V. die primo Decembris 1609. in constitut. incipiente, Inuenti nobis &c. in quibus fuerunt confirmata priuilegia patribus de Obseruantia; Aduertendum est in supradictis confirmationibus adesse clausulam, quatenus decretis Concilij Tridentini non aduersẽtur; refert Bononia de elect. cap. primo dub. 5. & sic adhuc viget dispositio Sacri Concilij. Tertiò affertur Bulla Pij IIII. anni 1565. incipiens In Principis Apostolorum sede; per quam reuocantur omnia Priuilegia, immunitates, indulta, &c. quibuslibet personis sub quauis forma concessa, quæ cõtra decreta Sacri Concilij faciunt, & expressè Pontifex ex Apostolica authoritate mandauit omnia ad terminos Sacri Concilii reduci, quod ab omnibus voluit obseruari absq. vlla priuilegii exceptione; cum amplissimis clausulis derogatoriis.

Et in omnibus casibus post Paulum III. à sede Apostolica reseruatis declaratur, quod nullus absoluat, prętęr Summum Pontificem, & dictio illa, nullus, est vniuersalis negatiua omnes excludens, Abb. in cap. ad nostram, num. 5. de elect. Cenedo sing. 67. &

adest

adest etiam clausula (non obstantibus quibuscunque in contrarium) vt videre est in Bulla Pij 4. de simonia, in Bulla duelli Gregorij XIII. & Clementis Octavi & certum est de jure priuilegia sola voluntate concedentis, reuocari, cap. veniens, de præscription. & sicut ex mutatione temporum optimum est leges mutari eo magis, & priuilegia, quæ priuatæ legis sunt Alexand. cons. 216. volum. 2. Felin. in cap. quel in Ecclesiarum, in quinta declaratione de cõstitutionib. late Cucc. in statutionibus minor. lib. primo tit. de priuilegiis, ergo nullatenus dici potest, posse confessarios regulares ex priuilegii Pauli 3. posse absoluere ab in futurum reseruandis.

Pro resolutione Primò notandum est, quod Sacrum Concilium dicto cap. 7. in decreto reseruationis casuum, nihil contrà Regulares specificè statuit, sed generaliter declarauit, nihil posse confessarios in casibus reseruatis, & pœnitentibus iudicandum fore, vt ad superiores, & legitimos Iudices pro absolutionis beneficio accedant. Hæc dispositio generalis, regulares confessarios non comprehendit, nec etiam priuilegia tollit; probatur, nam quãdo Sacrum Concilium vult Regulares comprehendere in materia absolutionis, ipsos specialiter nominat, sic habetur sess. 23. cap. 15. de reformationibus. ibi (quamuis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus nullum etiam regularem posse confessiones secularium, etiam sacerdorum audire &c.) dictio illa, etiam, est implicatiua, & ponit casum magis dubitabilem l. conuenticula C. de Episcop. & Cleric. l. etiam C. si tutor. vel curat. & extendit dispositionem ad ea, quæ nõ sunt dicta; Dec. cons. 696. num. 13. Syluan. cons. 64. num. 10. sciebant enim Patres concilii Regulares, multa obtinuisse priuilegia à Summis Pontificibus in materia cõfessionis. Idcircò specialiter mentionem fecerunt de regularibus, non cõtenti generali determinatione per verbum illud. Nullus. optimè aduertit Rodriq. de Regularib. tit. primo q. 46. num. 18.

Secundò Concilij in dicto decreto reseruationis casuum, dixit, nihil posse sacerdotes extra articulum mortis in casibus reseruatis; hæc verba de sacerdotibus non priuilegiatis intelligenda sunt, cùm in dicto decreto Concilij, nulla adsit clausula derogatoria priuilegiorum, sed simpliciter statuit; Et quando concilium vult derogare priuilegiis, explicat, sic habetur sess. 23. cap. 8. de reform. ibi enim concilium duo statuit. Primum est, quod ordinationes sacrorum Ordinum statutis à iure temporibus in Cathedali Ecclesia publicè celebrentur Secundum est, quòd vnusquisq. à proprio Episcopo ordinetur, quòd si aliquis ab alio promoueri petat, etiam sub priuilegii prætextu non permittatur, & sic quando vult derogare priuilegiis, explicat, et ex doctissimorum hominum opinione conclusum fuit regulares habentes priuilegium ante Concilium posse extra tempora ordinari, nõ obstante decreto dicti Concilij, ea ratione, quia in prima parte dicti decreti nulla adest derogatio priuilegiorum, sic responderunt *Doctores* Salmaticenses, teste Rodriq. de regular. tom. primo artic. 8. quæst. 6. & latius tom 3. quæst. 24. & multis in locis id à multis religiosis in praxim deductum fuit, Nec potest dici, quod id fiat ex priuilegio Gregorii XIII die 22. Septembris anno 1582. concesso societati Iesu, & confirmato à Paulo V. quod possint extra tempora in tribus Dominicis, vel festiuis diebus ordinari, nam supradictum priuilegium non fauet cæteris Mendicantibus cùm adsit specialis clausula per hæc verba (præsentis autem gratiæ communicationem aliis mendicãtibus interdicimus omninò)

de quo

de quo latè agit Fagund. in præcept. decalog. lib. 1. cap. 2. nu. 13. sic etiam conc. sess. 25. cap. vltimo de Regular. statuit, quòd non obstantibus quibuscunque priuilegijs, sub quibuscunq; formulis verborum conceptis, ac Mare Magnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, ac etiam iuratis, obseruentur, quæ in dictis decretis de regularibus statuta sunt; Si derogatur priuilegiis in specificè statutis circa Regulares, ergo quomodo poterit in generali dispositione de casuum reseruatione, in qua de Regularibus fit mẽtio, nec ipsorũ priuilegio derogatur ipsis regularibus, tã Sedi Apostolicæ benemeritis fieri præiuditiũ? nullo modo certè. Et confirmatur, nam priuilegia Regularium dicuntur propter merita concessa, Mandos. in regul. Cancellar. regul. 13. quæst. 8. num. 6 propterea in generali reuocatione non comprehenduntur. Mandos. regul. 11. quæst. 13 num. 6. Burgatus cons. 138. tom. 2. Rodriq. dicta quæst. 8. art. 6. ergo eo magis cum de priuilegiatis non loquatur Conc. ipsis non derogatur.

Tertio nota. Certum esse, quòd posterior *lex vniuersalis tollit præcedentem l.* non est nouum ff. de legib. *l. fin. ff.* de constitutionib. Principum, non tamen tollit priuilegium cuicunque concessum, Glos. in cap quoniam 18. dist. &. Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo, non obstantibus, per textum in secunda constitutione Codicis §. si quando, Alexand. cons. 293. volum 2. Canonistæ in capitulo veniens, de præscript. & in cap. nonnulli vbi Felin. de rescript. Syl. in verbo lex, quæst. 26. vers. 3. tollitur, Azor. lib. 5. Institutionib. moral. cap. 16. quæst. 7. Ratio est, quia licèt præsumatur Summum Pontificem habere omnia iura *in scrinio pectoris*, & propterea nouam legem condendo antiquis contrariam; ipsis derogare absque vlla declaratione, non tamen hoc procedit in priuilegijs, quæ sunt facta particularia; idcirco ipsis non derogatur per legem vniuersalem contrariã, nisi specificè derogetur, capitulo primo, vbi omnes Canonistę notant, de constitutionib. in 6. & est indubitatum apud omnes, vt latè agit Suar. de legib. lib. 8. cap. 39. n. 8. dum Sacrum Concilium Tridentinum generaliter & simpliciter statuit nihil posse presbyteros in casibus reseruatis, nihil addendo de priuileg. sequitur necessario, nullum inferri præiudicium confessariis priuilegiatis à Sũmo Pontifice ante Concilium; Et si hæc dicta, in omni legẽ communi locum habent, vt priuilegijs non derogetur per contrariam legem vniuersalem, eo magis in Tridentino dicẽdum est, in quo maxima habita fuit reuerentia authoritati Summi Põtificis, prout ex capitulo vltimo dicti Concilii constat, & Pius IV. in *Bulla* super confirmatione Concilii Tridentini incipiente, Benedictus Deus testatur, idcirco non est dicendum voluisse priuilegijs derogare, nam etiam Summus Pontifex sibi ipsi iniuriam facit cùm decreta prędecessorum turbat, & priuilegia tollit, Roman. cons. 327. per text. in capitulo institutionis 25. quæst. 2. quia, vt inquit Diuus Gregorius, Iustitia, & rationis ordo suadet, vt qui à successoribus sua mandata seruari desiderãt, prędecessoris sui proculdubio voluntatẽ, & statuta custodiant, capitulo iustitiæ 25. quæst. 1. & eò magis in priuilegio concesso Regularibus, quod non solum latè est interpretandum, ex regula l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. funer. Sed quia est concessum communitati, non solùm est perpetuũ, sed pro maiori firmitate æquiparatur legi scriptę, & habetur, ac si esset inclusum in corpore iuris; Diuus Thom. in opusc. contra impugnan. Religion. c. 4. Ias. in l fin. ff. de constitution. Princip. Henriq. in summa, tit. de indulg. cap. 22. num. 3. lit. M. Sanch. de matrim. lib. 8. disputatione prima, numero 13.

Ex

Ex istis facile respondetur adductis contra firmatam conclusionem; Nam cùm Sacrum Concilium in reservatione casuum non derogauerit priuilegiis, remanet illesum priuilegium Pauli III. quod cum sit generale in fauorem animarum, & in beneficium religiosorum, latam recipit interpretationem, vt etiam futuras reseruationes comprehendat, vt dictum est.

Quarto notãdum est per Bullam Pii IV. in anno 1565. incipientem; In Principis Apostolorum sede. Fuisse derogatam in ampliſſima forma omnibus priuilegiis decretis Sacri Concilii Tridentini aduersantibus, & hoc est indubitatum, nam voluit Summus Pontifex; quod decreta Tridentini tanto tempore à sapientissimis viris elaborata pro bono vniuersali Matris Ecclesiæ, ab omnibus obseruarẽtur, & ex vi illius Bullæ, nulli priuilegio locus esset, sed Decreta Tridentina, vt sonant, ab omnibus sunt obseruanda, optimè aduertit Scotus in selectas Summorum Pontificum constitution. theoremate 209. Nec opinio Rodriq. de regular. tom. 1. quæst. 8 art. 6. dicentis, Bullam supradictam derogantem priuilegiis aduersantibus Decretis Concilii, intelligi, & locum habere in illis Decretis Concilii, in quibus fit derogatio priuilegiorum, non autem in quibus nulla fit priuilegiorum mentio, seu derogatio admittenda est; Nam est contra verba dictæ Bullæ, ac mentem Sũmi Pontificis, ibi, cum itaque in eodem Concilio, quamplura salubria, & ad vniuersalem morum reformationem, valdè vtilia Decreta, atque statuta, maturò præsentium ipsorum examine præcedente sint edita, quibus multa, atque diuersa priuilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates, conseruatoria, indulta, & vt vocant confessionalia, & Mare Magnum, & aliæ gratiæ &c. (Et paulo post) in plerisque contrariantur; Nos, quibus in primis cordi est, tam Sancta, & Ecclesiæ Dei saluberrima decreta, vt par est, effectus vbique consequi, & ab omnibus obedienter obseruari, priuilegiorum, exemptionum, facultatum, &c. (& paulo post) Mare magnum; & aliæ gratiæ in his omnibus, & singulis, in quibus illa statutis, & Decretis Concilii huiusmodi contrariantur, ipso iure reuocata, cassata, & annullata, ac ad ipsius Concilii terminos, atque limites reducta sint, & esse censeantur, nec quicquam aduersus ipsa decreta, & statuta, quominus vbique, & apud omnes obseruentur, in aliqua suffragari posse, sed ea perinde haberi, & reputari debere, ac si nũquam emanassent, authoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus, ac etiam statuimus, & ordinamus &c.

Supposita igitur Bulla Pii IV. indubitatum est *Priuilegium* Pauli III. per quod Regulares absoluunt à reseruatis Sedi Apostolicæ fuisse derogatũ. Pro veritate tamen aduertendum est, multas fuisse Summorum Pontificum concessiones, per quas derogata Bulla Pii IV. ac cæteris Apostolicis constitutionibus in contrarium dictantibus, fuerunt antiqua priuilegia Mendicantibus concessa, nõ solum ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis confirmata, sed etiã innouata, referunt Rodriq. Henriq. & Peregrin. locis citat, & inter cæteras adest confirmatio Pauli V. die 4. Maii 1612. & Gregorii XV. die 6. Octobris 1621. ex quibus confirmationibus quatuor desumuntur; *Primum* quod generaliter fuerunt confirmata omnia priuilegia nostræ Religioni concessa, etiam per viam communicationis, cũ clausula, quorum tenores, &c. Et ex vi illius clausulæ, certum est, nõ solum omnia comprehendi, sed etiam quæ specificam requirunt denominationem, Butrius cons. 2. Tusc. in verbo clausula, Suar. de legibus lib. 8. c. 18. & vulgò dicitur, sub clausula, quorum

rum tenores, posse venire,& plaustrũ, & boues, Sarmiento Select. interpræt. lib. 3. cap. 14.

Secundum, quod confirmatio Gregorii XV. fuit cum clausula, & certa scientia, motu proprio,& de plenitudine potestatis; & propterea non est confirmatio in forma communi, sed in forma speciali, iuxta Glos. in cap. 2. de confirmat. vtili, vel inutil. cap. quia diuersitatem, vbi omnes Canonistæ de conces. præbend. l. ex his verbis C. de donationib. inter vir. & vxor. & idcircò non solum omnia priuilegia per antiquos Sũmos Pontifices mortificata, vel extincta viuificantur, latè congerit Anton. Gabriel comm. concluſ. tit. de clausulis, conclusione prima, sed nullos inferior Summo Pontifice potest cognoscere de validitate priuilegiorum, per tex. in cap. primo, & cap. dilecta, de confirmat. vtili. vel inutil. sicut est de priuilegio exemptiones ab Ordinario, quod tantum Summos Pontifex potest interpretari, Hostiensis, & Abb. in cap. olim de accusationib. Claudius, in verbo priuilegium §. 1. & 4. Henriq. de indulg. cap. 25. num. 6. & 8.

Tertium, quòd non solùm antiqua priuilegia fuerunt confirmata, sed de nouo concessa cum clausula supplentes omnem viris, & facti defectum, quo fit, vt omnia censeantur renouata, etiam quæ contra ius sunt, & per prius nulla erant post glosam, & Canon. in dicto cap. quia diuersitatem, colligitur ex tex. in cap. 1. cap. veniens de transactionib. latè Tusc. in verbo, confirmatio ex certa scientia, vbi alios congerit. Dec. Imol. & Abb. in Rubr. de confir. vtili, vel inutil. Suar. loco citato num. 12.

Quartum, quod in supradictis confirmationibus, seu nouis cõcessionibus Pauli V. & Gregorii XIII. adest clausula, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac decretis per quoscunque Romanos Pontifices quomodolibet editis &c. cũ quibusuis derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & in solitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, & sic apertè constat fuisse derogatum Bullæ Pii IV. & licèt Suar. loc. cit. c. 19. num. 5. dixerit, non esse verisimile per confirmationem confusam, & cõmunem derogari speciali dispositioni Concilii generalis reuocantis in particulari aliqua ex dictis priuilegiis. Nam data pro vera dicta opinione, non facit ad casum nostrum, nam in decreto Tridentini de reseruatione casuum, nulla fit mẽtio de priuilegiis, vt supra fundatam est, & Tridẽtinum loc. citat. de priuilegiatis non fuit loquutum, sed tantùm Bulla Pii IV. pro obseruantia Tridentini derogauit priuilegiis, cui per supradictas generales, & speciales derogatorias in confirmationibus nostrorũ priuilegiorum exibentibus indubitanter fuit derogatũ, & sic remanet plenè satisfactum obiectioni Bullæ Pii IV. & illesum Priuilegium Pauli III. pro absolutione reseruatorum.

Quod verò ad allegata contra secundam partem conclusionis, notandum est, quòd in *Priuilegio Pauli III.* non solùm adest clausula, ex motu proprio, & ex certa scientia, de quorum efficacia legendi sunt Anton. Gabriel cõm. concluſ. tit. de clausulis concluſ. prima, & Marth. in tractatu de clausulis clausula 70. motu propria, vbi allegando Rotam in tertia parte dicit, quòd supradicta clausula apposita in aliqua concessione, reddit concessionem fauorabilem, adest etiam clausula, non obstantibus & cæt. quo fit, vt per futuras reseruationes non derogetur, nisi adsit

Digitized by Google

clausula derogatoria derogatoriatiũ, ex communi doctrina Canonistarum in cap. 1. & in cap. cum ordine, de rescriptis, Suar. dicto cap. 39.

Imo pro derogatione Regularibus concessorum, non sufficit generalis derogatio, ex multiplici ratione, Prima, quia priuilegia Regularium fuerunt concessa ob remunerationem, vt supra, ex Mandosio, & Rodriq. probatum fuit, idcircò requiritur specialis derogatio, colligitur ex glos. in dicta Clement. dudum, in verbo pacto, vbi etiam Cardinal. Nauar. cap. 27. num. 74. Azeuedo lege 14. tit. 3. lib. 1. Suar. dicto lib. 8. cap. 38. num. 3.

Secunda, quia, vt supra dictum est, priuilegia Regularibus concessa, sunt ad instar comprehensorum in lege communi; propterea specialis requiritur derogatio, glos. in authen. quia, in verbo illic, C. vbi de crim. ag. oport. glos. in l. hæres absens, in verbo excusatur, ff. de iudic. gl. in l. 3. C. de silentiariis lib. 10. Felin. in c. nõ nulli de rescript.

Tertia, quia Regulares ex multis Summorum Pontificum dispositionibus priuilegium obtinent, vt nunquam censeatur derogatum ipsorum priuilegiis, sub quacunq; forma verborum, nisi in specie derogetur, cõgerit Henriq. de indulgen. cap. 24 25. & 27. Rodriq. de regul. tom. 1. q. 8. art. 6. & qu. 9. art. 6. & seq. Peregrin. in compend. in verbo priuilegium, ideò generalis derogatio cum clausulis, non obstantibus non afficit priuilegia regulariũ, Abb. in c. cum instantia, de cẽsibus, Felin. in dict. c. cum non nulli. Syl. & alii Summ. in verbo, priuilegium, Suar. locis citat.

Quarta, quia dum nouissimè per Paulum V. in anno 1612. & per Gre. 15. in anno 1621. nostræ Religioni non solum antiqua priuilegia, etiam quę per participationem habebat confirmata, sed etiam ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis, cũ clausulis derogatoriis ampliſſimis, & derogatoriarum derogatoriis, etiam in his, quæ specialem requirebant derogationem, sequitur, quod omnes reseruationes, cum quibus clausulis derogatorijs medio tempore factę, cessant in nostrum præiudicium, tanquam à nouissimis confirmationibus, seu concessionibus sublatæ: iuxta tradita per Suar. loco cit. & per Gucch. institut. maior. tit. de priuileg. nũm. 120.

Idcircò viget antiquum priuilegium Pauli III. absoluendi ab omnibus Sedi Apostolicæ reseruatis, quod ex iuris dispositione, & communi DD. opinione supra relata, etiam in futuris reseruationibus locum habebat, & ex supradictis remanet sufficienter responsum omnibus supra adductis contra duplicem conclusionem in tertia illatione firmatam, verum considerandа est infrascripta declaratio S. Congregationis.

An possint absoluere à Casibus ordinario reseruatis.

Cap. 3.

REspondeo Cõfessarios regulares priuilegiatos legitimè ab Ordinario approbato iuxta Clement. Dudum de Sepultur licet de iure communi maxima sit difficultas, an possint ab Episcopo reseruatis in foro conscientiæ absoluere, & multi teneant posse, vt Gabriel in 4. distinct. 17. q. 2. a. 3. dub. 3. Angel. in verbo confessio 3 num. 28. Syl. in verbo Confessor. 2. q. 5 Rodriq. de regular tom. 1 quæst 40. art. 2. vbi alios allegat; Verior tamen est, non posse, apertè colligitur ex dicta Clement. Dudum, & ex Clement. prima, de priuilegiis, probant Glos. in dicta Clement. in verbo concessa, vbi Abb. Cardinal. Ioannes Monachus, Imola, & Ancharan. Sot. distinct. 18. q. 4. ar. 3. Diuus Antonin. 3 p. tit. 17. c. 1. Nauar. c. 27. n. 266. Suar. de pœnitentia, disputat. 30. sect. 2. num. 16. vbi

sic

Digitized by Google

sic dicit declarasse Sacram Congregationem.

Extat declaratio Clementis VIII. die 28. Nouembris 2602. apud Quarantam, in verbo, casus reseruati fol. 147. per hæc verba; Idem, omnes casus, quos ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabunt. Ac demũ Paulus V. die 7. Ianuarij 1617. ampliat dispositionem Clementis, vt procedat non solum in casibus, sed etiam in censuris, & optima ratione facta fuit ampliatio, nam cum respectu Episcoporum aliud sit reseruare peccatum, & aliud reseruare censurã, reseruatio casuum non comprehendit censuras, nec è contra Nauar. in cap. 27. num. 258 Decretum Pauli V. habetur ad vnguem apud Molfes in summa tract. 7. cap. 18. num. 23. & sic indubitatum est, attenta dispositione iuris communis nihil posse regulares Confessarios in casibus, & censuris ab Episcopo reseruatis.

Hoc tamen limitandum est quando Ordinarij reseruarent sibi casus, vel censuras, non respectu omnium Confessariorum, tam habentium ordinariam potestatem, vt sunt Parochi, quam habẽtium delegatam, sed tantùm respespectu Mendicantium habentium delegatam, nam tunc inanis esset reseruatio, quia mendicantes Confessarii eandem habent authoritatem à Summo Pontifice, quàm Parochi, & hic est verus sensus dictæ Clementinæ, & secundum hunc sensum intelligenda est opinio Gabr. Angel. & Syluestr. vt optimè aduertit Suar. dict. sect. 2. num. 16.

Ad tollendam autem omnem dubitationem apponam hìc declarationem Sacræ Congregat. Episcoporum, & Regularium circa hanc facultatem, de qua loquimur absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ, & Ordinario reseruatis.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporũ, & Regularium præposita cẽsuit; per confirmationes Priuilegiorũ, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Conc. Trid. obtinuerunt nequaquam reuixisse priuilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis Decretis sublata atque extincta si quæ habebant, absoluendi à casibus Ordinario loci reseruatis; Quemadmodum, nec indulta absoluendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consueuit, vt potè sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisiuisse ex subsequentibus Priuilegiorum confirmationibus; Ac proindè Regulares cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim Priuilegiorum, aut confirmationum eiusmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, posse quemquam absoluere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reseruatis: Ac si secus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse, ac fore: Ab aliis verò casibus, & censuris Sedi Apostolicæ reseruatis, si quidem Regulares habeant à Sede Apostolica absoluendi facultatem, illam extra Italiam minimè sublatam fuisse iisdem Sacræ Congregationis Decretis hac de re editis iussu san. mem. Clemẽtis VIII. Quam Sacræ Congregationis sententiam Sanctitas Sua ad se relatam approbauit, mandauitque ab omnibus, ad quos pertinet inuiolabiliter obseruari. Romæ 17. Nouembris 1628. F. A. Card. S. Hunufr. loco † sigilli P. Fagnanus.

Digitized by Google

Num possint absoluere à casibus Bullæ Cœnæ, eos qui rationabili impedimento detenti, ad Summum Pontificem accedere non possunt. Cap. IV.

VEra est resolutio, id non posse. Ratio est, quia talis absolutio, iure quodam speciali pertinet ad Episcopos, vt cum reincidentia absoluant; & cessante impedimento, puta infirmitatis, post aliquod congruum tempus sic absoluti coram Sede Apostolica compareant, cap. eos, vbi omnes Canonistæ, de senten. excommunicat. in 6. cap. ea noscitur, & cap. quod de his, de senten. excommunic. Quare vera est conclusio, quòd is, qui habet facultatem absoluendi à reseruatis ab Episcopo, non potest absoluere à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, à quibus aliquando ex rationabili causa Ordinarii absoluunt, Rodriq. post alios, de regul. tom. 1. q. 61. art. 9. latè congerit Sanch. de matrimon. lib. 2. disput. 40. num. 3. & 9. Sicut nec etiam absoluere possunt à casibus à quibus Episcopi absoluunt vigore Concilii Tridentini, vt latius dictum est, cùm de Episcopi facultate ageremus. Et sic, in casu nostro, nullo iure possunt Regulares absoluere: Non principaliter ex vi priuilegii, quia excipiuntur casus comprehensi in Bulla cœnæ. Nec ex eo, quia absoluunt à reseruatis Episcopo, quia non sunt propriè casus Episcopales, sed Papales Episcopis iure speciali demandari, Henriq. lib. 7. de indulgen. cap. 28. n. 2. lit. S.

Num excommunicati nominatim, siue ab Ordinario, siue à Summo Pontifice, parte satisfacta possint à Confessarijs priuilegiatis in conscientiæ foro absolui. Cap. V.

VIdetur dicendum, quod non. Probatur primò. Nominanti excommunicatus, absoluēdus est ab excommunicante cap. per tuas, & cap. sacro, de sentent. excommunicationis, cap. venerabilibus, de senten. excommun. in 6. Imò excōmunicatus à Plebano, non debet absolui ab Episcopo, licèt habeat ordinariā iurisdictionē in omnes suæ diœcesis, cap. de persona 11. q. 1. absque congrua satisfactione, & Plebani consensu, cap. cùm ab Ecclesiarū, ibi, absque eiusdem plebani conscientia non relaxes, de officio ordinar. Ergo, eo magis in confessario regulari. Secundò nullum est priuilegiū in specie, concedens regularibus potestatem absoluendi nominatim excommunicatos, sed priuilegia loquuntur tantum generaliter de absolutione ab excommunicatione, quæ non possunt locum habere in nominatim excommunicatis, vt tradit collector priuilegiorum mendicantium, tit. Absolutio, quòd Seculares à reseruatis 2. cap. ex priuilegio Monachorum Sancti Benedicti, num. 19. & Claudius in compendio priuilegiorum Societatis Iesu, in verbo absolutio. Quia esset in præiudicium tertii, & priuilegia semper intelliguntur absque præiudicio tertii, l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico. Et sicut potestas concessa Episcopis absoluendi in foro conscientiæ à reseruatis Sedi Apostolicæ ex cap. 6. Trident. sess. 14. de reformat. non procedit in nominatim excommunicato, sed tantum in occulto, vt in d. cap. 6. ergo ita etiam in Regulari confessario, ne videantur ma-

Digitized by Google

maiorem authoritatem habuisse Regulares Confessarios Episcopis, quibus ex iure diuino commissa est cura ouium. Tertiò si nominatim excommunicati possent in foro conscientiæ absolui à Regularibus confessariis, duo sequerentur inconuenientia. Alterum est, quòd iurisdictio Ordinariorum, vel aliorum iudicum excommunicantium perturbaretur, quia absoluti in foro conscientiæ, non timerent amplius sententiam Iudicis, vt aduertit Nauar. cons. 11. de sentent. excommunicat. & Henriq. de excommunicat. cap. 27 & 28. num. 2. quia secluso scandalo possent diuinis interesse, ac etiam celebrare, Nauar. c. 26. num. 7. Secundum inconueniens esset, quòd facultas absoluendi, quæ necessario requirit iurisdictionem, vt *supra probatum* est, *penderet à priuata authoritate partis*, ex cuius consensu absolutio danda esset, quod nullo modo fieri potest, cum ex partium consensu non possit renunciari iis, quæ, vel pro publica vtilitate sunt statuta, vel sunt de substantia iudiciorum, cap. de cautis, *vbi Glos. in verbo consensu partium, de officio delegati.* Et in terminis nostræ *quæstionis tradit Suar.* de censur. disp. 7. sect. 2 *in fin.* Ergo. & hanc opinionem tenent supradicti Collector, & Claudius, & ipsam etiam probant Perez lib. 2. ordinamentorum tit. 1. l. 1. Polanchus in director. cap. 4. de absolutione circa finem, Rodriq. in Bulla Cruciatæ, §. 11. num. 55. limitat. 11. Henriq. dicto cap. 28. num. 2. dum supracitati Authores asseuerant, quod quando excommunicatus est in loco delicti, vbi adest Iudex, qui sententiam protulit, nullo pacto potest absolui.

Secunda est opinio dicentium posse absolui parte satisfacta; probat Auila de censur. parte 2. *cap. 7. disput. 3. dubio* 10. *concluf* 1. *allegat Ledesm.* & Medin. *in sum. lib. 2. cap.* 12. Idem probat Couar. in cap. alma mater, par. 1. num. 11. art. 16. Rodriq. de regular. tom. 1. q. 61. art. 6. Cappuccinus in annotat. compend. Mendicant. in tit. absolutio quoad sæculares 2. anno t. incipiente, resolutionis quædam notabiles, vers. quarta conclusio, & nouissimè Sayr. qui testatur de communi opinione, lib. 2. de censur. cap. 21. num. 29. Probatur hæc opinio. Primò, Summus Pontifex vult Christi fideles saluos fieri mediãtibus Regularibus, de quorum opere, fide, & fructu satis se confidere, inquit Paulus III. in supradicto priuilegio concesso Societati Iesu anno 1545. Idcircò generaliter concessit in pluribus priuilegiis congestis à Cappuccino loco cit. quòd Regulares absoluant tàm à sententia Iuris, quàm hominis; ergo non solum à sententia generali iuris, & hominis, sed etiam à speciali, cum priuilegiũ Principis pro Regularibus latè sit interpretandum, & eò magis cum de animarum salute agitur, Oldradus cons. 300. Secundò datur facultas confessariis Regularibus absoluendi à delicto contumaciæ, ob quam excommunicatio lata fuit; ergo, & ab ipsamet excommunicatione, tanquam ab antecedenti necessario prærordinato ad Sacramentum pœnitentiæ conficiendum absoluere possunt, ex regula l. 2. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Tertiò, Nominatim excommunicati ob non solutionem decimarum, satisfactis decimis absoluuntur, Tridentinum cap. 12. sess. 25. de reformat. Item declaratus excommunicatus ob non solutionem pensionis, statim missis litteris cambii, potest absolui, vel ab Episcopo, vel ex vi Bullæ cruciatæ, Henriq. dicto cap. 28. num. 2. lit. S. qui dicit sic consuluisse Theologos; & Iuris peritos Hyspaniæ; ergo. Quartò, Affertur declaratio Pii V. in anno 1568. quam referunt Rodriq. dicto artic. 6. Guttier. qq. canon. lib. 1. cap. 2. Cappuccinus in dicta 4. conclusione, per quam protestatur, in omni concessione simili, vel dissimili, tàm emanata, quàm

Digitized by Google

quàm emananda, pro absolutione nominatim excommunicatorum intelligendam esse in foro conscientiæ, & parte satisfacta. Et licèt in intelligentia dictorum verborum Pij V. maxima fuerit altercatio inter Rodriq. & Guttier. locis citat. Contendebat enim Rodriq. quod etiam in foro exteriori prodesset absolutio, quod merito negabat Guttier. Quicquid tamen sit, negari non potest, per declarationem Pij V. fuisse sublatam difficultatem circa priuilegia hactenus concessa, & determinatum, quod in foro conscientiæ satisfacta parte, possint absolui nominatim excommunicati. Cappucc. loco citat. Vltimo affertur priuilegium Martini V. concessum Ordini Sancti Hyeronimi Hyspaniæ relatum à Peregrino in Cõpend. priuileg. nostrorum part. 2. tit. absolutio quoad seculares §. 4 per quod dicitur, nostros Confessarios, posse absoluere ab omnibus censuris, à quibus Episcopi suos dioecesanos absoluere possunt, sed certum est, Episcopos, à se excommunicatos absoluere posse satisfacta parte dicto Capitulo, cum ab Ecclesiarum, de offic. ordinar. Et huic priuilegio consonat priuilegium Pauli III. per quod conceditur facultas absoluendi à reseruatis Sedi Apostolicæ, ergo sequitur, nostros Confessarios absoluere posse nominatim excommunicatos, tàm à Sede Apostolica, quàm ab Ordinarijs in foro tamen conscientiæ. Ratio est, quia licèt facultas absoluendi simpliciter concessa, intelligatur respectu vtriusque fori, quando tamen conceditur in ordine ad Sacramentalem absolutionem, tantùm in foro interiori locum habet, Couar. dicto §. 11. num. 16. Nauar. cap. 27. num. 279. Guttier. dicto cap. 2. Suar. dicta sect. 5. num. 22. & 23.

Tertia est opinio dicentium, non posse absolui nominatim excommunicatos à Confessario Regulari, nisi absente Episcopo, vel iniustè renuente absoluere, vel si satis durè se ostenderit in absolutione. Sic Auila loco cit. in verbo 4 conclusio, & sentit Henriq. dicto num. 2. Fundatur hæc opinio in euitatione scandali, quod quidem certum esset, si presente excommunicante absolueretur à Regulari nominatim excommunicatus.

Mea opinio est, quod, aut quærimus de potestate absoluendi, aut de modo. Primò casu, indubitanter teneo, posse priuilegiatos absoluere in foro conscientiæ, ex rationibus, & priuilegiis citatis pro secunda communi opinione. Secundò casu circa modum, quia nihil cum scandalo faciendum est, capitulo nihil de præscript. supradicta authoritate cum magna cautela; vti debent Confessarii Regulares, nec ei omnibus passim excommunicatis sed cum timoratæ tantùm conscientiæ hominibus, & rationabili ex causa, illosque monendo, ne vitro se manifestent, ac sacris se ingerant, in clauium contemptum, & detrimentum contentiosæ iurisdictionis, prout considerauit Nauar. dicto cons. 11. & Henriq. dicto cap 2.

Sed quid si imprudens Confessarius, verè parte non satisfacta absoluerit, erit inualida absolutio, an solum peccauit Confessarius? Communis est resolutio, quod quando omissa satisfactione fit absolutio ab habente ordinariam iurisdictionem, tenet absolutio, licèt peccet absoluens, Syl. in verbo absolutio 3. num. 7. & in verbo excommunicatio 7. num. 65. Caietan. in verbo absolutio cap 4. Nauar. cap 27. num. 37. Couar. dicto §. 11. num 7. Ab habẽte vero delegatam iurisdictionem, est nulla Syl. & Caiet. locis citat. Cordub. in sum. quæst. 18. punt. 1. dicto 2. Nauar. cons. 6. & 75. de senten excõmunic. Licèt Auil. loco cit. dub. 9. teneat, quòd respectu Regularium confessariorum, licet habeant delegatam iurisdictionem non sit nulla absolutio,

sed

Digitized by Google

sed non est recedendum à communi opinione.

Clausula autem, satisfacta parte, quomodo intelligenda sit, an scilicet verè requiratur realis satisfactio, an sufficiat promissio de satisfaciendo, vel cautio, vel iuramentū. Et quid si adsit impotentia, vide apud Auil. loco cit. Suar. d. sect. 5. nu. 39. cum multis sequent. Nauar. autem cap. 27. nu. 277. vers. 6. Confessarius dixit, quod quādo agitur in foro conscientiæ sufficit propositum firmum satisfaciendi.

Non obstant allegata pro prima opinione. Et primò verum est, excommunicatum non absolui, nisi ab excommunicante, sed per hoc non negatur, quin à Summo Pontifice, qui omnimodā in omnibus habet iurisdictionem absolui non possit, & successiuè à Regularibus, qui delegatam habent à Summo Pontifice iurisdictionem, ex vi priuilegiorum, vt supra probatum est.

Ad alia obiecta respondetur per absolutionem in foro conscientiæ, satisfacta parte, nullum inferri præiudicium Iudici fori contentioſi. Nam poterit excommunicatus puniri, vel denuò accusari, & contra ipsum procedi, nulla habita ratione absolutionis in foro conscientiæ, ex Glos. in c. de his, de accusat. vbi communiter omnes Canonistæ, & in prouijs terminis Couar. in dicto §. 11. num. 16. Gutier. in d. cap. 2. num. 13. Henriq. & Auila loc. cit. Et procedit hoc etiam peracta pœnitētia, vt per vltra supra citatos Ananias ibidē, Hostien. Anton. de Butrio, & Imol. in cap tuæ, de procurator. Et etiam si fuisset pœnitentia publica, Abb. & Felin. idem Abb. in dicto cap. tuæ. per tex. in cap. fœlicis, §. per hoc, de pœnis in 6. Latè Couar variar. resol. lib. 2. cap. 10. num. 3. Et sicut absolutus a culpa in foro pœnitentiali, potest puniri à Iudice fori contentioſi, quia nihil habet commune forum conscientiæ, cum foro contentioſo, & differunt sicut cœlum à terra, cap. quia plerumque de immunitat. Ecclesiar. Gomes. in regula de non iudicando, iuxta formam supplicationis, quæst. 14. ità & in absolutione à censura, Guttier. loc. cit. Benè tamen verum est, quòd respectu fori conscientiæ in tantum suffragatur absolutio, vt non teneatur iterum confiteri, prout hæretici putabant, inter quos fuit Ioannes Polyacus, qui dixit, absolutos à Regularibus, iterum debere absolui à proprio Sacerdote, quem damnarunt Ioannes XXII. Calistus II. confirmando Bullas Eugenij IV. & Nicolai V. ac etiam Sixtus IV. Habetur in compēdio priuileg. fratr. in titul. absolutio, quoad sæculares 2. cap. circa absolutionis materiam, Peregrin. in compēdio nostro parte prima, verb. absolutio quoad sæculares, §. 11. Et in absolutione censurarum, etiam reseruatarum, licet vna possit tolli absque alia, cap. cum pro causa, de senten. excommunic. Glos. in cap. officij, eod. tit. & in cap. ex parte, de officio ordinar. Si tamen confitendo aliquis, petat absolutionem ab vna, aliarū oblitus, & generaliter absoluatur per verba illa, si tenens aliquo vinculo excōmunicationis, &c. non tenetur iterum cōparere pro absolutione à censura. Sicut confitens priuilegiato habenti facultatem absoluendi à reseruatis, oblitus peccati reseruati, tollitur eius reseruatio, & poterit à quocumque confessario absolui à culpa, Nauar. qui alios allegat cap. 26. num. 13. Est communis opinio, quam probat Couar. in dicto cap. alma mater, par. 1. §. 11. num. 12. latè Suarez de cens. disput. 7. sect. 5. nu. 16. vsque ad nu. 21. Potest etiam suffragari absolutio in foro conscientiæ, nam poterit taliter absolutus ab amico Iudice tolerari, & haberi pro absoluto, Nauar. cons. 47. art. 7. de sententia excommunic. latè Henriq. de indulgent. cap. 13. num. 2.

&

Digitized by Google

& de excommunicat. cap. 27. nu. 20. Et dum toleratur ab excommunicante, absque scrupulo non erit euitãdus: sicut, nominatim excommunicatus antequam denuntietur, secundum magis communem opinionem, & verio. rem intellectum extrauagant. Martini V. ad euitanda scandala, sic post Nauar. cap. 27 num. 52. & in cap. 1. §. Laboret num. 23. de pœnitentia distinctione 6. Couar. Vgol. & Guttier. tradit Suar. de censur. disput. 9. sect. 2. num. 9. Et si celebrauerit, potest Iudex ipsum non habere pro irregulari, quia verè in foro conscientiæ irregularis non est. Nauar. dicto cap. 27. nu. 43. Rodriq. tom. 1. q. 61. art. 10.

Nec obstat, quòd ex Tridentino diceba. tur, Episcopis fuisse tantum permissũ absoluere occultos, Nam non potest allegari ratio in his, quæ pendent à vo luntate Principis Concilium concessit facultatem Episcopis absoluendi tantum ab occultis, Regularibus vero indefinitè absque distinctione Summi Pontifices concesserunt, ergo nec nos distinguere debemus cap. inter corporalia, de transactionib. cap. consuluistis 2. q. 5. cap. solite, vbi Glos. in verbo, non distinguas, allegat iura concordantia de maioritate, & obedien.

Quosnam, & quando, ac vbi taliter Priuilegiati possint absoluere. Cap. VI.

DIco primò, posse Confessarios, Regulares extra locũ vbi fuerunt approbati, absoluere subditos Episcopi approbãtis, Ratio est, quia cũ habeant iura parochorum, vt dictum est, & parochi ex ordinaria iurisdictione possunt extra propriam parochiam suos parochianos absoluere, est communis opinio Pauli Cardinal. Anchar. & alio rum, quos allegat Imol. in Clement. dudum num. 32. de sepult. Etgo ita etiam Regulares; Confirmatur etiam, quia licèt Regulares ex authoritate delegata absoluant, quia tamen absq; strepitu, & figura. Iudicii exercetur ea facultas, & ad voluntariam iurisdictionem pertineat, non coarctatur territorio, sed vbique potest in subditos Episcopi approbantis exerceri, Ripa de remed. pestis, §. sed quia vsu videmus. Victor. in sum. de confess. nu. 151. Syl. in verbo Confessor Cucc institut. maior. tit. de Sacram. poenit. num. 190. Henriq. de Sacram. poeniten. lib. 6. c. 7. num. 1. Sanch. de matr. lib. 3. disputat. 34. Nec tex. in dicta Clement. dudum obstat, dum dicit, vt possint audire intra dioecesim, quia sẽtus est, vt nõ possint audire extra dioecesim illos, qui alterius sũt dioecesis, ex eo, quòd Confessarius ex Mendicantibus approbatus in vno loco, non censetur approbatus respectu omnium locorum totius Orbis, sed tantùm respectu dioecesis Episcopi approbantis, vt constat ex dicta Clement. & aduertunt omnes, & ad omnem difficultatem tollendam Sixtus IV. fratribus minoribus concessit per hæc verba (quòd fratres minores debitè præsentanti, vel gratiosè à Prælatis recepti, possint extra dioecesim suam subditos illorum audire, cùm hoc possint Curati de iure) Rodriq. de regular. to. 1. quæst. 60. art. 5. Peregr. in compen. part. 1. tit. absolutio quoad sæculares §. 8.

Dico secundo. Posse etiam audire confessiones vndequaque venientium, & ipsos absoluere; Ratio est, quia ex vsu Ecclesiæ sublatum est præceptum cõfitendi proprio Parocho, iuxta textum in cap. omnis vtriusque sexus, de poenitentia, & remission. & dum iura Parochorum habent, vt dictum est, ex Clement. dudum de Sepult. sicut Parochus audire potest confessiones Christifidelium alterius parochiæ, ita,

Digitized by Google

ita, & Regulares, qui delegatam habent iurisdictionem; Et licèt hoc certum sit de iure, ad maiorem tamen securitatem Nicolaus IV. & Sixtus IV. & Leo X. concesserunt Fratribus Minoribus de obseruantia, quod etiam Vrbanus IV. Carmelitis, & nouissimè Paulus III. Societati Iesu, quod etiã nostræ Religioni potest dici concessum ex priuilegio Pauli IV. & Gregorij XIII. dum omnia concessa, & concedenda Societati Iesu nostræ Religioni concesserunt. Priuilegia supradicta Mendicantibus concessa habentur apud Rodriq. de Regular. tom. 1. quæst. 60. art. 6.

Aduèrtendum tamen est, quod ex hac generali facultate absoluendi quoscunque venientes; *non sequitur* posse absoluere regulares eiusdem, vel alterius Ordinis, Glos. Abb. & Cardinal. in d cta Clement. dudum. Ratio est, quia per generalem facultatẽ non derogatur particularibus statutis, quę verisimiliter ignorantur, Innoc. in cap. ex parte, de foro compet. cap. 1. de constit. in 6. & in Religionibus, in *quibus* viget regularis obseruãtia, adsunt statuta, ne quis extra Religionem confiteatur; Quod etiam declarauit Clemens IV. inhibendo omnibus, & singulis Confessarijs, ne confessiones Fratruum Minorum inuitis eorũ Prælatis audiant. Idem fuit declaratum quoad Carmelitas, & Prædicatores. Congerit Rodriq. loco cit. q. 62. art. 4. & est dispositio cõformis iuri communi, Nam sicut ex Tridentino sess. 23. cap. 15. de reformat nullus potest Christifideles absoluere, etiam Sacerdotes, nisi fuerit ab Ordinario approbatus, sic nullus absoluet Regulares, nisi ex approbatione, seu licentia Prælati regularis, Nec approbatio Ordinarii requiritur, sed simplex Sacerdos ex licentia Prælati Regularis, Quia Cõcilium in dicto cap. 15. licèt requirat approbationem Ordinarii ad audiendas confessiones, etiam Sacerdotum, non procedit in confessionibus Regularium, cùm nihil innouauerit quoad Regulares, Nauar in Manual. cap. 4. Rodriq. dicta quęst. 62. art 4. Adeo vera est hæc regula, vt Gregorius XIII. declarauerit non esse mentem Sedis Apostolicæ in Iubileis, vel in Bulla Cruciatæ, vel in aliis confessionalibus, seu Apostolicis indultis, in quibus datur facultas omnibus Christifidelibus eligendi Confessarium ex approbatis ab Ordinario, quod Regulares Societatis Iesu possint aliis confessariis confiteri prętерquàm approbatis ab Ordinario, ex stentibus tamen in ead. domo, seu Collegio; Habetur in compend dictæ Societatis tit. absolutio, alias absolutio nulla esset, vt ibidem habetur. Idem concessit Innoc. 8. Iulius II. & Clemens VII. Fratribus Minoribus, Heremitis Diui Augustini, Cistercienfibus, Congregationi Montis Oliueti, & Congregationi Sãcti Georgii de Alga, congerit Rodriq. loc. cit. nisi aliter in Iubileis statuatur.

Dico tertio, Quòd non solum Regulares confessarii possunt audire confessiones vndequaque venientium, sed etiã absoluere à reseruatis in diœcesi pœnitentium, Est communis opinio probat, Nauar. in cap. 77. nu. 261. verl. decimo dico, Ca. et in summa, in verbo absolutio 1. Suar. de poenit. disp. 30. sect. 1. num. 4. Rodriq dicto art. 6. Ratio est, quia licèt de iure, ratione delicti quis sortiatur forum l. 1. C. vbi de crim. ag. pot. & forum delicti sit potẽtius cæteris foris, Couar. pract. 99. c. 11. in foro tamen conscientię iudicatur quis, vt incola illius loci, vbi recipit Sacramenta, vt per supra citatos, & tex. in dicta l. prima; Procedit tamen in foro fori, non autem in foro poli, Glos. in capitulo placuit il primo 16. quæst. 1. Abb. in capitulo si quis contra numero 50. de foro compet.

Sed an Regulares, qui ex vi priuilegio-

Digitized by Google

rum absoluere possunt à censuris, id valeant extra Sacramentum pœnitentiæ dubia est quęstio; Et prima est opinio dicentium, non posse, nisi audita confessione, sic probant Cordub. in sum. quæst. 152. Lopez in 2. part. instruct. cap. 9. col. 9. Vega in 2. tom. Summæ cap. 129. casu 34. Rodriq. in Bulla cruciatæ S. 9. num. 113. regula 9. & alij. Fundatur ex verbis priuilegij Pauli III. v3. (conceditur facultas quorumcunque, vndecunque ad vos venientium confessiones audiendi, & confessionibus diligenter auditis, ab omnibus peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibusuis ex ipsis casibus resultantibus sententijs, censuris, & pœnis, exceptis contentis in Bulla Cęne absoluendi, necnon, & vota commutandi) Hæc facultas non solum pro bono animarum, & ad internam bonam animi dispositionem, quæ propriè in Sacramẽto pœnitentiæ acquiritur, concessa fuit, sed præcisè confessionem requirit, dum dicit, auditis cõfessionibus. Et ablatiuus absolutus importat conditionem l. à testatore ff. de cõdition. & demõstration. l. euictis agris ff. de vsur. Bart. in l. 1. ff. de condition. & demonstration. Et taliter ablatiuus absolutus importat conditionem, quod formaliter, & in forma specifica adimpleri debet, Alex. cons. 78. in fine lib. 3. Rimina d. iunior, cons. 37. vbi alios allegat, Et hoc procedit, siuè ablatiuus absolutus proferatur ab homine, siuè à iure Rayner. de Forliuio cons. 69. num. 18. inter consilia Signoroli, Et verba illa (confessionibus auditis) resoluuntur in, si, vel postquam, v3. si confessiones audierint, vel postquã cõfessiones audierint, prout in simili resoluit Corneus cons. 156. num. 2. lib. 4. & cons. 160. num. 7. eod. lib refert, & probat Tusch. in verb. ablatiui absoluti conclusione 32. Secundo absoluere a cẽsuris extra actum confessionis, ad Episcopos pertinet, Nauar. in cap. consideret 5. cautus, num. 10. de pœnitent. distinct. 5. si Regulares extra Sacramentũ absoluerent à reseruatis Summo Pontifici, æquale, imò maiorem haberent Episcopis, authoritatem, quod certè dicendum non est. Tertio dato, & non concesso, quod priuilegium esset dubium, interpretandum est, prout magis consonat menti concedentis, & saluti animarum, sed mens Pauli III. fuit, vt confessarij facilius, & cõmodius in animarum salutem Sacramentum pœnitentiæ ministrare possent, vt ex verbis dicti priuilegij constat, ergo nisi audiris confessionibus, non possunt absoluere à censuris.

Secunda opinio est dicentiũ posse, Hanc opinionem probant Victoria, Pegna, Medina, Tabiena, Armilla, Pedrazza, & alij, quos refert, & sequitur Henriq. de indulg. cap. 13. S. 2. litt. Q. & c. 30. eod. tit. S. 6. Rodriq de Regular. tomo 1. quæst. 61. art. 7 Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 15. num. 21. & disp. 16. nu. 11. & disp. 34 num 30. Probatur hæc opinio ineuitabili ratione, Absolutio à censuris pro foro conscientiæ, non requirit præcisè Sacramentum pœnitentiæ ex natura ipsius absolutionis, neque ex conditione apposita in priuilegio, ergo extra actum confessionis poterit concedi; Probatur, Absolutio censurarum non requirit ordinem Sacerdotalem, cap. Canonica, vbi Glos. in verbo presbyter, vbi omnes Canonistæ notant, de senten. excomm. cap. transmissa de elect. quia pertinet ad iuris dictionem, vt per supra citatos, & probat D. Th. in 4. dist. 18. q. 2. ar. 2. Et quando quis absoluitur à censura, nõ absoluitur à culpa, seu peccato ob quod in cẽsuram incidit, sed à vinculo illo, quo ratione sentẽtiæ, sinè iuris, siuè hominis ligabatur, latè Couar. in cap. alma mater in prima relectione S. 11. num. 10. Nec ex causa priuilegij; Nam licèt ablatiuus absolutus resoluatur in conditionem, vt dictum est, & in dicto priuilegio concedi-

tur

tur facultas absoluendi à peccatis, & etiã à conseruatis Sedi Apostolicę cõfessionibus auditis, & sic conditio illa indefinitè posita refertur, tàm ad absolutionem peccatorum, quàm ad absolutionem censurarum, ex regula, quòd clausula posita in dispositione, siuè in principio, siue in fine refertur ad omnia contenta in dispositione cap. 2. requiris de appellationib. Bart. in l. fin. ff. de liberat. legat. per tex. in l. 3. §. filius inter medios ff. de liber. & post hum. l. fin. ff. de reb. dubijs; Et eo magis, quando omnia contenta sub vnica dispositione regerentur, Socc. Iunior cõs. 26. n. 3. lib. 3. Menoc. de præsũpt. lib. 4. præsũpt. 181. n. 2. & 3. Tamen, quãdo diuersa est ratio inter enumerata, cõditio simpliciter apposita nõ refertur æqualiter ad omnia, sed secundum subiectam materiam, Socc. Iunior cons. 1. n. 28. lib. 1. & consil. 158. num. 49. lib. 4. & cons. 68. n. 17. lib. 3. Gozzadin. cons. 2. n. 3. sic etiam quando maior est ratio in vno, quàm in alio, clausula simpliciter, posita non refertur æqualiter ad vtrumque, Rubeus cons. 49. nu. 4. Menoch. loc. cit. nu. 17. & 18. sed dum censurarum absolutio, ex sui natura non requirit Sacramentum, etiam quando fit tantum in foro cõscientiæ, vt alias diximus sequitur, quòd conditio illa (auditis confessionibus) refertur ad absolutionem peccatorum, & non censurarum. Confirmatur idem, nam regula, quod clausula refertur ad omnia contenta, non procedit quãdo sequeretur restrictio in aliqua fauorabili dispositione Iason in l. talis scriptura, n. 40. vers. 6 limita, ff. delegat. 1. Alexand cons. 48. n. 14. lib. 1. Gozzadin. cons. 88. n. 113. Menoch. loc. cit. num. 18. Sed si verba illa (confessionibus auditis) refererentur etiam ad absolutionem censurarum, facultas Regularibus concessa, quę fauorabilis est, restringeretur, & contra naturam absolutionis censurarum, quæ Sacramentum non requirit, vt dictum est. Ergo.

P. o resolutione dico quarto, quod vtraque opinio probabilis est, ego tamen nunquam vsus fuit facultate absoluendi extra actum confessionis.

Dico quinto, quòd licèt habens facultatem absoluendi à casibus, ac censuris reseruatis, non possit dispensare in irregularitate, Geminian. in cap. miror. 50. distinct. Sot. de iustit. & iur. lib. 5. quæst. 1. art. 4. sic etiam decidit Pius secundus in extrauag. cum ex Sacrorum, Confessarii tamen priuilegiati, qui possunt absoluere à censuris, vt supra dictum est, possunt dispensare in irregularitate contracta ex violatione censurarum Martinus V. Ordini Sancti Hieronymi Hyspaniæ; Habetur in compendio dicti Ordinis tit. absolutio, quoad omnes §. 3. Peregrin. in 2. parte compend. tit. absolutio quoad sęculares §. 4. vers. ac etiam.

Circa quòd est notandum, quòd irregularitas ex violatione censuræ Ecclesiasticæ extra terminos cap. si celebrat, de Clerico excommunicato ministr. de iure communi non erat dispensabilis ab Episcopo, sed ad Summum Pontificem spectabat Innocentius in cap. 1. de sent. excom. in 6. & in cap. 1. de senten. & re iudic. in 6. Abb. in cap. cum illorum, de senten. excommunic. Hodie vero ex cap. liceat sess. 14. Sacri Concilii Tridentini, potest ab Episcopo dispensari, Nau. cap. 27. num. 194 Sayr. qui alios allegat, de censur. lib. 7. cap. 9. Intelligitur autem supradicta regula quando violata est censura, à qua poterat Episcopus absoluere, secus tamen de aliis censuris; Ratio est, quia interdicta absolutione à censura, interdicta etiam censetur dispensatio ab irregularitate ex censuræ violatione, quia maior est dispensatio, quàm absolutio, dicto cap. cum illorum, vbi Glos. & Abb. Et, vt optimè inquit Abb. loco citat. facultas dispensandi regulatur à facultate absoluendi, licèt non è contra, quia multoties

Digitized by Google

toties conceditur facultas absoluendi, & negatur potestas dispensandi, late Suar. de censur. disput. 43. sect. 1. in fine, & sic in casu nostro, priuilegium supradictum Martini V dispensandi in irregularitate ex violatione censuræ, intelligitur de violatione illarum censurarum à quibus possunt Regulares absoluere; & propterea si derogaretur priuilegio absoluendi à censuris, consequenter amitteretur facultas dispensandi in violatione ipsarum; Sicut hodie Episcopi non possunt dispensare in violatione censurarum Bullæ Cenę Domini, ex eo, quia ab ipsis censuris non possunt absoluere.

An talis Confessarius priuilegiatus possit, remittere pœnitentem cuius audiuit Confessionem pro absolutione à reseruatis; Cap. VII.

VLtimo, pro complemento huius materiæ quærendum, an Confessarius Regularis priuilegiatus, audita confessione, possit remittere pœnitentem pro absolutione à reseruatis, nolens, vti facultatibus, siuè Religionis, seu sibi à Summo Pontifice concessis; Prima est opinio dicentium, non posse, ex eo, quia grauaretur pœnitens bis confitendo peccatum, nisi ex propria voluntate ad id se obliget, prout constat ex statutis aliquarum Religionum, latè agit Rodriq. post Nauar. Medin. Henriq. & alios de regular. tom. 1. quæst. 62. art. 2. & 3. Cõfirmatur etiam, Nam Episcopus, cui cõmittuntur dispensationes à Sede Apostolica, siuè sint gratiosæ de quibus extra iudicialiter, & Summariè informare se debet iuxta Decretum Tridentini, sess. 22. cap. 5. de reformat. siuè non gratiosæ, in quibus nisi ex causa cognita dispensare non potest, iuxta Decretum eiusdem Concilij sess. 14. cap. 7. de reformat. semper probata narratiua, gratis tenetur dispensare, prout latè probat Sanch. de matrim. lib. 3. disputat. 8. ergo ita etiam in confessario Regulario audita confessione tenetur absoluere, sic probat Henriq. lib. 7. de indulgen. cap. 28. num. 2. Accedit etiam, quòd Episcopo recusante absque iusta causa absoluere, vel dispensare, potest adiri Archiepiscopus per viam appellationis, Glos. in cap. 1. de confessis, in 6. in c. super his, in verbo arbitrium, de accusation. & in l. si qua pœna, in verbo de pœna in fine ff. de verbor. Significat, vbi Bart. num. 8. Franch. in cap. 2. de iurament. Calumniæ in 6. latè Sanch. de matrim. lib. 3 disput. 10. n. 12. Ergo idem in confessario.

Secunda sententia est dicentium, posse remittere ad ordinarium, nec teneri pœnitentem absoluere à reseruatis, sic probat Ang. in supplem. Minorum part. 2. fol. 97. Rodriq. de regul. tom. 1. quæst. 61. art. 15. Probatur: Potestas absoluendi à reseruatis dependet à priuilegio Regularibus concesso, sed quilibet potest proprio priuilegio renuntiare, vt notum est. Ergo.

Ego censeo, quòd audita confessione nullo pacto possit Regularis confessarius denegare pœnitenti dispositio absolutionem. Probatur potestas absoluendi est per modum iudicii, Trident. sess. 14. cap. 1. & Canon. 9. latè Suar. de pœnitentia disput. 6. sect. 1. num. 10. vbi ex multis probat, confessarium esse verè Iudicem, sed Iudex Ecclesiasticus debet dignos admittere, & indignos repellere, sic in propria materia definit Ioannes 22. in extrauagan. ita quorundam, de verborum signif. ergo nullo pacto; aut ratione

Digitized by Google

tione pœnitenti disposito potest denegari absolutio à reseruatis, nam alias peccaret contra iustitiam confessarius, post alios latè Molfes. in summam tract. 7. cap. 14.

Secundò, probatur ex Tridentino, arguendo à contrario sensu cap. 7. sess. 14. de reformat. vbi agens de casibus reseruatis sic loquitur (vt nulla sit reseruatio in articulo mortis: atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet poenitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absoluere possunt extra quem articulum, Sacerdotes cùm nihil possint in casibus reseruatis, id vnum poenitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores &c.) Concilium apertè definit, idcircò debere Sacerdotes persuadere poenitentibus, vt accedant ad superiores pro absolutione in casibus reseruatis, ex quo præter articulum mortis nihil ipsi possunt in casibus reseruatis, sic enim probant verba illa (cùm nihil possint) dictio illa, cùm, posita loco aduerbii, denotat principaliter tempus, secundario conditionem l. qui promisit, vbi Doctores notant ff. de condit. indeb. l. quodcumq; s. fin. ff. de verb. obligat. Gratus cons. 103. num. 7. vol. 2. Cenedo Sing. qq. Ergo quando possunt illos absoluere, nullo pacto debent remittere eos ad Ordinarios.

Tertiò, si habente iurisdictionem in reseruatis eadem est ratio absoluendi a reseruatis, quæ, & à non reseruatis, probatur ex eo, quia in articulo mortis, in quo cessat reseruatio, vt dictum est quilibet Confessarius absoluit etiã data copia Confessarii habentis facultatem in reseruatis, Suar. de poenit. disputat. 30. sect. 3. num. 5. Ergo sicut in cæteris peccatis audita confessione non potest à quolibet confessario denegari absolutio poenitenti dispositio, ita, & in reseruatis à Confessario priuilegiato.

Quartò, Prælatus iusta causa existente, tenetur dispensare, alias peccat, Glos. in cap. domino Sancto, in verbo, necesse, vbi etiam Turrecremat. 50. distinct. Rosell. in verb. dispẽsatio, num 4. Syl. eod. verbo, quæst. 1. in fine. Et licèt maxima sit difficultas, quando dispensatio sit gratia, prout loquitur textus in cap. licèt Canon. de elect. in 6. & cap. postulasti de cler. excommunic. ministran. & quando debitum; prout tradunt, Glos. in cap exigunt prima q. 7. Abb. in c. consilium, de obseruan. ieiunior. Vera resolutio est, quod quando ius mandat prælato; quòd debeat in aliquo casu dispensare, tunc est debitum, & peccat non dispensando, & datur appellatio, & ita procedit textus Trident ni, cap. . sess. 22. de reformat. Quando verò dat tantùm facultatem dispensandi, est gratia, Archidiacon. Turrecrem. & Fanch. in dicto cap. licèt Canon. Et Prælatus denegando dispensationem nõ committit in iustitiam, neque grauat, Felin. in cap. super his, num 13. vers. 6. limita, de accusation. Neque datur appellatio, Baldus in l. quicunq; num. 17. vers. 4. casu C. de seru. fugitiu. latè Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 10. per totum, sed absolutio est debita poenitenti benè disposito, vt fundatum est, ergo nullo pacto potest remitti ad Ordinarium.

Quinto, quando poenitens est dispositus, nulla potest esse iusta causa differendi absolutionem, vt probatum fuit in primo argumento, ergo nec remittendi ad alium Iudicem, vt Angel. fratribus consulebat, vt ad Ordinarios remitterẽt poenitẽtes pro casibus reseruatis ad concipiendum timorem, Nam si dicimus poenitentem esse dispositum sequitur, quòd optimè nouerit, quæ agnoscenda sunt; Et si dicatur, quòd melius noscit grauitatem criminis per suspensionem absolutionis; & remissionem ad Ordinarium; Replicatur ex communi axiomate, quòd non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Certum est autem fieri in

iuriam

iuriam Sacramento, & poenitēti, dum dispositus non absoluitur, ergo nulla ratione remittendus erit.

Sexto, licèt quis possit proprio priuilegio renuntiare, hoc autem non procedit in tertii præiudicium, Glos. in cap. cum accessissent, in verbo, contrauenerint, vbi latè Abb. & Felin. de constitution. Sed maximum est præiudicium, & grauamen poenitentis, quod bis cogatur confiteri, ergo nullo pacto audita confessione debet poenitens remitti ad Ordinarium. Et eò magis, quia priuilegium Regularibus cōcessum absoluendi à reseruatis &c. fuit non solum intuitu Regularium cōcessum, sed etiam pro salute animarum, & deuotione, seu consolatione recurrentium ad ipsos Regulares pro Sacramento poenitentiæ, sic declarauit Eugenius IV. in priuilegio concesso Monachis Sancti Benedicti, habetur apud Sorbum in verbo absolutio quoad seculares.

De absolutione ab excommunicatione, cum reincidentia.

Quæstio Nona.

De natura talis excommunicationis.

Cap. I.

ABsolutio ab excommunicatione, cum reincidentia, siue à sententia hominis, siue iuris, ex iusta causa introducta fuit habetur in cap. veniens il 2. de testib. vbi omnes Canonistæ in cap. ad Apostolicæ, de exception. in cap. ad reprimendum, de offic. ordinar. & in cap. eos, de sentēn. excommun. in 6. Multoties enim accidit, quod excommunicatus non est verè dispositus idcircò simpliciter, & absolutè absolui non potest, propterea absoluitur, cum reincidentia; Nec incongruit, vt non dispositio, & in peccato permanenti concedatur absolutio, quia absoluere à censura, non est conficere Sacramentum, idcircò non est intrinsecè malum absoluere indispositum, cùm etiam nolens possit absolui. Ioannes Andr. in cap. 1. de sentēn. excommunic. in 6. Et multoties accidit, vt expediat pro certo negotio, vel pro certo tempore, vel ad aliquid particulariter faciendum, vel recipiendum, tollere excommunicationem, vt ex supra citatis iuribus, & post Dec. in solemni consilio 145. agunt Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 11. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 16. Henriq. de excommunicat. num. 28. Genuens. in prax. cap. 5. & cap. 28. Nauar. cap. 27. num. 44. Suar. de censur. disputat. 7. sect. 8.

Ratio fundamentalis, quare censura per absolutionem, cum reincidentia tollitur, est, quia censura de sui natura suspendi non potest, cap. præsenti, de sentēn. excommunic. in 6. vbi Glos. & omnes affirmant, ideò per appellationem non suspenditur eius effectus, cap. ad reprimendum de offic. Ordinar. trahit enim secum exequutionē, & propterea per appellationem non suspenditur eius effectus, cap. pastoralis §. verum, & cap. ad hæc de appellation.

Et in hoc differt excommunicatio ab interdicto, nam interdictum suspendi potest, Glos. in dicto cap. præsenti, Nauar. cap. 27. num. 183 per tex. in cap. dilectis ver. quia verò, de appellation. Excommunicatio verò non potest, sed absoluitur, cum reincidentia, licèt multi teneant interdictum non posse suspendi; prout Glos. in cap. ad hæc de appellat. vbi omnes Canonistæ.

Secundò differt, quia suspenso interdicto ad tempus, si fuerit appellatum, erit suspensum quousque duraverit appellatio,

Digitized by Google

pellatio, secus tamē est in excommunicatione: quia licèt à comminata excommunicatione possit appellari, & appellatio non solùm deuoluat, sed & suspendat, ex quo, licèt sit sententia interloquutoria, continet tamen gravamen irreparabile, quia infamat, cap. infames 6. qu. 1. producit alios effectus de quibus per Nauar. in cap. 27. num. 17. idcircò conceditur appellatio iuxta Decretum Tridentini sess. 13. cap. 1. de reformat. & sess. 22. cap. 7. de reformation. & sess. 24. cap. 20. de reformation. ver. qua, *post* verò latam excommunicationem, & absolutam, cum reincidentia, si appelletur, non suspēditur effectus excommunicationis, quia absolutio *fuit per modum temporalis liberationis, Bald.* in cap. 2. de testib. *cogend. & in* l. 2. §. 1. ff. de verbor. obligat. Greg. Lopez part. 1. tit. 9. lege 22. Et sicut appell. à sententia excommunicationis, non suspendit, sed tantùm deuoluit, cap. pastoralis, §. verum de appellationibus, & cap. ad reprimendum, vbi Abb. & *Felin* de offic. Ordinarij, ita, & quādo *post* absolutionem, cum reincidentia appellaretur, quia absolutio illa, cum reincidentia non iuuat, nisi pro tempore, vel negotio, pro quo conceditur, ea enim est mens absoluentis, à qua totum dependet, Suar. de cens. disput. 7. sect. 8. num. 17. & certum est statim expleto negotio, vel tempore, reincidere, dicto cap. veniens il 2. de testib.

Tertio differt à sententia declaratoria excommunicationis. Nam licèt excommunicatio ipsa suspendi non possit per Iudicem, qui eam tulit, Ioannes Andr. Anton. de Butrio, Abb. Imola, & alij in cap. ad hæc quoniam, de appellation. sed requiratur absolutio, vt dictum est, & probat textus in cap. nuper, & cap. cum desideres, de senten. excommunic. Sententia tamē declaratoria excommunicationis, potest ad tempus suspendi ex iusta causa, Imol. & Franch. in cap. dilectis filijs, de appellationib. Genuens. dicto cap. 28. dicit sic fuisse practicatum, Imò per appellationem suspenditur effectus sententiæ declaratoriæ, qui est affixio cedulonum Dominicus Ant. & Franch. in cap is cui, de senten. excommunicat. in 6. Suar. de censur. disputat. 3. sect. 6. num. 6. nisi tamen factum fuerit notorium, vt latè Genuens. in praxi cap. 28. Possint cedulones auferri per aliquod tempus, donec excommunicatus absolutionem impetrauerit à Sanctissimo, si tamen domi se contineat, & præstet cautionem, cap. 29. num. 10. Quando autem comparente excommunicato impediatur affixio cedulonum agit idem Genuens. cap. 29. in qua tota materia peroctimè scripsit V. I. D. Carolus de Lellis iuuenis qui vltra generis claritatem satis doctus, ac eruditus dignoscitur.

An post absolutionem; cum reincidentia requiratur noua culpa ad excommunicationem incurrendam. Cap. II.

PRo explicatione quæstionis distinguendi sunt tres casus. Primus est quando quis absolutè absoluitur, cum onere tamen comparendi, vel satisfaciendi iuxta textum in cap. eos de sent. excommunicat. in 6. Et in hoc casu omnes Doctores concordant, quòd non existente culpa in nō comparendo, vel non satisfaciendo, non reincidit in excommunicationem, Probatur ex eodem textu, in cap. eos, ibi, (si hæc cum primum commodè poterunt non curauerint adimplere) Quomodo autem intelligatur illud, commodè posse, Nauar. Sayr. & cæteri supra allegati, optimè declarant.

Secundus casus est, quando ad certum actum absoluitur, nempè pro ferendo testimonio, Nam tunc ipso prolato reincidit,

Digitized by Google

reincidit, dicto cap. veniens, vbi omnes Canonistæ Dec. dicto Consilio 145. Sic etiam pro facienda electione Felin. in c. ad reprimendum, de officio ordin. Necnon pro receptione alicuius beneficii, quę alias non valeret stante excommunicatione, c. postulastis, de Cleric. excommunic. ministran. Et propterea Summus Pontifex in quolibet diplomatè absoluit à quibuluis censuris, ad finem tamen consequendi concessa, Quæ tamen absolutio insordescenti per annum non prodest, Felin. in cap. Apostolicæ in prin. de except. Boer. decis. 190. Put. decil. 128. Nauar. c. 27. nu. 22. & in c. ita quorundam, de Iudeis, vbi refert regulam Cancellariæ. In quibus tamen casibus, excõmunicatus per annum excusetur, agit Ricc. resolut. 214. tom. 3. Vel ad certum tempus fuit data absolutio, cum reincidentia, nam elapso tempore absque alia monitione reincidit, Glos. in Clem. 1. in verbo donec, de legibus, Innoc. in cap. cum bone, de ætate, & qualit. vbi Anton. de Butr. Ioannes Andr. & Abb. in cap. fin. de matrim. contracto contra interdict. Ecclesiæ, Ratio est, quia absolutio pendet à voluntate absoluentis, quæ cum sit limitata ad certum tempus, ipso expirato expirat Suar. loco cit. num. 17. Et sicut priuilegium ad certum tempus cõcessum, finito tempore cessat, cap cum in cunctis, & cap. nc pro defectu, de elect. cap. si propter, de rescript. cap. statutum, de prębend. in 6. & hoc ipso iure, absque alia declaratione, cap. de causis, vbi Bald. de offic. deleg. Sic, & absolutio, cum reincidentia ad certum tempus, quæ de sui natura nõ requirit ministerium hominis, ad hoc, vt absolutus reincidat Ioannes Andr. in dicto cap. veniens il 2. de restibus, latè, Felin. in dicto cap. ad reprimendum, num. 1. de offic. ordinar. Et sicut suspensus ad tempus, elapso tempore absque alia absolutione remanet liber, Glos. in dicto cap. præsenti de sentenc. excommunicat. in 6 Ita, & in absolutione, cũ reincidentia; Licet multi dubitent in excommunicatione ad tẽpus, de quo legendus est Conar. in dict. cap. alma mater in relect. in 1. parte §. 11. num. 6. Sicut etiam relegatus à patria pro certo tempore, absque vlla licentia, finito tempore potest redire Bald. in c. ex litteris num. 22. de constitutionib. & in cons. 35. volum. 3. Dec. cons. 61. vol. 1. Ratio est, quia limitatum tẽpus licentiat pro homine, *Bald. in* proem. *Digest.* § hæc autem tria, & in l. actione § si in rem, vers. diximus ff. pro socio, Dec. dicto cõs. 45 Quomodo autem computãdum sit limitatum tempus in suspenso, vel relegato, qui pendẽte primo tempore suspensionis denuo deliquit, an terminandum sit primum tempus, & denuo adiiciendum, vel à die secundi criminis liquidandũ sit tempus suspensionis, notabiliter agit Abb. in cap. cum in cunctis §. 2. de election.

Tertius est casus, quando absoluitur, cum reincidentia per aliquod tempus, & cum onere aliquid faciendi intra dictum tempus. In hoc duę sunt opiniones. Prima est dicentium, reincidere in excommunicationem elapso termino, non exequuta promissione, etiã stante legitimo impedimento. Suar. dicta sect. 8. nu. 27. Felliuc. de censur. tract. 11. cap. 10. nu. 316. Probatur primò; Absolutio fuit ad certum tempus, ergo ipso elapso reincidit, Nec facienda est vis, an potuerit, nec ne excommunicatus absolutus adimplere promissa, quia impedimẽtum satisfaciendi superueniẽs post latã excõmunicationem, excõmunicatum non liberat, nec effectum excommunicationis suspẽdit, ergo ita etiam post absolutionem, cum reincidentia. Secundò excommunicatio in qua reincidit absolutus, cum reincidẽtia, elapso termino est moraliter eadem, quam primo loco incurrit, & eadem prima contu-

macię

nacia dicitur persistere, cùm absolutio cum reincidentia sit potius suspensio primæ excommunicationis, quàm totalis ablatio, prout dixerunt Io: Andr. Abb. & cæteri, quos refert Felin. in dicto cap. ad reprimendum, & Genuens. in prax. in cap. 28. in fin. ergo non est facienda vis in potentia, vel impotentia adimplendi promissa.

Secunda est sententia, requiri nouam culpam, & proinde stante in potentia adimplendi, nō reincidere in excommunicationem. Probat Henriq. in d. cap. 29. num. 2. in fine, vbi alios allegat. & lib. 3. de pœnit. cap. 10. num. 5. litt. B. Primò probatur, Excommunicatio non suspenditur, sed verè absolvitur, dicto cap. præsenti, nec per inobedientiam absoluti, vel per lapsum temporis reincidit, sed in aliam similem reincidit absolutus est communis opinio omnium Canonistarum in dicto cap. eos, ergo noua culpa requiritur, ad hoc vt absolutus ad certum tempus cum onere aliquid faciendi, reincidat. Secundò, iustum impedimentum, seu legitima causa à qualibet pœna excusat, cap. inter quatuor, de maiorit. & obedien. Excusat enim à pœna contemptus, Bald. in l. si cùm dies, §. si quis, num. 1. ff. de arbitris. Et à negligentia, Alexander. cons. 21. volum. 1. Nam impeditus non dicitur negligens, Paris. de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 13. num. 4. Excusat etiam à pœna contumaciæ, Socc. cons. 120. num. 2. Boer. decis. 40. Idcircò impeditus comparere, non dicitur contumax, & processus contra ipsum factus, est ipso iure nullus, Iason in l. 2. ff si quis caution. sic dicit decisum Aflict. decis. 28. Iustum enim impedimentum æquiparatur impossibilitati, Berous cons. 88. num. 3. vol. 1. Idcircò non tenetur comparere, Oldrad. cōsil. 44. num. 2. Calderin. cons. 5. de dilation. Imò legitimè impedito, non currunt tempora à iure, vel ab homine statuta, cap. quia diuersitatem, de concession. præbend. Rota decis. 2. de dilationib. in nouis, Boer. decis. 64. Nauar. cons. 8. de renunciationib. ergo si tempus non currit legitimè impedito, sequitur, quòd sicut non reincidit non elapso termino, ita, & non adimpleta promissione. Confirmatur. Duo requiruntur, ad reincidendum in themate proposito, lapsus tēporis, & inobseruantia promissionis, sed legitimè impedito non labitur tēpus, quia nō currit, vt probatum est, ergo nullo modo potest reincidere ex inobseruantia promissionis.

Et stantibus supradictis clare patet respōsio ad argumēta primę opinionis.

Vtrum contra absolutum non adimplentem promissa sit opus noua sententia excommunicationis. Cap. III.

DAta simpliciter absolutione, cū iuramento, & prēstita cautione de aliquo faciendo infra certū tempus si absolutus non adimpleat, non statim reincidit in excōmunicationē, sed denuò debet excōmunicari. Probat tex. in c. ad reprimendū, ibi, (quod si facere contēpserit, eum in excōmunicationis sententiam appellatione remota reducere non omittas) de offic. Ordinar. & tex. in c. ad nostrā il primo, ibi, (Et si commonitus non fecerit in eandem excōmunicationis sententiā reducatis eundem) de iur. iuran.

Ratio conclusionis est, quia valde differt absoluere, cū reincidentia ad certum tempus, cum onere aliquid faciendi, à simpliciter absoluere adiecto onere. Nā primo casu non est simplex absolutio, idcircò absq; vllo hominis ministerio reincidit, vt supra probatū fuit, nisi tamē fuisset excommunicatus ad instātiā partis, & ipsa cōsentiente absolutus, cū reincidētia p aliquod tēpus infra, quod cum parte se concor-

Digitized by Google

dauit, nam stante concordia partis, non solum elapso tempore non reincidit, sed, nec etiam tenetur se præsentare Iudici pro simplici absol. Nauar. cap. 26. num. 26. Ratio primi dicti est, quia Iudex, qui ad istantiam partis excommunicauit, non vult tenere ligatum, nisi tantum, quantum parti expedit, sed ipsa concordata cessat interesse, ergo, & voluntas Iudicis tenendi debitorem ligatum, Henriq. de pœniten. lib. 3. cap. 10. num. 5. Et sicut in excommunicatione lata ad instantiam partis, non includuntur illi, quos pars noluit includere, siue expresse, siue interpretatiue, vel per Epicheiam, Nauar. cap. 27. num. 11. Syl. in verbo excommunicatio 2. casu 14. Sot. Ang. & Perez, quos refert, & sequitur Henriq. de excommunicat. cap. 20. ita, & in reincidentia optimè, Nauar. dicto num. 26.

Ratio secundi dicti est, quia absolutus, cum reincidentia, est verè absolutus, tenetur tamen comparere pro satisfactione, & vt mandatis pareat, & idcircò non comparendo, ex causa nouæ inobedientiæ reincidit. Optimè colligitur ex dicto cap. eos, de senten. excommunicat. in quo non præcipitur, quòd pro absolutione compareat coram superiore, sed tantùm pro satisfactione, idcircò parte concordata, cum non adsit cui satisfiat, non tenetur comparere, vt ex Nauar. dicto nu. 26. Henriq. de excommunicat. cap. 28. nu 3. In secundo autem casu, quia simpliciter fuit absolutus, cum Onere aliquid faciendi, non exequuta promissione, requiritur noua sententia, vt in dicto cap. ad reprimendum, & dicto cap. ad nostram, latè Couar. in dicto §. 11. Suar. loc. cit. Et obseruanda erit dispositio textus in cap. Sacro, de senten. excommunic. prout in prima excommunicatione seruata fuit. An autem quando supponitur absolutionē fuisse iniustam, & absolutus denuo deberet excommunicari, obseruanda sit dispositio tex. in dicto cap. sacro, vel possit omitti, notabiliter tradit, Felin. in dicto c. ad reprimendum.

Contra autem supradicta insurgit textus in dicto cap. eos, de sent. excommunication. in quo statuitur, quòd absolutus ab excommunicatione Papali ex causa periculi mortis, vel alterius legitimi impedimenti, vel absolutus à Legato Summi Pontificis, cū onere comparēdi coram Ordinario, vt pœnitentiam recipiat, vel parti satisfaciat, si euaso periculo, vel cessante impedimēto, cum statim commodè poterit, non compareat, absq; alia declaratione reincidat, ergo.

Prima responsio est Abb. Felin. & aliorū in dicto cap. ad reprimendum, dicentium, textum illum procedere in absolutione à censura à iure, non autem ab homine, sed pace tantorum virorū errant, & loquuntur contra textum, ibi (eos, qui à sententia Canonis, vel hominis) & sic clarè loquitur, tàm de sententia Canonis, quàm de sententia hominis.

Secunda est responsio est Couar. in dicto §. 11. nu. 6. dicentis, idcircò absolutum in art. mortis, & ex causa legitimi impedimēti, &c. nō cōparēdo reincidere ipso facto in excōmunicationē similē primę, quia absolutio fuit data à non habente simpliciter authoritatem, nisi tantùm in casu particulari.

Ex hac responsione infertur, Absolutionem, cum reincidentia, prēter articulū mortis, non posse dari nisi ab habēte simpliciter authoritatē absoluēdi. Idcircò Cōfessarius Regularis priuilegiatus, vel per Bullā cruciatę, nō potest absoluere cū reincidentia, Henriq. de excommun. c. 20. n. 1. Et absq; speciali authoritate nullus absoluit, cum reincidentia, Henriq. de indulg. lib. 7. cap. 11. nu. 4. Ideò Pius V. Gregorius XIII. & Sixtus V. volentes in eorum Iubileis, quòd nominatim excōmunicati possēt alienari indulgētias, specialiter declarauerūt posse absolui

Digitized by Google

solni, cum reincidentia, vt aduertit Henriq. de indulgen.

Possit ne Archiepiscopus absoluere, cum reincidentia à sententia suffraganei, & Iudex Ecclesiasticus testem ad effectum ferendi ad testimonium. Cap. IV.

ABsolutio, cum reincidentia à sententia suffraganei potest concedi ab Archiepiscopo, pendente appellatione, tàm ad ipsum, quàm ad Sedem Apostolicam, Ant. de Butr. & Cardinal. in cap. sollicitudinem, num. 1. de appellation. Ratio est, quia absolutio, cum reincidentia potest concedi ab ipso excommunicante, vel à Superiore, cap. solet, &c. venerabilibus, de senten. excommunic. in 6. nec requirit causæ cognitionem, sed sufficit secundum communem praxim, cautio de parendo mandatis Ecclesiæ *Franch. & alii in dicto cap. solet*, Genuens. *in prax. cap. 5.*

Potest etiam in alio casu concedi absolutio, cum reincidentia ab Archiepiscopo, v3. quando excommunicatus post decem dies à sententia, recurrit per viam querelæ ad ipsum excommunicantem prætendendo iniustam fuisse excommunicationem, iuxta doctrinam Abbatis antiqui in dicto cap. ad reprimendum, de offic. ordinar. quem ibidem sequuntur, Anton. de Butr. & Imola, Nam nolente Iudice excommunicâte admittere iustam querelam, poterit appellare, & adire Metropolitanum, qui licèt non possit adiri per viam querelæ, sed tantùm per viam appellationis, Abb. in dicto cap. ad reprimendum, & in cap. Lator, vbi Anton. de Butrio, Imola, & Felin. de senten. & re iudic. suffraganeo tamen non admittente querelam, poterit appellari ad Metropolitanum, vt probat Genuens. cap. 29. nu. 13. qui absoluet eum, cum reincidentia.

Iudex etiam Ecclesiasticus, cui commissa est cognitio alicuius causæ particularis, absoluere potest testem, eum reincidentia proferendo testimonio, licèt sententia excommunicationis ab ipso non fuerit, cap. veniens il 2. vbi omnes Canonistæ de testibus; Vgolin. de cens. tab. 1. cap. 4. 5 vltimo, nu. 18. Couar. in dicto 5. 11. Suar. loc. cit. num. 20. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 17. num. 15. dicit sic practicari; Non tamen poterit absoluere testem excommunicatum excommunicatione in Bulla Cenæ, ex doctrina, Ioannis And. Antonii de Butr. & Abb. in dicto cap. veniens, Petr. de Anchar. in cap. solet, nu. 1 de senten. excommunication. in 6. Ratio est, quia absolutio in Bulla Cenæ omnibus semper denegatur præter articulum mortis, vt ex eadem Bulla constat, & tradit, Odoard. in dicta Bulla lib. 3. § 2. q. 13. num. 14.

Quibus alijs modis cesset excommunicatio. Cap. V.

LIcèt verum sit, sententiam excommunicationis non posse suspendi, & propterea introducta sit absolutio, cum reincidentia, dicto c. præsenti, de senten. excommunicat. in 6. potest tamen subtrahi materia excommunicationis; vt puta, fertur sententia excõmunicationis contra Petrum debitorem, si infra tres menses non soluerit, quia sententia ista est lata subcõditione, in qua non solùm potest appellari infra decem dies, à die sentẽtiæ, prout voluit Abb. in c. præterea il 2. de appellation. sed etiam secundũ veriorẽ opinionem, quocumque tempore ante completam conditionem, Glos. in dicto cap. præterea, Couar. in dicto c.

Digitized by Google

alma mater §. 10. nu. 4. Nauar. in cap. cum contingit causa 14. de rescriptis, Suar. de censur. disput. 3. sect. 6. num. 4. Quæ appellatio non solum deuolvit, sed etiam suspendit sententiam, cap. per tuas, de sentent. excommunicat. cap. solet, eodem tit. in 6. Poterit etiam subtrahi materia excommunicationis per condonationem debiti, factam à creditore, vel prorogationē termini, Abb. & Dec. in d. cap. præterea, Ang. verbo excommunicatio 2. num. 20. Ratio est, quia excommunicatio incurritur ob contumaciam non solutionis debiti in termino, à Iudice præfixo, sed adueniente tempore, data prorogatione à parte, non potest esse contumax, nam sicut poterat creditor totum debitum condonare, ita, & solutionem differre, Suar. loc. cit. num. 8.

An autem data prorogatione à parte absq; vllo Iudicis ministerio, si aduenjente tempore non soluerit, incidat absque noua sententia dubium est; Et multi tenent non incidere, & probatur. In prorogatione non fuit authoritas Iudicis excommunicantis (quam necessario requirunt, Nauar. cap 27. nu. 15. Syl. verbo excommunicatio 2. num. 1. casu 13.) sed tantùm voluntas partis, ergo nullo pacto potest incurrere, Non ex voluntate Iudicis, quia arctata erat ad certum tempus; quo tempore ex partis prorogatione non fuit inuentus debitor contumax. Non ex facto partis, quia priuatus non potest excommunicare, sed Iudex, vt notum est, ergo. Et hanc opinionem tenent, Nauar. & Syl. loco cit. Ang. in verbo excommunicatio 1. num. 21. Henriq. vbi alios citat. de excommunicat. cap. 20. litt. A.

Contraria tamen sententia est verior, quam probat, Suar. loc. cit. num. 11. Rodriq. vbi alios citat, tom. 1. de regular. quæst 61. art. 6. Ratio est, quia terminus prorogatus, est idem terminus, l. sed, & si ff. de præcar. l. si cum die ff. de arbitr. Et aliud est, terminum prorogare, aliud innouare, & in dictis iuribus, sed adueniente tempore à Iudice præfixo, certum est debitorem incurrere in excommunicationem, ergo idem in termino à parte prorogato. Et ex hoc corruit argumentum pro prima sententia allegatum.

Idem est innominatim excommunicato, qui ad instantiam partis fuit per mensem, cum reincidentia absolutus, nam si differatur tempus à parte non reincidit, sed adueniente tempore à parte prorogato reincidit in excommunicationem absque vllo Iudicis ministerio; est communis opinio Canonistarum, quam probat Hostiensis in capitulo præterea requiris, de appellation. Ioannes Monachus in c. quicunque num. 8. de sentent. excommunicationis in 6. Rebuff. in Concordatis, tit. de prorogation. dilat. Glos. 2. vers. adeò si præcipiat, Couar. in cap. quamuis pactum, in prima parte in prin. num. 5. Rodriq. dict. artic. 6. (licèt contrarium dixerint Abb. & Dec in dict. cap. præterea, & Felin. in cap. de ea, de officio deleg.) Ratio conclusionis est, quia sicut aduenjente tempore à Iudice imposito, & à parte prorogato incurritur sententia excommunicationis, quæ sub conditione prolata fuit; ita, & absolutus, cū reincidētia per aliquod tempus, quod à parte fuit prorogatum, ipso aduenjente reincidit, Nec potest ratio diuersitatis allegari. Imò facilius absolutus reincidit, quàm nunquam ligatus incidit in excommunicationē sub conditione, nam, vt supra probatum fuit, absolutio, cum reincidentia sapit potius naturam suspensionis excommunicationis, quàm realis absolutionis.

De

Digitized by Google

De absolutione Iuramenti.

Quæst. 10.

IVramenti absolutio regulariter conceditur ab Episcopo ad finem agendi, absque tamen partis citatione, Oldrad. cons. 120. Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 4. Affict. decis. 120. Tuschus in verbo absolutio, conclus. 55. & 56. Secus vero quando quis incidit in periurium, nam non absoluitur, nisi citata parte, Abb. & Felin. in cap. 1. de iure iuran. Et quomodo practicetur talis absolutio, Lofred. cons. 12. Et an possit Ordinarius dispensare, vel tantùm Summus Pontifex, & in quibus casibus post incursum periurium possit dispensare, latè per Felin. in cap. debitores, de iure iur. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 137. cũ sequen. Sunt tamen multi casus in quibus etiã periurus absoluitur ad finem agendi, quos congerit Genuens. in prax. cap. 4. Sicut etiam non conceditur absolutio iuramenti in obligationibus camerę, Cassiodor. decis. vnic. de mutuis petition. Sthaphil & alii, quos refert, Couar. in dicto cap. 4. Hoc autem intelligitur ad finem retardandi exequutionem. Nam obligatio in forma Camerę non obstante quauis absolutione exequutioni mandatur, Ricc. in prax. absolutionis iuramenti, dec. 333. & 342. Quomodo autem hoc procedat quando agitur tantùm corã Auditore Cameræ, vel coram quocunq; Et an exequutio parata in obligationibus Camerę procedat ex vi iuramenti, vel ex priuilegio Ap. Cameræ latè agit, Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 126. cum sequen.

A quo autem Episcopo absolutio iuramenti concedenda sit, vꝫ. iurantis, vel eius, cui iuratur, vel loci contractus, communis est resolutio, posse concedi ab Episcopo illius loci, in quo agi potest pro obseruatione contractus, Calderin. cons. 1. de offic. ordinat. & cõs. 6. de iur. iurand. Lapus allegat. 19. Tusc. conclus. 57. in verbo absolutio, Genuen. loco cit. Et ab Episcopo cuiuscunque loci, vbi reperitur iurans; potest obtineri absolutio iuramenti. Ratio est, quia talis absolutio pertinet ad forum quasi pœnitentiale, Anton. de Butr. in cap. debitores, de iur. iuran. Et sicut in loco, vbi quis reperitur potest recipere Sacramenta, vt incola illius loci, ex declaratione Eugenij IV. quam refert, Caiet. in sũma verbo absolutio, ita, & absolui à iuramento, Lapus in dicta allegatione 19. Anna allegat. 83. Ricc. loc. cit. decis. 335. Et de stylo Curiæ Neapolitanę est, quòd absoluantur omnes exteri, qui ex causa litigandi, vndique confluũt Genuens. loc. cit. Et ex supradictis respondi Episcopũ Caputaquensem, qui se obligauerat per instrumẽtum liquidum, pro certa quantitate præsentandum in omni curia, & foro posse absolutionem petere ab Archiepiscopo Neapolitano, licèt non esset suus Metropolitanus, quia vi pacti poterat cõueniri corã Archiepiscopo Neapol. & contractus erat Neapoli celebratus. Et regulariter locus contractus attenditur, quando contrahẽtes ibi reperiuntur, cap. Romana S. contrahentes de foro compet. in 6. in foro conscientiæ potest concedi hæc iuramenti absolutio ab habente ordinariam facultatem, idcircò Episcopus dispensat in iuramento, Oldrad. Lapus, Nauar. & Tusch. quos refert, & sequitur Genuens. in dicto cap. 4.

An autem is, qui habet delegatam facultatem commutandi, & dispensandi in votis, possit dispensare in iuramentis absq; præiudicio tertii, prout sunt Confessarii nostre Religionis; multi tenent, quod non, vꝫ. Nauar. cap. 27. num. 275. vers. 16. & cons. 1. & 3. de

iur.

Digitized by Google

iur. iuram. Azor. instit. mor. lib. 11. c. 10. quæst. 2. Ratio est, quia in prohibitis concesso maiori non censetur concessum minus, quando sub maiori non comprehenditur, est communis traditio Doctorum in cap. cui licèt, de regul. iur. in 6. cum vtrumque prohibitum sit voti dispensatio, & iuramenti, facultas dispensandi in votis, non trahitur ad iuramentum, licèt minus sit.

Cõtraria tamen sentẽtia est verior, quod qui potest dispensare in votis, potest etiã, & in iuramẽtis Deo factis. Ratio est, quia vtraq; obligatio descendit à virtute Religionis, & idcirco vtramq; Deus acquirit, tãquam creditor, ideo facultas in vno concessa trahitur ad aliud, cùm sit eiusdem rationis. Et ex iuris dispositione dispositum in vno æquiparatorum censetur dispositum, & in alio, Glos. in cap. si post quam, in verbo confirmatione de elect. in 6. Abb. in cap. 1. de mutuis portionib. n. 10. Et ex hoc soluitur ratio pro prima opinione allegata. Et hanc secundam opinionem probant Caiet. 2. 2. quæst. 89. artic. 9. Henriq. de indulgen. cap. 3. num 5. Emanuel Sà, in verbo iuramentum num 32. & in verbo votum num. 16. latè Suar. de relig. lib. 6. cap. 14. nu. 6. cum sequent. Sayr. in claui. reg. lib. 5. cap 8. nu. 9. Sorbus in compend. mendican. in verbo votum, notab. 5. Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 2. num. 18. & in decalog. lib. 4. cap. 53. num. 8.

Idem est in iuramento appositio post votum. Nam licèt duo sint vincula, is, qui habet facultatem in voto, habet etiam in iuramẽto, & dum potest cõmutare, vel dispensare votum successiuè, & iuramentum in ipso voto oppositum sic probant Doctor. in vtraq; sententia supra allegati. Et ad omnem difficultatem tollendam Gregorius XIII. ampliauit facultatem concessam à Paulo III. commutandi vota, etiam ad iurata.

An autem idem sit in iuramento apposito contractui nullo, seu inualido, aliqui tenent idem esse, vt possit dispensari ab habente delegatam authoritatem, vt supra sic probant Ledesma in summa Sacrament. tract. de matrim. dub. 23. Rodriq. 1. tom. sum. cap. 231. num. 4. & cap. 139. nu. 9. & cap 244. num 8. In contrarium tamen est veritas, Ratio, quia iuramentum appositũ in contractu nullo non fuit intuitu pietatis, sed ad cautelam partis, idcirco longe differt à voto, sic probant Suar. 1. tom. de relig. lib. 6. cap. 14. n. 13. & in 2. tom. lib. 2. cap. 41. num. 13. Sanch. dicta disputat. 2. & in decalog. dicto cap. 53. nu. 13. & est tex. apertus in cap. debitores ibi (si vero de ipsarum solutione iurauerint, cogendi sunt domino reddere iuramentum) de iur. iuran. aperta est decisio, quod parti iuratur, & propterea satis differt à iuramento, quod Deo fit.

Vtrum Principe per gratiam delictum abolente, censeatur delata infamia ab illud contracta.

Quæst. 11.

REspondeo negatiuè per tex. in l. fin. C. de general. abolition. l. generalis C. de sentent. passis, &c. cap. si qui pœnituerit S. abolitio 2. quæst. 3. Andr. de Iser. in cap. 1. num. 15. Quæ sit prima cau. benefic. ammitt.

Fallit hac regula. Primò, quando ante sententiam condemnatoriam de crimine, vel post sententiam, pendente tamen appellatione, superueniret gratia Principis, Gomes. ad leges tauri, L. 1. colum. fin. & lib. 3. variarum resolution. tit. de tortur. reor. num. 78. Franch. decis 370. & 501. Ratio est, titulus

Digitized by Google

tulus criminis non facit reum, l. quoad statum, ff. de pœnis Angel. in l. athletas S. calumniator, ff. de his, qui notant. infamia, Franch. decis. 330. in fine.

Secundò fallit, quando Princeps abolet delictum, vel absoluit delinquentem per verbum restitutionis in integrũ. Nã tunc non solum remittitur poena delicti, sed tollitur infamia, & restituuntur bona ammissa, l. 1. vers. fin. & l. fin. §. fin. C. de senten. passis.

Tertiò fallit, quando Princeps indulgẽdo declarat delinquentem fuisse innocentem. Nam tunc ex vi illorum verborum non dicitur abolitio, sed restitutio in integrum, & propterea tollitur infamia, & recuperantur bona, Bart. in l. 1. §. si quis vero ff. de quæstion. & in l fin. C. de senten. pass. Cumanus in l. Gallus §. & quid si tãtum, num. 73. ff. de liber. & posthum. Nellus de bannitis, in 1. parte tertij temporis quæst. 2. in fine Sforția Odda tract. de restitutione in integr. lib. 2. quæst. 91. & 92. Ratio est, quia dum declaratur, inquisitum fuisse innocentem, est actus potius iustitiæ, quàm gratiæ, tradunt DD. communiter in dicto §. & quid si tantum.

Hinc infertur, quod licet in causa hæresis, absolutio regulariter procedat ex causa non probati criminis, & non ex capite innocentiæ, Eymericus in Director. par. 3. rubrica de forma absoluendi delatum num. 193. vbi Pegna in addit. Scaccia de Iudicijs causarũ, &c. cap. 95. num. 1. Farin. de hæresi quæst. 185. §. 10. num. 172. Non tamen procedit regula quando constaret de falsitate testium, Eymeric. & Pegna locis citat. Martin. del Rio disquisition. magicar. lib. 5. sect. 14. ad finem, vers. & sic intellige. Et maximè refert, an absolutio sit ex capite non probati criminis, vel ex capite innocentiæ, Nam absolutio ex causa non probati criminis, non transit in rem iudicatam, latè Farin. dicta quæst. 185. licèt in materia hæresis sententia absolutoria nunquam transeat in rem iudicatam. Hoc enim procedit fauore Fidei, Lucas de Penn. in l. vnica in verbo notum C. de sentent cõtra Fiscum latis tractatis lib. 10. Royas de hæretic. part. 2. assertione 49. Simanch. de Catholic. institut. tit. 6. num. 13. Pegn. ad director, part. 3. comment. 37. §. sed quid si absoluatur & ad tollendas omnes difficultates extat motus proprius Pii V. incipiens, Inter multiplices curas Kalendis Ianuarii 1567. de quo latè Scacc. de iudic. causar. Ciuil. &c. lib. 1. cap. 95.

De repetitione Iudicij super eodem delicto.

Quæst. 12.

IN cap. de his, vbi omnes Canonistæ, de accusation. habent, quod absolutus de crimine non potest iterum de ipso accusari, & puniri, latè Couar. variar. resolution. lib. 2. cap. 10. Et hoc procedit non solùm in foro interiori, cum crimina semel dimissa iterum in vltionem diuina Clementia venire non patitur, cap. diuina clementia, de pœnitentia, distinct. 4. cap. si illic 23. quæst. 4. & faciunt verba diuinæ scripturæ Nau. 1. non consurget duplex tribulatio; Pro quo 70. interpretes legunt, non vindicabit bis in id ipsum in tribulatione, notat. Henriq. de excommunicat. cap. 20. lit. G. Sed etiam in foro exteriori, l. licèt §. fin. ff. de nautica caution. cap. veniam 35. quæst. 9.

Fallit hæc regula multis modis, Primò si absolutio processit ex eo, quòd accusator nõ erat legitimus, nam tunc poterit iterum ad instantiam legitimi accusatoris procedi l. libellorum §. quod si libelli ff. de accusat. cap. per scripta §. libellorum 2. quæst. 8. cap. Epipha-

Epiphanium, 5. quæst. vlt. Anton. de Butr. Abb & alii in dicto cap. de his; Quis autem dicatur legitimus accusator in hoc Regno, extat Reg. Pragmatica sub tit. de accusatiou. vbi latè; Roditus; De iure vero Canonico Non potest contingere suprascripta difficultas, quiá omne crimen dicitur publicum, Glos. in cap. Infames 1. quæst. 1. Bald. in rubric. C. qui accusare non poss. in penult. col. Romanus Singul. 81. Est communis opinio; quam probat Ananias in cap. statuimus num. 19. de maledicis, Clarus in prax. lib. 5. §. 1. vers. hæc tamen, Diaz in prax. in verbo denuntio, cap. 6. num. 8. vbi Salsedo in addit. litt. G.

Secundò, fallit si accusator fuerit prævaricatus, nam quia tunc officium suum probè non fecit accusator, potest ad alterius accusationē procedi, l. 3. ff. de prævaric. Quomodo autem probetur prævaricatio, & ex quibus, tradit, Bart. in l. 1. §. prevaricationem ff. ad Turpilianum.

Tertiò, fallit quando quis accusando, suam, vel suorum prosequitur iniuriā, iuxta tex. in l. si cui §. ijdem ff. de accusation. & asserat ignorasse priorem accusationem, Glos. Anton. de Butr. Abb. & Felin. in dicto cap. de his; Quomodo autem probabitur ignorantia, communis est resolutio, quòd statur proprio iuramento accusatoris, Glos. & omnes supra citati in dicto cap. de his, Bald. in l. 2. §. penult. ff. si quis caution. Et facit notabilis regula, quòd in his, quæ pendent ab animo, sicut est ignorantia, vel scientia, statur iuramento asserentis, Glos. in cap. significasti il primo, de homicidio, & in cap. si verò il 2. in verbo propria, de sent. excommunicat. & in l. at qui natura §. cùm me absente ff. de negot. gest. & probat tex. notabilis in cap. pastoralis ibi (fidem faciat iuramento se postmodum ad illius notitiam peruenisse) de except. Couar. dicto cap. 10. num. 1. vers. 3. admittenda.

Quarto fallit, quando actum fuit ciuiliter, & fuit sequuta absolutio, nam non prohibetur agi postea criminaliter, l. 1. C. quando criminal. vel ciuil. agi oport. Hoc autem non procedit quādo vterque modus procedendi dirigitur ad vindictam crimnis, nam vno proposito, sequuta absolutione, non potest iterum molestari, l. prætor edixit §. 1. vbi Bart. ff. de iniur. l quod senatus, ff. de iniur.

Quintò, fallit in absoluto in foro conscientiæ, nam potest accusari, & puniri in iudicio, Glos. in dicto cap de his, vbi omnes Canonistæ, Couar. in cap. alma mater §. 12. num. 16. Ratio est, quia accusatio, & poenitentiæ impositio in foro interiori, dirigitur ad tollendā diuinā offensā. In foro verò exteriori dirigitur ad publicam vindictam, & Reipublicæ, ac partis satisfactionem, idcircò non impeditur, Ananias, Hostien. Anton. de Butr. & Imol. in cap. tuæ, de procurator. Potest tamen Iudex excommunicatum absolutum in foro conscientiæ, non denuntiare, & parte non instante honestius facit non denuntiando, cùm non teneatur ex officio Iudicis Nobili, quod versatur circa publicam vtilitatem, declarare excommunicatum in foro conscientiæ, cùm iam in peccato non perseuerat, Nau. cons. 51. de sent. excommunicat. Henriq. in summa de irregul. cap. 20. & ita practicari dicit, Genuens. in prax. cap. 31.

Sextò fallit, quando reus fuit absolutus iudicio inquisitionis, nam potest iterum per viam accusationis impetiri, Anton. de Butr. Abb. & Felin. in dicto cap. de his. Contrariam tamen sententiam tenent, Bart. in l. 6 cui §. ijdē ff. de accusation. Ananias cōs. 17 Dec. cōs. 137. Cōcordantur opiniones, quòd opinio, Bart. procedit de iure ciuili, secundū, quod eadem poena condēnatur delinquens, siuè procedatur

Digitized by Google

cedatur via inquisitionis, siue accusationis, Innoc. in c. qualiter, & quando il 2. vbi Abb. Cardinal. Aretin. et Felin. de accusat. An Iudex Ecclesiasticus debeat statuere terminũ accusare volẽtibus tradit Abb. in c. inter, de purgation. Canon. Et quid si offensus dixerit se nolle accusare, & Iudex ad instãtiã fisci per viã inquisitionis processit, & postea offensus producat accusationẽ, an debeat audiri. Vera est resolutio, quòd nõ debet recipi accusatio, ratio est, quia Iudex prẽuenit accusatorẽ formãdo processũ per viam inquisitionis, antequã suã voluntatẽ reuocaret, Bald. in l. accusator, C. qui accusar. nõ poss. Diaz. dicto c. 6. n. 10.

Septimo fallit, quando ex causa transactionis fuit finitum Iudicium, nam potest iterum ab alio accusari. Glos. in verbo l. transigere vbi omnes ciuilistę C. de transact. Probat tex. in l. 3. 5. penult. ff. de sepulc. violat. Quomodo autem hoc procedat legẽdus, Couar. dicto cap. 10. n. 5. vers. 9.

Octauo fallit in causis mixti fori, nam absolutus à Iudice vnius fori, si remanet locus poenę potest ab alio puniri, cap. Fœlicis 5. per hoc, de pœn. in 6. Abb. in dicto cap. de his, & in capitę, de procurator & in cap. 1. de officio ordinar. Est communis opinio quam probat, Felin. in dicto cap. de his; Aretin. in dicto cons. 98. Quæ autem sint causę mixti fori, enumerat, Glos. in cap. cùm sit generale, in verbo malefactores, de foro compet. Et in causis mixti fori, quia locus est prẽuentioni non datur appellatio à Iudice vnius fori ad alium, quia par in parem non habet imperium, sed superior est adeundus, Innocen. in cap. cùm tu in fine, vbi Felin. num. 25. de constitution. Et idcircò negligentia Iudicis vnius fori prẽuenientis, non suppletur per Iudicẽ alterius fori. Ratio est, quia ex prẽuentione acquisitum est ius toto tribunali, & propterea non est supplenda negligẽtia per Iudicem alterius prędicamenti, & iurisdictionis. Et ita intelligenda est doctrina, Fœlin. in cap qualiter, & quandò, de iudiciis, & propter ea respondi in facto in causis mixti fori data prẽuentione ab Ordinario, ipsõ denegante iustitiam appellandum esse ad Metropolitanum iuxta tex. in c. Romana, de supplend. negligentia Prælat. in 6. & in c. Romana, de appellation. in 6. & data negligẽtia Metropolitani appellandum esse ad Summũ Pontificem, optimè Alex. cõs. 8. lib. 1.

Quòd vero ad principalem limitationẽ addendum est, quòd regulariter loquendo, in causis mixti fori, punitus à Iudice laico non potest puniri ab Ecclesiastico. Ratio est, quia præsumitur sufficienter punitus ob seueriorem iurisdictionem, quam laici in delictis puniẽdus exercent, Gomes. variar. resolut. tit. de delictis, num. 4. in fin. vbi dicit sic colligi ex mente omniũ, Clarus in prax. quæst. 57. vers. sed quero, Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 83. Secus tamen è contra, nam punitus ab Ecclesiastico, punitur etiã à laico. Ratio est, quia Ecclesia semper mitius punit, cùm ob pietatem, tum etiam ob debiliorem iurisdictionem. Probatur regula supradicta ex tex. in l. placet, vers. si quis contrauenerit, vbi communis opinio omnium ciuilistarum, C. de Sacrosanct. Eccles. Alciat. in cap. 1. num. 128. de offic. ordinar. Gomes. Clarus, & Scacc. Et licet, Glos. in dicto cap. Felicis 5 per hoc, dixerit textum illum procedere in casu particulari interfectionis Cardinalium. Cõmunis tamẽ, & vera sententia est, procedere in omnibus causis mixti fori, vt per supra citatos, & probat Couar. lib. 2. var. resolution. c. 10. num. 6. vers. 11. Et propterea blasphemus punitus ab Ecclesiastico, potest puniri à laico, Afflict. in constitut. Regni, blasphemantibus, num. 12. & 13. Scacc. loco citat. Habebitur tamẽ ratio poenę impositi ab alio Iudice.

Digitized by Google

Ang. in tract de malefic. in verb quas si nõ soluerit, n. 13. & 14. & propterea nõ reiteratur pœna ab alio Iudice, sed suppletur, Bart. in l. Senat. col. fin. ff. de accusat. Marant. in Specul. parte. 6. de inquisit n. 100. Scacc. loc. cit. n. 92. An autẽ Iud. secul. teneatur clericũ de grad. ab eccles. ex cod. processu cõdẽn. vel nouũ cõficere; Ciuilis tenẽt, quod debeat nouũ processũ cõficere, Bart. in l. magistrat. vbi cõmuniter DD. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & in l. nõ dubiũ, & in l. diuus ff. de custodi reor. Clar. in prax. in §. fin. quæst. 96. Cõtrariũ tamẽ tenent Canonistæ, in cap. at si clerici, vbi in specie Berous num. 79. de iudicijs; Conciliantur tamen opiniones, quòd in delictis merè ecclesiasticis, non conficitur nouus processus, secus vero in causis mixti fori, Clarus loco citat. & ita practicatum audiui in quodam sacerdote, qui bonæ mentis pietatis tunc temporis existentis in Hospitale Diuæ Annunciatæ furatus fuerat, nõ degradatus ab ecclesiastico, & traditus curiæ seculari præuio nouo processu, fuit laqueo suspensus.

Nono fallit in absoluto ab expẽsis, nam non censetur absolutus à damnis; cap. dilecti, de foro compet. & cap. in nostra, ibi (cum igitur aliud sit damnorum rextauratio, quàm satisfactio expensarum) de iniur. & damn. dato, vbi Glos. in verbo damnorum, allegat concordantia. Tradit etiam glos. in l. 1. vbi Bald. Alex. Soccin. & Iason. ff. si quis in ius vocat. obtemp. Glos. in l. sancimus, & in l. properandum §. fin autem alterutra C de iudic. Sic etiam & è contra, damnorum appellatione expensæ non veniunt, & remittens damna, non censetur remittere expensas, Ioannes de Anan. & Abb. in dicto cap. in nostra, Roman. singul. 346. facit rex. in cap. fin. de rescriptis. Et absolutio iudicialis, ab expensis, nõ includit expẽsas debitas ex vi promissionis, sed tantùm quæ deben tur officio Iudicis mercẽnario. Salicet. in dicta l. properãdum §. fin autem alterutra, num. 2. per glos. in §. oportet. in authent. de iudic. Marsil. sing. 237. Sicut in simili remittens omnem iniuriã, & violentiam, non censetur remittere damna l. is, qui poteum §. si postea ff. quod vi aut clam. Petr. plaza in tit. de delictis lib. primo cap. 6. num. 150. Moronis de tregua, & pace cap. 124. num 29. Latè ad materiam Surdus decis. 261. Sic etiam offensus, qui ex diuino præcepto tenetur dimittere odium, non tamen tenetur dimittere ius accusandi appd Iudicem, & vindicandi propriam iniuriam Glos. in cap. 2. in verbo emendam, de pœnis in 6. & in cap. si quis contristatus, in verbo satisfaciẽdi 90. distinct. & in cap. quia præsulatus, in verbo canonica 1. quæst. 4. Et Sicut Prælatus potest propriam iniuriam vlcisci excommunicãdo delinquentes, bono tamen zelo, cap seditionarios, 46. dist. & cap. & qui emendat, vbi Glos. in verbo corripiet, 45. distinct sic, & accusare, D. Thom. & Caietan. secunda secundæ quæst. 68. artic. 1. Nam vindicta quatenus dirigitur in malum delinquentis, peccatum est, & contra Domini præceptum, quo tenemur inimicos diligere, & ipsis benefacere; Quando vero intentio vindicantis dirigitur ad aliquod bonum, ad quod peruenitur per pœnam peccãtis ꝝ. ad emendam delinquentis, ad ipsius cohibitionem, ad quietem aliorum, & ad iustitiæ conseruationem licita est, D. Thom. secunda secundæ quæst. 108. artic. 1. in corp. & probant Glosæ supra citatæ, Sotus de tegendo secret. membr. 2. quæst. 1. Nauar in cap. inter verba. corol. 62. quæst. 3. Quare si præcipua intẽtio rectè dirigatur, licèt aliquãdo propter fragilitatẽ aliquo modo deluctet, non statim est culpa mortalis. Syl. in verbo accusatio 5. facit textus in cap. accusasti, vbi Glos. de accusation. Et propterea, si recta sit intentio;

vt

vt supra (quod tamen difficile est in praxi non solum potest offensus accusare, sed etiam post peractam pœnitentiam à delinquente, accusando, vindictã pætere, Ioannes Andr. Abb. Aretin. & communiter DD. in dicto cap. accusasti. Sic etiam licitè recipit pecuniam arbitrio boni viri taxatam pro remissione iniurię, & pro ipsa potest agere, l. transigere, vbi communiter omnes C. de transact. Ioannes Medin. de contract. q. 29.

Et procedunt supradicta etiam si passus iniuriam, inanimæ iudicio dimisserit, & condonauerit. Nam remissio illa, & condonatio *intelligitur quoad odium*, non autem *quoad ius* accusandi, Bart. in l. non solum §. 1. ff. de iniur. & in l. si tibi §. 1. Alex. testatur de communi ff. de partis, Iason in l. huiusmodi §. ędes ff. de legat. 1. Felin. in dicto cap. de his, colum fin. Couar. in dicto cap. 10. nu. 7. vers 3. *constat*. Sic etiam facta remissione in *vtroque foro*, etiam iniurię, potest lęsus, *damna*, & expensas ex causa læsionis factę repetere. Nam actio iniuriarum datur ad vindictam, l. prętor §. 1. ff. de iniur. petitio verò damnorum, & expensarum, competit pro reparatione diminutionis patrimonij, l. damnũ §. 1. ff. de damn. infect. Idcircò vna actio alteram non impedit, l. si pro fure ff. de condit. furtiu. Et successiuè remissio vnius non trahitur ad aliam, cap. si Canonici, vbi Glos. in verbo damnis, de offic. ordinar. in 6. Est communis opinio, quam probant Bald. in l. si pro fure ff. de condition. furtiu. Ang. in §. fin. Instit. de iniurijs; Latè tradunt Canonistę in cap. 1. de iniur. Couar. dicto cap. 10. num. 7. vers. 4.

Quomodo autem liquidandum sit damnum passum *ab* offenso, vt puta, quia propriam *artem non* exercuit, an aliquid de*trahendum sit* pro labore non exhibito, *tradunt* post D. Thom. 2. 2. quæst. 62. artic. 1. Abb. in dicto cap. 1. de iniurijs, Scot. Maior. Adrian. & cęteri relati à Couar. loco citat. & post alios Less. de iustit. & iur. lib. 2. cap. 9. dub. 19 cum sequen. Sic etiam quomodo computandum sit tempus vitę, iuxta tex. in l. hereditatem ff. ad leg Falcid. tradit Abb. in dicto cap. 1. & in cap. olim de iniuriis, & omnes supracitati. Sic etiam pro expensis funerum, an aliquid sit restituendum, licet Nauar. cap. 15. num. 22. in summa affirmet, in contrarium tamẽ multi tenent non deberi, nisi extra patriam, vel in loco occisus sit, vbi maiores sumptus fiunt pro funere, quàm vbi occisus lares habebat. Less. loco citat. dub 24.

Proipsa verò occisione, seu vulnere certum est, nihil fore restituendum, nam corpus liberi hominis æstimationem non recipit, tex in l. vltima ff. qui effuder. vel eiecer. ibi (cum liberi hominis corpus ex eo, quod deiectum, effusũue erit; lęsum fuerit. Iudex computat mercedes Medicis prędstitos, cæteraque impedita, quę in curatione facta sunt. Prętereа operas, quibus caruit, aut cariturus est, ob id, quod inutilis factus est. Cicatricum autem, aut deformitatis nulla fit extimatio, quia liberum corpus nullam recipit extimationem) similiter tex. in l. ex hac lege ff. si quadrupes pauper. fecisse. dicatur Abb. Couar. & less. loc. citatis, Sot. lib. 4. de iust. & iur. quęst. 6. artic. 3. Supradicta autem de vulnere non procedunt in fęmina, quę ex cicatricę deformis effecta est. Nam tunc tenetur vulnerans restituere quanti interfit, Iacobus de Rauenna, & Albericus in dicta lege ex hac, Couaruuias loco citato Petrus Nauar. lib. 4. restit. cap. 1. dub. 10. num. 90. Sayr. in clau. regia lib. vndecimo, capitulo secundo numero 22. cætera verò in materia restitutionis damnorum, &

Digitized by Google

expensarum, legenda sunt apud Doctores in tractat. de iustitia, & iure.

Cui nam competat Ius accusandi.

Quæst. XIII.

REspondeo. Cuilibet, etiam, quod sit inhabilis, & à iure improbatus, quando tamen suam, vel suorum prosequitur iniuriam, l. hi tamen omnes ff. de accusationib. l. non prohibentur, l. non ignorat, l. si crimen, & l. de crimine C. qui accus. non poss. c. prohibentur ibi (mortem propinquorum defendant) 2 quæst. 1. cap. omnibus 4. quæst. 6. Speculat. in tit. de accusation. col. penult. vers. in summa, Antonius Gomes, variarum resol. tit. de delictis, lib. 1. cap. 44. Clarus in praxi §. fin. q. 14. Farinacc. in prax. criminal. part. 1. tit. de accusation. qu. 12. tir. 57.

Non tamen id procedit in excommunicato denuntiato, nam etiam, quòd suam, vel suorum prosequatur iniuriam repellitur ab accusando. Est communis opinio quam referunt Plaza lib. 1. de delict. cap. 44 num. 10. Clarus dicta quæst. 14. Farinac. dicta qu. 12. num. 16. Ratio est, quia excommunicatus non potest esse in iudicio, nec ipso potente ius redditur, c. intelleximus, vbi Felin. de iudic. cap. 1. eodem tit. in 6. cap. decernimus, & cap. excommunicamus, §. credentes, de senten. excommunication. in 6. cap. de rescript. in 6. & cap. pia, de exception. in 6. Vnde æquiparatur mortuo, vel bannito, Glos. in cap. pastoralis in fine, de appellation. Speculat. in titul. de arbitr. §. differt, vers. quid de bãnito. vbi Ioannes Andr. Et procedit hoc etiam de iure ciuili, cùm etiam in laicis Tribunalibus excludatur excommunicatus ab accusando, glos. in l. 1. vbi Odoffred Bald. & Iason. C. de iur. & fact. ignor. Glos. in c. 1. §. si quis igitur, vbi Hostiens. Ioannes Andr. Archidiac. Ancharan. & Francus de exception. in 6. Et est cõmunis opinio, Plaza, Clar. & Farinac. locis citat. & in specie etiam probãt, Glos. in cap. omnibus 3. quæst. vltima, Innoc. Abb. & Felin. in cap. à nobis, de exception. Bald. in Margarita, in verbo excommunicatus.

Hoc Ius accusandi competit iure sanguinis, non autem iure hæreditario, l. quæsitum ff. de sepult. violat. Bart. in l. damni §. Sabini ff. de damnis infect. & in l. pro hærede §. final. ff. de acquirenda hæreditat. Felin. in cap. in præsentia col. um. 17. vers. & per istam, vbi etiam, Dec. num. 55. de probation. Franch. decis. 611. Et in hoc Regno extat Regia Pragmatica 8. sub titul. de compositione. per quam statutum fuit, ius querelandi, & remittendi, cõpetere illis, quibus de iure defertur successio, de qua latè, Rouit. ibidem, de Ponte de potest. Proregis tit. de prouision. fieri solitis §. 4. nu. 16. cum sequent. Et hæc specialis Regni Prouisio per quam duo fuerunt principaliter considerata, videlicet ius sanguinis, & proximitas in gradu, est in aliquo, iuri communi conformis; nam ius accusandi de vere communi consanguineis proximioribus, exclusis remotioribus competit, l. si plures ff. de accusat. l. 2. §. si simul, vbi Bart. Angel. & alii ff. ad leg. Iuliam de adulter. Gomes. dicto tit. de delict. cap. 1. nu. 35. Farin. de accusat. quæst. 13 & in aliquo corrigit ius commune, dum mãdat, quòd non solũ ius sanguinis consideretur, sed etiam qualitas successionis, quod de iure communi nõ requirebatur, vt aduertunt Follerius dicta Pragmatica num. 39. cum sequenti, vbi etiam, Rouit. Caravit. rit. 272. Baiard ad Clar. quæst. 58. num. 59. de Pont. loc. citat. num. 28. Ideò fœmina stantibus masculis non admittitur ad

quere-

Digitized by Google

querelandum, nec ad remittendum. Sic etiam dotatæ stante sorore in capillo, cui de iure successio defertur. Et ex hoc annis elapsis fuit declaratum Ducem Sanctæ Agathæ non opus habuisse remissione à Marchionissa Burgentiæ sorore, quia illam obtinuerat à Duce Siciniani, & alijs fratribus Lelii Caraccioli ab ipso occisi, de Pon e loc.cit.n.18.

Benè tamen vxor occisi admittitur, l. sororem C.de his, quibus, vt indig. Bar. in l.2. num.2. ff.de accusation. Idem Bart. Cyn. Bald Ang. Faber. & Alberic. in l. de crimine C. qui accusare non possunt. Nec requiritur, quòd sit hæres viri, Iacob.de Rauenna in dict. l. de crimine, Aretin. Alex. & Roman. in d. l. pro hærede ff.de acquirenda hæred. Boer. decis.233. num 3. Anton.Gomez.dicto cap.Clar.dicta qu. 14. vbi Bayar.in addictione num.23. Plaza in Epitome delictorum, cap. 40.& 4 . Aff. & in constitut. Reg sūmo periculo, Foller.in practica criminali, in verbo audiantur exceptiones, num.18. Carau. Rit 191. Franch decis.393. Et præfertur cæteris in accusando, & remittendo, quia nulla maior sanguinis coniunctio, nec affectio, quàm viri & vxoris Gomez.Plaz. Farin. & cæteri locis citat.

Non tamen procedit hoc dictum, quando transiit ad secunda vota, Oldrad. cons.53 Aretin. cons.62. col.2. Roman. cons.182. Plaz. & Farinac. locis citat. Secus tamen si de licentia viri transisset ad secunda vota, Bal. in l. filium, quem habentem, C.famil.erciscundę, & in l.1. C.de his, quæ poen. nomine, & in l.1. C.de nupt. Farinac. loco citat. Secus tamen si infra annum luctus, pro quo facit, quia licet de iure Canonico sublatæ sint poenę, quæ de iure ciuili impositę erant secundo nubentibus, c.penul. & cap.fin. vbi Innoc. Ioannes Andr. & Præpos. de secundis nupt. Aff. & decis.75. de Ponte cons.29. Franch.decis.18. Legata tamen à viro vxori, si secundò nupserit, reseruantur filijs primi matrimonii, l. fæmine C.de secund.nupt. & habetur per supra citatos. Quòd tamen non procedit si ex licentia viri nubat, nam tenet legatum quoad vsumfructum, & proprietatem. Sic notabiliter, Gasp.Thesaur.lib.1.qq. Forensium quæst.29. num.2. quæst. 30. num 2. Non tamen hæc procedunt quando infra annum luctus nuberet, tunc enim licentia non prodest tanquam contra bonos mores iuris idcircò multi dixerunt, eam non valere Roman. qui allegat Bald.singul. 251.num.1. Anton.Gabriel, qui alios allegat communi concluſ. tit. de secund. nupt. concluſ.3.nu.14. Angel. cons.396. Viuius decis.432.num.1 . Capriol.de successionum.175 Stephan. Gratian.decis.168.num.16. Et hanc sententiam veriorem, & æquiorem testatur Thesaur. loco.cit.quæst. 30.num.3.

Et in Specie, quòd licentia nubendi cōcessa à viro vxori non suffragetur si infra annum luctus nubat, notabiliter tradit Guhelm. de Bened in repetit. cap Raynuntius, in verbo quod cum alia matrimonium contrahens num. 207. cum seq. Et prosequitur Simon de Petris cons.227. num.30. & sequen. Pro quo etiam facit, nam legatū viduale, quod ab hetedib. viri debetur vxori defuncti pro qualitate personarum dotis, & consuetudinis loci, Capyc.decis 26. si infra annum luctus nubat, non debetur, & acceptum erit restituendum, Bald.cons.488 vol.5. Campegius in tract. de dote part.2. quæst.56. Couar.de sponsal part.2.c. 3.§.9 num.10. allegat etiam, Alex. in Lis, qui quadringenta §.fin. ff.ad leg. Falc. Ioannes Garron.in rub. de secundis nupt.n.43. & post alios Auendaños de exequend. mand. reg.cap. 10. vers. prętorum, n.13. lib 2. Azeuedo in recompilatione lib.5. tit.1. l.3.num.7. & sequen.

Clerici

Digitized by Google

Clerici non prohibentur accusare iure naturę, vel diuino, sed tantum iure humano, & ex dispositione iuris Canonici. D. Thom. 2. 2. quęst. 64. artic. 4. Sayr. in claus. reg. lib. 12 cap. 14. n. 76. Ius enim Canonicum ex iustis rationibus prohibuit, ne in causis sanguinum accusent c. his à quibus 23. quęst. 8. cap. Clericis, & cap. sententiam sanguinis. Ne Cler. vel Monach. Ideò accusando in supradictis causis, in laicis tribunalibus peccant, Caietan. in summa in verbo irregularitas, Nauar. cap 27. num. 226. Henriq. in summa, lib. 14 cap. 12 num. 1. Sayr. de censur. lib. 6. cap 19. num. 3. Et sequuta sententia mortis, vel mutilationis membrorum efficiuntur irregulares, cap. postulasti, de homicidio. Secus tamen est quando suam, vel suorum prosequuntur iniuriam, adhibita tamen protestatione citra pœnam sanguinis, sed ad suorum iurium defensionem. Nã tunc etiam sequuta sententia sanguinis non efficiuntur irregulares cap. 2. de homicid. in 6. Ioannes Andr. & Abb. & Felin. in dicto cap. postulasti, Angel. in verbo homicidium 2. Syl. in eod. verbo 2. quęst. 8. Et procedit dictum etiam si alia via, quam accusando possent sua recuperare, quamuis contrarium dixerint, Angel. & Syl. locis citat. Nam ipsorum dictum procedere posset, quoad peccatum, non autem quoad irregularitatem ex sufficit enim ad irregularitatem euitandam adesse protestationẽ, ex dicto cap. 2. de homicid. in 6. optimè aduertunt Tabien. in verbo irregularitas 3. §. 8. Henriq. dicto lib. 14. cap. 11. §. 4. in adnotat. litt. M. Sayr. loc. cit. n. 2.

Et hæc protestatio licet in ipsa accusatione fieri debeat, si tamẽ omissa fuerit, sufficit si ante sententiam fiat, Couar. in Clem. si furiosus, parte 2. §. 5. num. 3. Henriq & Sayr. locis supra citat. Idem tenet Suar. de censur. disputat. 47. sect. 2. num. 2. in fin. Sufficit etiam si tantum verbo, & non animo fiat. Nam licet multi teneant protestationem ficto animo factam, non dici protestationem, & proindę sequuta sententia, ab irregularitate, clericũ accusatorem non excusari, prout defendunt Hostiens. in summa lib. 5. tit. de homicid. §. qua poena feriatur, nu. 5. Ioannes Andr. Dominic. & Perusin. in dicto cap. 2 Angel. in verbo homicidium 2. §. 6. Syl. in eodem verbo 2. quęst. 8. Nauar. cap. 27. num. 226. & post omnes latè defendit Diaz. in prax. Canon. crimin. cap. 99. num. 15, vers. sed opinio hęc. Contrarium tamen est communius, & verius. Probant Ananias, & Felin. in dicto cap. postulasti, Couar. dicta Clemen. si furiosus, part. 2. §. 5. num. 2. vers. 6 Tab. verb. irregularitas, Cordub. in addit. ad Sotum, in relect. de tegend. secret. memb. 4. quęst. 3. conclus. 5. Phyliarc. de offic. Sacerdot. part. 1. lib. 4. cap. 12. §. 4. Henriq. Sayr. & Suar. locis cit. Ratio est, quia Ecclesia non iudicat de occultis, & dum requirit adesse protestationem, sufficit ipsam quoquo modo esse, vt per supra citat. Cõsultus tamẽ in facto ad scrupulos tollendos dixi, quod accusatores in progressu iudicii sincero animo protestationem renouarent, & doctrina Couar. & aliorum supra dicentium, posse omni tempore ante sententiam protestationem fieri.

Sed quid si accusatus accuset accusatorem? Respondeo, quod secundum iuris communis dispositionem accusatus admittitur ad accusandum accusatorem, & si accusatio sit de maiori crimine, impeditur progressus primę accusationis, l. 1. C. qui accusar. non possunt. Secus tamen si de æquali, vel minori crimine, nisi suam, vel suorum prosequeretur iniuriam, Bart. in l. is qui reus, in 6. oppositione ff. de publicis iudic. Angel. de malef. in verbo, & ad querelã, latissimè, Marian. Socc. in cap. ex litteris, de mutuis petition.

Duc-

Digitized by Google

Duena reg. 29. Thusc. in verbo accusare, concluſ. 160. num. 22. Tyberius Decian. lib. 3. in tract. crimin. cap. 84. rubr. accusatus quando possit accusare. In hoc tamen Regno accusato non permittitur accusatorem reaccusare, & totum præsumitur fieri per calumniam, Affict. in constitut. Regni. Ciuiliter agēs extat Regia Pragmatica prima sub tit. de accusator. vbi Rouit. & Ritus M. Curiæ Vicariæ 193. vbi latè Caranit. Non tamen hoc procedit si accusator reaccusaretur de falsitate, nam tunc audiretur in reaccusando, quia secunda accusatio, est peremptoria ad primam & probata falsitate, eliditur prima, Marian. Socc. in dicto cap. ex litteris, num. 71. de mutuis petition. Nouissimi addentes in dicto ritu fol. 412.

Nota hic tantam esse vim defensionis, quæ à iure naturæ hominibus insita est, l. vt vim ff. de iust. & iur. vt multi ex Theolog. dixerint falsum accusatorem in re capitali nulla data spe euadendi, posse absque scrupulo occidi P. Nauar. de restitut. lib. 2. cap. 3. num. 361. Caiet. 2. 2. quæst. 95. art. 8. ad 3. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 9. dub. 8. num. 48. Molfin in summa, tract. 11. in præcept. decalog. cap. 19. num. 103. vbi dicit esse communem opinionem, sed difficile esse illam in praxi deducere, quod si tamen aliquando casus eueniret, ex communi Theologor. sententia posse, ita practicari.

Quando acquisita ab aliquo censeantur ex propria industria, quando ex alienis bonis acquisita, Quæst. XIV.

Quid regulariter censendum. Cap. I.

EX propria industria, & non ex alienis bonis cēsetur regulariter quis aliquid acquisisse, l. si defunctus, ibi (non enim pauperibus industria, vel in augmentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quæritur) C. arbitr. tutel. vbi Glos. Bartol. Bald. & alii. Idem Bart. in l. ex diuerso S. fin. ff. de solut. in l. Titium, & Meuium, § alterò ff. de administration. tutor. Lucas de Penna in l. 3. col. 2. vers. sexta præsumptio C. de apocis public. lib. 10. Salic. in l. ex persona C. de probationib. Ripa in l. si quis ab alio, num. 4. ff. de re iudic. Archiadiacon. in cap. manifesta, 12. quæst. 1. Anton. de Butr. Imol. Abb. & cæteri Canonistæ in cap. 1. de pecul. Clericor. Alciat. tract. de præsumption regula 2. præsumpt. 27. num. 4. Menoch. in eodem tractatu lib. 6. præsumpt. 29. Mascard. de probation. in verbo negotiator, conclus. 1094. & in verbo pecunia, concl. 164. & in verbo tutor, cōclus. 1398. Franc. Niger contro. 21. Forens. tom. 1. controuers. 93.

Ratio conclusionis est. Nam cùm quilibet nudus nascatur, cap. sicut Io. 2. 47. distinct. Luc. de Penna in l. 2. C. quando, & quibus quar. pars debeat. lib. 10. Affict. decis. 377. & idcircò ad labores vnusquisque nascatur, sicut auis ad volandum, à natura ipsa, homini insitus est labor propterea totum id, quod quærit, propria industria, & labore præsumitur comparatum, Anchar. cons. 31. num. 2. Dec. cons. 136. Rota Bononien. decis. 96. num. 29. Menoch. cons. 12. & dicta præsumpt. 29. Mascard. & Niger locis citat. Idcircò non sufficit probare, aliquem aliquando fuisse pauperem, quia potuit acquirere, l. Spadonem 6. qui absolutus ff. de accusation. tutor. Vbi excusatus ob paupertatem, si denuo vocetur ad tutelam, iterum probanda erit paupertas, ad hoc, vt excusetur, quia interim potuit acquirere. Idem est in cæteris publicis oneribus ob paupertatem excusatis. Nam semper, quòd casus accidit probanda

erit

erit paupertas, l. cura §. deficientium ff. de muner. & honor. Alexand. in l. ex diuerso §. si in iudicio ff. solut. matrim. Anchar. in cap. quòd semel, de regul. iur. & cons. 5. num. 3. Bald. in l. 3. num. 18. C. de probation. Guttier. tract. de tutel. part. 3. cap. 46. Patianus tract. de probation. lib. 1. cap. 54. num. 5. & sequent.

Adde, quòd emptum ab aliquo, censetur propria pecunia comparatum, ex dicta l. si defunctus. l. si venetis §. fin. ff. de priuileg. credit. l. non vnde originem C. si certum petatur, Bart. in dicta lege Titium, & Meuium §. altero. Et taliter procedit dictũ, quòd etiam, quòd quis suo, & alieno nomine emat, si in solutione pecuniæ non declaretur, quòd de communi pecunia solvit, censetur de propria solusse, taliter, quòd is, cuius nomine etiam emptum fuit, teneatur ad solutionem partis pretii, si partem rei habere cõtendat l. 2. vbi notabiliter aduertit, Bart. C. pro socio, ibi etiam Bal. & in l. si patruus C. communi vtriusque iudic. & in l. qui aliena C. si quis alteri vel sibi. Roman. cons. 254. vbi additio 276. 291. & 346. & singul. 440. Abb. cons. 46. lib. 1. Alexander cons. 134. vol. 5. Dec. cons. 55. 268. & 446. Et communis est resolutio, quòd pecunia soluta, censetur esse soluentis, & non alterius, vt latè post supracitatos, probant Tusc. in verbo solutio, concl. 338. Mascard. de probation. in verbo emptio, conc. 612. & in verbo pecunia concl. 1164. Et procedit dictum, etiam habito mandato ab alio ad emendum. Nam facta emptione nomine proprio, pecunia etiam soluta censetur esse propria, l. res mandata ff. de acquirend. rer. domin. l. pro emptore §. procuratorem ff. pro emptore. Bart. & Paulus de Castro in l. qui nihil donatum ff. de donation. & in l. 1. C. de acquirenda possess. Secus tamen erit, si accepto mandato simpliciter emit, nam censetur vigore procedentis mandati emisse, & pecuniam fuisse mandantis, l. pignoti §. fin. ff. de vsu capion. Imola, Alexand. Cumanus & Iason in l. post dotem ff. solut. matrim. Et facit regula, quòd actus sequens, censetur factus in executionem præcedentis tractatus, l. 3. §. vnde queri potest vbi notabiliter, Bart. ff. de manumission. & in l. qui in aliena §. is, qui putabat ff. de acquirenda heredit. Bart. in l. triticum ff. de verbor. obligat. Et facit etiam alia regula, quòd factum præsumitur ab eo, & expensis illius, ad quem spectat. Bart. in l. cum seruus ff. de verbor. obligat. Felin. in cap. sicut, col. penul. vers. fallit quinto, de re iudicata.

De Tutore, Procuratore ad negotia, & Clerico habente Patrimonium. Cap. II.

TVtor, licet tempore ceptæ tutelæ esset pauper, si *ipsa finita* reperiatur dives, non censetur ex bonis pupilli ditatus, sed ex propria industria, vel ex prospera fortuna dicta l. si defunctus, vbi Glos. Bart. & cæteri notant, & est communis resolutio, quam post Menoch. locis citat. probant latè Mascard. de probation. in verb. tutor. concl. 1398 Guttier. dicto tract de tutelis, cap. 46. Borgnin. Caualcan. tract de tutor. n. 223.

Ratio est, quia, nisi ex propria industria, vel prospera fortuna censeretur ditatus, præsumeretur delictum, quod de iure non præsumitur, l. Pomponius, §. ex facto ff. de acquir. poss. l. merito ff. pro socio. Et procedit hoc etiam in muliere tutrice (cuius industria parua, vel inutilis esse solet Abb. cõs. 36. lib. 2. Bologhin. in l. etiam C. de donation. inter vir. & vxor. et vt inquit notabiliter Anton. de Buttio in

in cap. 1. de peculio cleric. num. 11. mulier non est multum artificiosa in quærendo, nec potest communiter quærere, quia non est organizata ad hoc, idest habet organa clausa ad lucrandum) sic probat Franc. Cremens. inter consilia Alexandri consil. 62. num. 13. vol. 4. Allegat Bald. in authent. licentia, C. de Episcop. & cleric. Franc. Aretin. cons. 31. nu. 3. Baccan. de decim. tutor. cap. 18. Burgos. de Paz. cons. 43. num. 8. & sequent. Guttier. dicto cap. 46. nu. 21. Didac. de secur. in relect. l. 51. ex legati, col. 16. vers. pro expeditione, ff. de verbor. obligat. Mascard. loco citat. in verbo tutor, conclus. 1298. num. 9. Intelliguntur autem supradicta, finita tutela, & redditis computis, quæ arbitrio boni viri reddenda sunt: si tamen ipsis absolutis reperiatur dives, euidens erit coniectura ex propria industria quæsiuisse, Cremens. singul. 6. Caualcan. loco citat. num. 123. Si tamen computa non essent reddita, vel ipse inuentarium non fecisset, aut librum rationis, tunc tutore existente diuite, præsumptio esset e contra ipsum, ex notabili doctrina Salicet. in authent. licentiam, C. de Episcop. & cleric. quem sequutus fuit Augustin. Beroes consil. 91. num. 59. vol. 1. qui dixit, quòd pendente tutela, si tutor per prius pauper, appareat dives, nulla alia existente coniectura censetur ex bonis pupilli ditatus. Et licet Guttier. loc. citat. num. 28. dicat, ex hac doctrina nimium restringi communem opinionem, vera tamen est Salicet. opinio, nulla alia coniectura apparente in contrarium, vt optimè probat Caualcan. loco citat. & decis. 39. & 166. in prima parte. Mascard. in dicto verbo tutor, nu. 13.

Procurator quoque ad negotia, non censetur ex bonis sui principalis ditatis, si finita administratione, & redditis rationibus appareat dives. Imol. in cap. 1. in fin. de pecul. cler. & ante ipsum Petr. de Anch. ibidem, & Barbatia: Idem probant Petr. & Cyn. in d. authen. licentiam, Alciat. cons. 18. lib. 1. Addit. ad Diaz, reg. 9. Guttier. d. c. 46. n. 22. Ratio est, quia potuit ex propria industria, salario, & prospera fortuna lucrari, quod semper præsumendum est ad euitandum delictum, vt optimè Alciat. loco citato. Et Imol. loco citato, addit notabile verbum, quòd licèt procurator ad negotia ditatus, censeatur aliquando ex baractarijs acquisiuisse, nempè à creditoribus, & debitoribus domini sui, acquisita per supradictam baractariam non sunt ei, cuius bona administrauit restituenda, sed potius illis à quibus accepit, vel tanquam incerta, pauperibus restituenda.

Quod autem dictum est de administratoribus, seù procuratoribus dominorum sæcularium, non procedit in administratore bonorũ Ecclesiæ. Nam censetur ex bonis Ecclesiæ acquisiuisse, authent. licentiam, C. de Episcop. & cleric. Et licet aliqui Canonistę dixerunt, & in specie Archidiacon. in cap. manifesta, 12. quæst. 1. Ant. de Butr. Imol. & alij in cap. 1. de peculio cler. textum illum procedere in administratoribus perpetuis, qui non tenentur rationem reddere Bal. tamen ibidem nu. 3. dixit, etiam Rectores Hospitalium comprehendi, licet quolibet anno teneantur Episcopo rationem reddere, clem. quia contingit, de relig. domibus: ex eo quia, non ità diligenter rationes exigũtur à prælatis de bonis Ecclesiæ, sicut à dominis tẽporalibus de propriis bonis. Idem Bald. in auth. quibuscunq; C. de sacrosanct. eccles. Idcircò Hospitalarij comprehenduntur, & Bald. in d. auth. licentiam sequitur Dec. cons. 6. n. 1. vers. & licet Bald. Et quòd administratores bonorum Ecclesię, alio non apparente, censeantur ex bonis Ecclesię ditati, probat Barbatia in

dicto cap. 1. de pecul. Cler. num. 9. vbi dicit sic consuluisse in Ciuitate Rhegii, & Bald. etiam sequitur Genuens. in practica b. Ecclesiæ qu. 523. Meritò ergo Concil. Triden. sess. 25. cap. 8. de reformat. mandauit Episcopis, vt vigilent circa prouentus, & reditus Hospitalium, ad hoc, vt ritè, & rectè administrentur, & administratores, quos culpabiles inuenerint, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, amouere possint.

De clerico vero habente patrimonium, vel officiorum. Dico, quòd licet postea obtineat beneficium, & vis præsumat acquisita per Clericum, de bonis Ecclesiæ prouenisse, dicta authen. licentia, & cap. 1. de pecul. cleric. ex illa ratione, quia Clericis prohibita est negotiatio, cap. 1. Ne clerici, vel Monac. & tenentur bona Ecclesiæ augere, cap. 1. 12. qu. 4. ideò acquisita de bonis Ecclesiæ censeantur: sed tamen non procedit in casu supradicto, quia censentur ex proprio patrimonio, vel artificio acquisita, Butr. Imol. Barbat. & omnes Canonistæ in dicto cap. 1. de pecul. clericor. Quomodo autem acquisitum sit diuidendum inter hæredes beneficiati, & Ecclesiam, cuius locum hodie sustinet Camera Apostolica, legendus est Menoch. de arbitr. iudic. Cas. 195. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 53.

Officialis vxor, Vassallus, & socius non censetur de alieno ditati. Cap. III.

QVod ad officialem attinet, is non censetur ditatus de publicis, vel baractariis, Bart. in l. defensionis facultas, vbi etiam Ioannes de Plat. nu. 2. C. de iur. fisci lib. 10. Gulielm. de Cuneo, & Cyn. in dicta authen. licentia, Bald. in l. si defunctus C. arb. tutele, & in l. principalibus ff. si cer. petat. & in l. cum oportet C. de bonis quę liberis. Dec. dicto cons. 6. & 174. in fin. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 28. n. 10. Benuenut. Stracca de mercat. part. 4. n. 37. Niger lib. 1. controuers. controu. 91. num. 3. Iuris præsumptio est contra magistratus pauperes, vnde secundum Arist. lib. 2. politic. c. 9. & 18. & lib. 4. cap. 7. pauperes ad Magistratus eligendi non sunt, nè ob paupertatē venales fiant, & apud Lacedemones, Carthaginenses, & Romanos cōmuni consensu receptum erat, pauperes ad Magistratus non fore eligendos, vt ex multis probat Bobadil. in Politic. lib. 1. cap. 12. nu. 21. Et Lucas de Penna in l. fin. C. de Spectacul. lib. 11. dixit, ob paupertatem eos præsumi tramites iustitiæ deuiare. Pro quo facit tex. in l. 3. ff. de testib. ib. (An locuples, vel egenus sit, nè lucri causa, quid turpe admittat). Propterea de iure communi diuites præferuntur pauperibus in officiis, §. his, qui causas in Auth. de iudic. l. honor. §. de honoribus ff. de muner. & honorib. Andr. de Isern. in c. 1. in verbo primaticus de pace iuram. firmac. Auendad. de exequendi. mand. lib. 1. cap. 19. n. 17. Mastrill. de magistratib. lib. 2. c. 12. n. 21. Et regulariter Magistratus debent habere aliquas facultates l. cuna §. inopes, & l. honor ibi facultates quoque l. rescripto ff. de muner. & honor. l. ad habenda C. de decurion. lib. 10. Santorin. in Authen. de defensor. Ciuit. 8. fin. in Authen. de Iudicib. & Authen. præsides gentium, vbi Alberic. C. de Episc. audien.

Si tamen aliquid cōtra ministros pauperes eorum insurgat, non est præsumendū de bonis dominis, vel de baractariis eos fuisse ditatos. Nam sufficit rationem reddere arbitrio boni viri, Bald. in c. 1. col. 2. de controuers. inter dominum & fidel. & in cle. de cler. qui mercat. fecit. Et, vt optimè inquit, Bald. in dicta lege cùm oportet nō reperiatur in re cautius præsumendum esse eorum officiales effectos diuites. Et sufficit adesse

adesse pœnas à lege inflictas, iuxta textum in l. qui sine vsuris ff. de negot. gest. & l. stipulatio ff. de verbor. obligat. Latè congerit Barbatia, in dicto cap. 1. de pecul. clericor. Sed quia in hac materia, Glos. in dicta l. defensionis facultas, contrarium videtur dixisse, & variæ sunt DD. sententiæ, quos latè refert, Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 52. ideo.

Vera est resolutio, Arbitrio Iudicis esse relinquendum, qui pro qualitate personę, & diuitiarum acquisitarum iudicabit, Glos. notabilis in dicta l. cum oportet, in verbo ex eius substantia, ibi respondet Ioannes pro qualitate personarum, Lucas de Penn. & Rebuffus in dicta l. defensionis facultas, Bart. notabiliter in tract. de duob. fratrib. num. 5. dicit, quod recurrendum est ad coniecturas, quas latè post Menoch. loco citat. prosequitur de Ponte, tract. de potest. Proreg. tit de elect. official. §. 7.

Vxor vero aliquid proprium habens, non censetur ex bonis viri, sed ex *propriis bonis, atque* industria, bona acquisiuisse, *Bald. in* l. cum oportet, num. 12. C. de bonis, quæ liber. &c. & cons. 299. lib. 1. Roman. cons. 159. Alex. cons. 40. lib. 3. & 42. volum. 5. Gerard. de Petra Sancta singular. 99. Et licèt ad euitandum turpem quęstum, lex præsumat vxorem acquirere de bonis viri, l. Quintus Mutius ff. de donation. inter virum, & vxor. l. etiam C. eodem tit. Et procedit regula etiã in muliere adultera, nam non præsumitur acquisiuisse ex adulterio, sed ex bonis viri, l. miles 5. miles ff. ad legem Iul. de adulter. *Bal.* in dicta l. cum oportet, *Barbat.* in dicto cap. 1. de pecul. cler. Anton. Gabriel. comm. concl. lib. 1. tit. de præsumption. concl. 15. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 51. n. 17.

Quod etiam procedit in concubina domi retenta, nam ad instar. vxoris censetur de bonis concubinarii ac quisiuisse, *Bald.* in l. 1. C. de naturalibus liberis, Cremens. singular. 6. Anton. Gabr. & Menoch. locis supra citatis.

Et etiam in vidua, infra tamen annum luctus, si tamen in domo viri remaneat, Alber. in l. etiam C. de donat. inter virum, & vxorem, Crot. in l. frater à fratre, n. 45. ff. de condit. indeb. Ioannes de Garronib. in rubr. C. de secund. nupt. n. 27. Ripa in l. feminę, quęst. 20. C. eod. tit. de secund. nupt. Boer. decis. 81. Bertrand. cons. 193. vol 3, Roland. à Valle cons. 86. nu 46. Gabr. & Menoch. locis citat. Nam vt optimè notat Iacob. Cancer. var. resolut. part. 1. cap. 9. nu. 44. bona mobilia in aliqua domo, præsumuntur esse illius, cuius est domus.

Tamen quando vxor aliquid proprium possidet, cessat præsumptio textus, ex l. Quintus Mutius. Et procedit dictũ, etiam si mulier aliquam artem haberet, nam censentur ex propria arte acquisita, attamẽ quia tenebatur pro viro operari l. sicut ff. de oper. libert. l. assiduis C. qui prior in pignor. habean. ex acquisitis per mulierem, aliquid in beneficiũ viri deducetur pro rata tẽporis. In mulieribus tamen nutricibus alienos pueros lactantibus, minor fiet detractio temporis, quia magis nocte, in qua non tenentur pro viro operari, quam in die, pro alendis pueris vacant, Gerard. dicto singular. 99. Supradicta autem in mulieribus nobilibus non procedunt. Nã non tenentur propriis manibus operari, vt patet.

Id etiã assero in Vassallo, nã non cẽsetur totum id, quod possidet, esse feudale, nec ex feudo acquisiuisse, sed ex propria industria, & dũ reperitur descriptus debitor pro feudali seruitio, sufficit si ostenderit pro quo verisimiliter præsumi potest ad seruiendũ Domino teneri, Andr. de Iser. in c. 1. n. 6. & seq. de cõtrouers. int. mascul. & fœmin. Afflic. ibidẽ n. 27. dicit esse notãdũ. Pro quo etiam Guttier. dicto c. 46. de tutel. n. 23. allegat Catelian. Cottã, Bobadil.

Digitized by Google

& alios, & Menoch. dicto lib. 3. præsumpt. 51. in fine dicit esse notandum.

Quod ad socium attinet, acquisita ab illo, non censentur ex communi quęsita, sed ex proprio. Bald. cons. 497. lib. 4. Anchar. cons. 31. Ioannes de Anan. cõs. 65. in fin. Roman. cons. 291. Alex. cons. 134. vol. 5. num. 6. vbi dicit magis communem opinionem. Facit sextus in l. & magis ff. de solution. l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus ff. de verbor. obligat. Idem probant, Bart. & Bald in l. si patruus C. cõmun. vtriusque iudic. & in l. Titium, & Meuium §. altero ff. de administrat. tut. & in l. 2. vbi etiam Salicet. C. pro socio.

Limitatur tamen hæc propositio, in socio omnium bonorum. Nam etiam simpliciter acquisita, sociis communicantur, l. si fratres ff. pro socio, l. si maior C. famil. Ercisc. l. non ideo, vbi Glos. & DD. C. commun. diuidun. Bartol. in l. cum duobus §. Idem Papinianus C. eodem tit.

Secundo propositio non procedit stantibus coniecturis in contrarium, Bald. in l. cum oportet C. de bon. quæ liber. Alexandr. cons. 82. lib. 2. Aymon. Crauet. cons. 129. 131. num. 12. 191. num. 8. vt puta, quia socius acquirens nihil habebat, præter ea, quæ in communi possidebantur; Grauett. loc. citatis. Et ita intelligendus est Speculator in tit. de iudic. §. sequitur videre nu. 12. & 13 quem sequitur Anchar. cons. 302. num. 9. optimè Mascard. de probat. in verbo pecunia, 1164. num. 7. Tusch. in verbo socius, concluf. 140. Multa enim in beneficium sociorum lex præsumit. Nam post fraternam coniunctionem nulla est maior Sociali. Cicero in oratione pro Quinto Roscio Commodo, ibi si qua enim sunt priuata iudicia, summæ extimationis, & pœnæ dictam capitis, tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ, societatis. Aequè enim perfidiosum, & nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tute'am peruenit, & socium fallere, qui se in negotio coniunxit. Et idem Cicero in oration. pro Sexto Roscio Amerino, in rebus minimis socium fallere, turpissimum est, propterea, quod auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. Ob quam rem socius verberans seruum socij, censetur facere causa emendationis, non vt socio iniuriam inferat, Luc. de Penn. in l. 3. vers. 85. præsumitur de apocis public. lib. 10. Alciat. de præsumpt. regul. 3. presump. 24. facit tex. in l. apud Labeonem §. si communem ff. de iniur. Menoch. de prę sumpt. lib. 5. præsumption. 18.

Sic etiam Socius accipiens bona hæreditatis, non conuenitur actione expilatæ hæreditatis, quia censetur ratione partis suæ, & non malo animo accepisse, l. aduersus C. famil. erciscundæ facit textus in l. merito ff. pro socio, Alciat, & Menoch. locis citat. Et sicut societas, ex coniecturis tacitè censetur contracta, Bart. & Bald. in l. si patruus C. cõmun. vtriusque iudic. Molin. de contract. disput. 421. Sic ex coniecturis iudicandum est. An acquisita à Socio censeantur ex communi, vel ex proprio acquisita.

Vltimo aduertendum est, quòd cum omnia supradicta fundentur in præsumptione, apparente veritate, cessant l. continuus §. cum inter ff. de verbor. obligat. Facit textus in l. Quintus Mutius ibi, vnde demonstrauerit ff. de donation. inter vir. & vxor. Et eo magis in foro conscientiæ. Nam licet regulariter validum sit argumentum à foro exteriori ad interius, Glos. in cap. omnis vtriusque sexus, in verbo ligare, de poeniten. & remiss. in cap. si diligenti, in verbo pacto, de foro competent in cap. 3. de paroch. & in cap. inolita, 11. qu. 1. Sot. in 4. dist. 20. qu. secunda, art. 2. & lib. 4. de iust. & iur. quæst. 5. art. 3. vers. 4. arguitur, & q. 6.

art. 3.

Digitized by Google

art. 3. vers. neque vero, Angel. in verbo culpa s. 6. Rodriq. in sum. n. in verbo restitutio cap. 47. num 4. Tamen quando lex fundatur in præsumptione, non procedit in foro conscientiæ, quia in foro poli attenditur veritas, Syl. in verbo Lex. num. 9. vers. 2. quãdo ius se fundat, Adrian. quolib. 6. Sot. lib. 1. de iust. & iur. quæst. 6. art. 4. & in 4. distinct. 22. quæst. 1. artic. 3. Nauar. cap. 17. num. 284. Couar. in c. cum esses, num. 9. de testamen. Abb. Felin. & Dec. in cap. 1. de constitut. Bald. in L. 1. & in Authen. ingressi C. de Sacrosanct. Eccles.

Vtrum sit Restitutioni obnoxium, quod quis accepit pro actu peccaminoso patrando, vel pro eo, quod gratis tenebatur facere.

Quæst. XV.

AD Primum respondeo, quod acceptum pro actu peccaminoso faciendo est restituendum, Innoc. & Abb. in cap. quia plerique, de immunitat. Eccles. Latè Couar. in cap. peccatum part. 2. §. 2. Medin. C. de restitut. quæst. 20. Nauar. cap. 17. num. 38. cum sequenti, Molin. de iust & iur. disputat. 88 & 92. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 14. dubio 8. Ratio est, quia culpa inuendibilis est, & merces iniquitatis, omnino est restituenda, secundum Diuum Augustinum in Epistol. ad Macedon. de qua in cap. non sanè, 14. quæst. 5. Deficit etiam titulus: qui enim ob maleficium aliquid accipit, sine titulo possidet: quia maleficium, titulum non præstat, l. iuris gentium §. si ab maleficium ff. de pactis, l. generaliter ff. de verbor. obligat. l. pacta C. de pac. Intelligitur autem conclusio, se clusa omni alia ratione, vel titulo. Nam actus peccaminosus, licet in se non sit pretio æstimabilis, ratione tamen periculi, vel laboris, vel delectationis illius, ob cuius gratiam fit, recipit æstimationem, D. Thom. vbi etiam Caiet. 2. 2. quæst. 32. art. 3. ad secundum, & quæst. 62. art. 5. ad 2. Adrian. & alij, quos refert, & sequitur Molina de iust. & iur. disputat. 88. 93. & 94. Idcircò, acceptum pro homicidio patrando, vel pro iniusta sententia ferenda, non est restituendum D. Anton. Syl. Couar. Caiet. & Nauar. quos sequitur Less. dicta dub. 8. num. 56, & Molin. disput. 88. Licet multi contrarium teneant, & est probabilis opinio secundum Less. loc. citat.

Ampliatur supra firmata conclusio, vt non solum procedit attento vire naturæ, sed etiam positiuo, quando tamen expressè non impeditur translatio dominii: prout regulariter est in iudicibus, qui prohibentur sub poena, munera recipere. Nam quando lex prohibet actum, & addit poenã. actus sustinetur, & dominium transfertur, sed poena debetur. Syl. in verbo lex, quæst. 28. Less. & Nauar. locis citat. Ioannes Andr. in cap. sicut ne cler. vel monach. Cardinal. & Abb. in Clement. 1. de rescript. Felin. in cap. 2. de testib. Suar. de legib. lib. 5. cap. 25. nu. 4. Licèt contrarium sit in Iudice delegato à Summo Pontifice, cap. statutum, §. insuper, de rescript. in 6. vbi omnino debet realiter restituere, nec sufficit condonatio.

Secundo ampliatur, vt post crimen cõmissum, licito iure possit peti promissa quantitas. Nam licèt conuentio fuerit peccaminosa, & illiusmet speciei, pro vt ipsa res turpis erat, & id. circò inualida, ex dicta l. generaliter, & ex dicta l. pacta, patrato tamen crimine, nulla est deformitas in pętendo promissum, quia petitur pro labore, vel periculo. Nec nouum peccatum com-

Digitized by Google

committitur, quia poterit assassinus dolere de assassinio, quatenus Dei, & proximi offensa est, & promissa petere in pretium sui laboris, & periculi. Optimè Molin. Less. loc. supra citat. Licet Nauar. in dicto cap. 17. num. 40. vers. 6. infertur aliter teneat. Nam licet promittens ante factum potuisset se pœnitere, rescindendo promissionem, patrata tamen actione tenetur, & soluta non erit restituendum, non ex ratione Nauar. loco cit. quòd quando turpitudo est ex vtraque parte restitutio est facienda pauperibus de consilio, sed ex eo, quia iustè retinetur pro periculo, & labore in ipsa actione peccaminosa. Nec tenet ratio Nauar. quòd ex eo, quòd à principio actus non valuit, quia peccaminosus, idcircò non potest exigi absque culpa. Nam non tenet consequentia, ex eo, quia non exigitur pro actione ipsa, sed pro labore, & periculo.

Tertio ampliatur, vt suppositâ contraria opinione pro actu peccaminoso fore restituendum, id procedat post Iudicis sententiam, etiam attenta dispositione legis positiuę, si tamen dominii translationem non impediat. Est cõmunis opinio, quam post Nauar. Sot. Medin. & alios probat relati à Sayr. in claus. Regia lib. 10 tract 5. cap. 2. num. 25. Less. & Molin. locis citat. Ratio est, quia pro datis ob turpem causam, conceditur repetitio, toto tit. ff. & C. de condict. ob turpem causam; non tamen impeditur translatio dominii; idcircò expectanda est Iudicis sententia. Hinc obiter nota, maximam esse differentiam inter obligationem restituendi, descendentem ex capite rei acceptę, & inter descendentem ex capite malę acceptionis. Nam quando restitutio est facienda ratione rei acceptæ, nulla est expectanda sententia, sed statim facienda est restitutio. Quando vero, ratione malę acceptionis, requiritur sententia auocatoria dominii. Ratio est, quia in capite malę acceptionis semper adest titulus naturalis, qui quoadusque per sententiam non destruatur, facit, vt licitè retineatur, etiam quod peccaminosè fuerit eius receptio, colligitur ex Molina dicta disput 89. &c.

Quoad secundum, dico, restituendum esse, quod quis accepit pro eo, quod tenebatur gratis facere cap. non sanè, 14. quæst. 4. l. fin. ff. de condit. ob turp. caus. Est communis opinio omnium apud Nauar. cap. 17. num. 33. Couar. in reg. peccatum §. 2. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 14. dub. 9. Hinc est, quod acceptum à Iudice, vt iustam sententiam ferat, vel nè iniustam ferat restituendum est danti. Ratio est, quia tantum est turpitudo ex parte recipientis, & non dantis, c. dilectus, vbi Glos. de Simon. cap. prohibeas de magistrat. Sot. Med. & alii. Si tamen conuincatur aliquis, quod Iudici donauit, quia lex præsumit animo corrumpendi donasse, sententiam nulla erit, l. venales C. quando prouoc. non est necess. cap. cum ab omni specie mali, vbi Abb. de vit. & honest. cler. Et acceptum à Iudice, fisco erit restituendum l. 3. ff. de condit. ob turpem caus. Hoc autem procedit in foro exteriori, quod iniuriæ præsumptioni, & post sententiam declaratoriam litigantem corrupisse Iudicem, Molina loco cit.

Ampliatur supra firmata cõclusio, etiam si in gratiam alicuius aliquid recipiatur pro faciendo id, quod quis tenetur gratis facere. Probant supracitati Nauar. Mol. & Less. Nec obstat, quod supra conclusum fuit ex D. Thom. & aliis, acceptum pro re peccaminosa in gratiam alicuius facta, vel facienda, non esse restituendum. Nam in multis differunt, accipere pro eo, quod quis tenetur gratis facere. Prima differentia est, quia in accepto, pro facinore faciendo est turpitudo ex vtraq; parte, cap. dilectus de Simon. In accepto pro eo, quod quis tenetur gratis facere,

Digitized by Google

cere, est tantum ex parte recipientis. Secunda accipiens pro facinore, nullo iure tenebatur committere delictum, & in gratiam dantis committit, quod secus est, in eo qui tenetur facere. Tertia acceptum pro facinore, liberè, & sponte datur, quod non est, quando datur pro eo, quod quis tenetur facere. Nam certè non daretur, nisi esset dubium, quod quis propriam obligationem non adimpleret, & sic ex parte dantis adest inuoluntarium mixtum, quod facit locum restitutioni. Quarta accipiens pro eo, quod tenetur gratis facere, dum proprium exequitur officium, nullũ periculum, nullumque extraordinarium laborem subit; imo taxatã mercedem, atque condignum suo officio stipendium recipit. Accipiens vero pro facinore faciendo, vltra laborem, & periculum, ad multa ipsa manet obligatus, cùm iure naturæ, quilibet delinquens obligetur ad poenam. Quare non tenet consequentia, accipiens pro facinore faciendo in gratiam alicuius, non tenetur restituere, ergo nec etiam is, qui gratis tenetur facere, & aliquid recipio, vt in gratiam alicuius faciat.

Fallit suprà firmata conclusio. Primo si pro extraordinario labore reciperet, ad quem non tenebatur, Less. loc. cit. num. 64.

Secundo fallit, stante probabili opinione ex vtraque parte. Nam cùm Iudex possit quam vult eligere, iuxtà regulam, quòd in paritate melior locus est gratificationi, Glos. in c. cum autem, vbi Ioannes Andr. & Abb. de rescript. prohibet ab omni re etiam tradũt Vasquez de diuin. primogenit. qu. 17. opinione 20. num. 3. & 4. Barbos. de offic. Episc. ad legat. 72. num. 199. licitè accipiens ob eam in gratiam vnius, probabilem illam opinionem, alia spreta sequitur. Less. loc. cit. num. 64. Hoc autem totum non est, quia quãdo electio fit ex necessitate, vt est in casu iudicis, turpiter accipitur pro electione faciendã, l. vnum ex familia ff. de legat. 2.

Tertio fallit, quando libere donatur, nõ in pretium actionis ex iustitia debitæ, sed per modum allicientis, disponentis, vel inuitantis ad actum faciendũ: tunc enim licitè retineri posse defendunt Adrian. Io. Med. & alii, quos sequitur Sayr. in clauis. reg. lib. 10. tract. 5. cap. 2. num. 24. Less. loco cit. Mol. disputat. 93. Ratio est, quia ex ea natura nulla est deformitas, dum quis liberè sua donat alteri, sub conditione nè malum faciat, vel vt in faciat, ad quod tenebatur: imo laudabilis est talis donatio, cap. penul. 23. quæst. 4. Nam eti in licita esset ex parte accipientis, qui donatum libere acceptat, non in pretium operis, ad quod tenebatur, sed vt alliciantur ad id faciendũ. Et propterea omnes supra citati cõcludunt, licitè retineri donatum à patre filio, vt Sacramentis vacet, vt malas conuersationes deserat, vt aliquis efficiatur Christianus &c. Latè Molin. loco citat. conc. 4. Sic etiam dicendum erit, & in Iudice, vt iustam sententiam proferat. Hoc autem procedit ex natura rei, secus tamen de iure positiuo, quia prohibitum est, & optima ratione. Sic etiam donatum alteri, vt alliciatur ad mutuandum vsura non est, & si alias donaturus non esset, Molin. loco cit.

Hæc autem quæ dicta sunt, vt quando per modum allicientis dabur, non sit restituendum, in praxi maximam habent difficultatem, & in actu practico facilè confunduntur animus alliciens ad aliquid faciendum, & actus ipse, qui fit. Et legaliter loquendo, idem est faciendum iudicium de actu ipso, & de præparatoriis ad actum, l. oratio ff. de fideic. Si enim pro actu ipso, non potest recipi, ergo nec etiam pro dispositione animi ad faciendum, & prohibito principali, censetur prohibitum omne id, per quod ad id peruenitur.

Digitized by Google

uenitur, sicut prohibito matrimonio, etiam sponsalia sunt prohibita.

Ampliatur secundò, vt quę dicta sunt de accepto pro opere debito ex iustitia, procedant etiam, in accepto pro operibus debitis ex lege charitatis, vel alterius virtutis, Nauar. dicto cap. 17. num. 33. Med. Couar. P. Nauar. Aragon. Molin. & alij relati à Sayr. loco citato num. 22. & à Less. num. 64. licèt contrarium multi teneant, nempè Sot. Ledesm. & alij. Ratio est, quia debita ratione alicuius virtutis, regulariter non fit pretio æstimabilia, & censetur inuoluntariè datum, id, quod pro eo datur, quod quis in proximi beneficium ex lege charitatis tenebatur facere. Et licèt Sot. & Ledesm. dicant, quòd ex eo, quod in gratiam dantis fit, iuxtè accipitur, ac retinetur, sicut in eo, qui pro facinore patrando accipit. Ad hoc tamen supra responsum est, dum varias differentias attulimus inter vtramque acceptionem.

Limitatur hęc ampliatio secundum supraciatos authores, non solum, quando per modum allicientis datur, vel pro extraordinario labore, sed etiam, & hoc est notabile, quando datur pro illis actionibus, quę tantum in commodum facientis cedunt, non autem alterius proximi, vt. vt Christianus fiat, vt non blasphemet, vt Sabata sanctificet, &c. Ratio est, quia censetur gratuitò, & liberè donatum. Non enim creditur, dantem voluisse emere actiones, quę in sui commodum nõ cedunt, sed tantum in commodum recipientis: idcircò tanquam liberè donatum, non est restituendum Per. Nauar. de rest. lib. 4. cap. 2. num. 100. Less. loco cit. num. 7. latè Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 39.

Vltimo notandum est, quod in omnibus supradictis casibus, non est facienda statim restitutio, sed expectanda iudicis sententia Nauar. dicto num. 33. Sot. Medin. & alij relati à Sayr. d. nu. 25. Mol. disput. 88.

An possit cogi actor ad deponendum vti principalis super positionibus rei.

Quæstio XVI.

EX lege, si actor, vbi *Bart.* & alii, ff. de procurat. habemus, quod sic. *Et licet possit quis, regulariter, per procuratorem comparere, l. fin. C. de procurator. & etiam respondere positionibus, siue articulis à parte propositis, dummodo procurator habeat speciale mandatum, cum quo potest in animam sui principalis iurare, cap. fin. de iuram. calumn. in 6 Thesaur. decis. 17. extat Ritus M. C. Vicarię 70. vbi Carau. num 6 Si tamen pars instat, vt principalis deponat, tanquam legalior, vt inquit Glos. in dicta l. si actor, vel tanquam magis informatus de veritate, omninò tenetur respondere Speculator in tit. de positionib. §. 6. num. 18. probat etiam ritus Mag. Cur. 79. Ratio est, quia melius est habere vocem domini, quam ministrorum, & dulcius, ac copiosius bibitur in fonte, quàm in riuulis. capit. ieiunium 77. distinct. Bald. in cap. quia propter, de fide & Boer. in tract. de auctorit. magni Consilii, par. 2. in 1. addit. num. 156. vers. nam dulcius. Articuli verò, seu positiones, colligi debent à libello, & de quolibet membro libelli conficiendus est articulus, Bald. in l. vnica col. 3. vers. nunc venio, ff. si certum petat. Specul. in tit. de positionib. §. 5. num. 11. Et est menti tenendum, cap. quia ex articulis, & probationibus, sententia profertur, vt ex eis. 88. Articulis verò, siue positionibus respondendum est, per verbum credo, & non-*

non credo, vt ex Pragmatica 8 sub tit. de ordine iudiciorum. Ratio est, quia positiones, siuè articuli, fiunt ad finem releuandi ab onere probandi. Idcircò Regia Pragmatica mandat, per verbum, credo, & non credo: talis enim responsio releuat ab onere probandi, cùm pars credat posita, seu articula, ita esse, Bald. in l. 2. §. quod obseruare C. de iuram. calum. Nam licet aliud sit, aliquid sic, esse, & aliud credere, quòd ita sit, talis tamen credulitas partis licèt litem non dirimat, releuat tamen aduersarium ab onere probandi. Latè Carau. in ritu 70. n. 5.

Supradicta procedunt in causis Ciuilibus tantùm, nam in criminalibus, non fiunt articuli à parte parti, videlicet ab accusatore, reo, Innoc. in cap. dudum, de elect. Bald. in l. nullus C. de exhibition. reor. sed Iudex interrogat reū, qui debet respondere de veritate, & non de credulitate, Bart. in l. inter omnes §. rectè ff. de furt.

Actore autem recusante respondere positionibus rei, terminus datus in causa, Bald. in l. quandiu ff. de acquirenda hæred. & in l. 1. C. de iuram. calum. Carau. ritu 69. num. 5 Idcircò praxis inoleuit, quòd statim dato termino in causa, actor offerat eius depositionem. Reo vero renuente deponere, facta trina monitione, & præcepto, quod deponat, habetur pro confesso, prout de rerius, l. Senatus §. quòd si tribus ff. de iure fisci, Felin. in cap. excommunicationes col. 1. de hæretic. Alex. cons. 137. vol. 2. & sic sublata est pœna, de qua loquitur Regia Pragmatica 8. sub tit. de ordine iudicior. quia mulctabatur reus recusans respondere articulis, seu positionibus actoris, Carau. loco. cit. Et ab hoc decreto, quòd habeatur pro confesso, prout de rerius, non datur appellatio, vt idem Carau. probat.

Quando vero aliquis est examinandus, vti principalis, licèt de iure cómuni, & de iure Cōstitutionum Regni, posse petere tempus ad respondendum, cum consilio Aduocati, l. si postulauerit §. quæstioni ff. de adulteris, & habetur in Constitutione Regni, Partes, vbi Affict. in 2. notab. nu. 8. & secundū Bart. in dicto §. quæstioni; quando examinandus esset simplex, posset non solum esse præsens aduocatus, sed etiam pro ipso respondere, consentiente tamē Iudice, Hostiens. & Imol. in c. dilecti, de iudic. Abb. in c. pastoralis, eodem tit. Andr. de Isern. in constit. Reg. Partes. Hodie vero in hoc Regno seruatur ritus Magnę Cur. 79. per quem statuitur, quòd absq; consilio aduocatorum, statim sub silentio respondeat. Et sic in parte derogatur Pragmaticę octauæ de ordine iudic.

Sed hic quęritur, pro foro conscientiæ, an si examinandus consulat super responsionibus cùm aduocato peccet. Et dicendum est, quòd non. Ratio est, quia ritus M. C. 79. prohibet consiliū aduocatorum, ne examinandus captiosè respondeat, & secreto requirit examen, vt examinandus sincerè veritatem dicat, & sic fundatur in præsumptione. Sed lex, quæ fundatur in præsumptione, non obligat in foro conscientię, in quo veritas attēditur, Syl. & alii in verb. lex Idcircò consulens aduocatum, non ad tegendā veritatem, sed ne decipiatur, nullo modo peccat, sed vtitur vire suo. Nec est contra mentem Ritus. Sicut in simili. Minor examinandus per verbum credo debet id agere, cum assistentia tutoris, vel curatoris, l. certum §. in pupillo ff. de confessis, Rebuff. in tract. de respon. per credo, in prine. n. 7. Carau. dicto Rit. 79. num. 5.

Aduersus autē principales, examinatos per verbum credo &c. Si falsum dixerint, licèt quoad Deum peccent, ex violatione iurisiurandi, non tamen habet locum pœna Constitutionis Regni, lata contra falsarios, quę est amputationis manus, vt in Constitutione Regni, Eos: sic probant Ioannes

Digitized by Google

de Amicis cons. 109. num. 27. Caravit. loco citat.

A. autem cedens, citatus à cessionario, vt veniat ad deponendum, vti principalis, possit ad hoc cogi, est materia textus in l. fin. C. de procurator. Et communis est resolutio, quòd quando agitur de commodo, vel incommodo cedentis, potest cogi ad deponendum. Quando verò de commodo, vel incommodo cessionarii, nullo pacto cogi potest: Cyn. in dicta l. fin. num. 2 Bald. ibidem num. 4, vbi etiam Paulus de Castr. num. 4 Ioannes Faber. num. 39. vers. non nunquam Tiraquell. de retractu lignagi, glos. 2. §. 2. nu. 14. Mascar. de probation. conclus. 1357. num. 18. Et ita practicatum vidi in causa D. Hortilii Vrsini, referente Consiliario de Ianuario.

Aduertendum est etiam, quòd quando proponitur articulus, siuè positio, in qua veritas asseritur, cum admixtione tamen alicuius mendacii, potest examinandus dicere, & respondere, quòd non credit, vt ponitur. Et hæc est communis praxis respondendi. Et fundatur in Glos. in cap. cui de non Sacerdotali, deprehend. in 6. quòd petenti plus debito, potest totum debitum denegari. Sic, & in articulo vero habente admixtam aliquam falsitatem, vt possit denegari eo modo, vt ponitur. Latè probat Couar. lib. 1. variar. resolut. cap 2. num. 5. vers. in oppositam sententiam. Probat etiam Surdus cons. 423. vol. 3. Licèt contrarium probet Morla in Emporio iuris, lib. 1. tit. 8. quæst. 14. Legendi Pacianus de probation. lib. 1. cap. 19. & Guttier. lib. 1. pract. quæstionum cap. 60. & 61.

De Actis Iudiciariis, & Actuariis.

Quæst. XVII.

De Fide Actorum. Cap. I.

ACta facta in vno Iudicio, non faciunt fidem in alio nisi inter easdem personas citatas tantùm, l. cum antea §. fin. vbi Glos. in verb. iudicis C. de arbitr. l. iubemus C. de liberal. caul. Et ideò, acta facta in iudicio sũmario, non probant in Iudicio plenario, cap. veniens, de testib. late Tuschus in verbo, acta concl. 33. Et acta facta coram arbitro, non probant coram Iudice, cap. præsentata, de testib. Latè Marius Antonin. var. resolution. lib. 1. resolut. 32. Nisi fuerint arbitri necessarii ex vi statuti, prout est in hoc Regno, in quo est Pragmatica 12. sub tit. de arbitr. incipiens. Odia litium, per quam mandatur, omnes controuersias præter liquidas inter consanguineos infra quartum gradum, compromitti, Blasc. tract. de arbitr. quæst. 8. num. 24 tradunt Canonistæ in dicto cap præsentata. Item, acta facta coram Iudice sæculari, non probãt coram Ecclesiastico, cap. at si clerici, vbi omnes Canon. de iudic. Et propterea Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui fabricato à sæculari, quando remittitur sibi Clericus vna cum actis, Angel. in l. 1. num. 3. ff. de confess. Felin. in cap. qualiter, & quando, il 2. de accusationib. Garzias decis. 2. Valascus decis. 65. Vnde debet de nouo inchoare processum. Ruinus cons. 7. num. 6. vol. 5. Henricus cons 91. num. 6. Baiard. ad Clar. quæst. 36 num. 53.

Aduertendum tamen est, quod supradicta procedunt, quando agitur de cõdemnando Clerico; non autem de interro-

Digitized by Google

interogando, Calderin. conſ. 12. de iudic. Et propterea in curia Archiepiſcopali Neapolitana inoleuit vſus, quòd remiſſo clerico à M. Curia Vicariæ vna cum actis, non inſtituitur nouus proceſſus, ſed teſtes examinati à Iudice laico, repetuntur in faciem clerici inquiſiti. Ratio eſt, quia acta facta coram laico, deſeruiunt ad informationem, & inſtructionē Iudicis Eccleſiaſtici, Bald in Authen. clericus C. de Epiſcop. & Cleric. Lanfranch. deciſ. 399. Suar. in praxi to. 2. prælud. 2. nu. 12. Et etiam deſeruiunt ad aliqualem probationem, Bald. in l. eos, §. ſuper his, C. de appellat. Genuenſ. in prax. cap. 6. nu. 2. Ricc. deciſ. 228. 1. part. Proſunt etiam acta facta à Iudice laico coram Eccleſiaſtico, in caſu, quo Clericus remiſſus, fuiſſet per prius confeſſus delictum coram laico; nam tunc etiam per torturam poſſet cogi ab Eccleſiaſtico ad perſeuerandum in confeſſione, Aretin. & Dec. in dicto cap. at ſi clerici, Suar. Genuenſ. & Ricc. loc. cit. vide ad materiam, latè Ricc. deciſ. 136. in 4. part. Et in tantum requiritur citatio partis, ad hoc, vt acta facta in vno iudicio faciant fidem in alio, quòd ceſſante partis citatione, non poteſt Iudex ſupradictis actis fidem adhibere, cap. cauſam, quę, vbi latè Felyn. de teſtib. Carauit. rit. 241. latè Maſcard. de probation. conſ. 33. Ratio eſt, quia eſſet ſupplere de facto, quod non poteſt Iudex ſupplere, cum tantùm in his, quæ iuris ſunt poſſit, l. vnica, C. vt quæ deſunt aduocatis part. Iud. ſuppl.

Et in omni caſu, quo acta facta in vno iudicio in alio fidem faciunt, ſemper intelligitur, ſi acta reproducãtur, Bartol. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 32. ff. de acquiren. poſſeſſ. Senatus Pedemontan. deciſ. 1. num. 40. Rota deciſ. 445. parte prima, latè Mareſcottus var. reſolut. lib. 2. cap. 107. Nec ſufficit coram Notario, & teſtibus exhiberi, ſed coram Iudice debent reproduci, c. accepimus, & cap. cum contingat, vbi Gloſ. de fide inſtrument. Nam aliàs Iudex non poſſet credere, nec iudicando rationem aliquam habere, c. cum dilectus, de fide inſtrument. Bald. in l. ordinarij, col. 4. C. de rei vendicat. l. 2. vbi Dec. num. 33. C. de edendo, Matthesilan. ſingul. 160. Alexand. conſil. 82. lib. 1. latè Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 1. num. 5. Tuſch. in verbo acta, concluſ. 71. Et hæc reproductio, etiam in cauſis ſummarijs, & vbi agitur manu regia, & ſummarie, & de plano, facienda eſt, Bar. in extrauag. Ad reprimendum, in verb. de plano, nu. 3. Aretin. in cap. dilecti, de iudicijs, Mareſcottus loco citat. num. 12. Et in hoc Regno tũc propriè fit reproductio, quando non ſolum verbo allegantur acta in alio iudicio facta, ſed præſentatur copia ipſorum, Carau. d. ritu 241. Et poteſt pars aduerſa petere terminum ad impugnandum, vt ex Bart. loco citat. & hæc eſt communis praxis. Si verò acta, quæ reproducuntur, ſunt teſtium depoſitiones, poteſt is cõtra quẽ producuntur inſtare, quòd denuò examinentur, l. fin. C. de teſtib. Si tamen teſtes mortui eſſent, omninò depoſitionibus illorum ſtandum eſt, Gloſ. notabilis in dicta l. cum antea, §. fin. in verbo iudicijs, C. de arbitr. Probant Felyn. Carau. & Mareſcott. loco citat.

Quænam Acta, Iudiciaria dicantur, & cuius ſit ea conſeruare. Cap. II.

IN duplici differentia ſunt acta iudiciaria, ſecundum Bartol. in Rubr. ff. iudicat. ſolui, & Bald. in

Digitized by Google

l.2.C.de edendo,& in l.properandum, C.de iudicijs. Alia sunt litis ordinatoria,videlicet libelli oblatio, citatio, & fidciussorum dàtio, l.sicut proponis,C.de exequut.rei iudic.Innoc.in cap.causam, de testib.Alia decisoria,seu ad decisionem causæ pertinentia:vt sunt cõfessiones,attestationes,& similia, l.in bonis, C. de liberal. causa,& l.cum antea,§.fin.C.de arbitr. An autem appellatio sit de ordinatorijs, dubium est, & fuit decisum à Rota Romana,esse de ordinatorijs Acchill.de Graff.decis.12.sub tit. de appellat. Et propterea seruandus est stylus Tribunalis, vbi litigatur, iuxta tradita per Dec. in cap.Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, §.42. de constitution. Iason in l.cunctos populos, C.de sum. Trin. & fide cathol.Ricc.1.par.dec.273.

Hæc resolutio maximè deseruit,nam Clericus litigans coram laico tenetur obseruare ordinatoria Iudicij,& ligatur stylo,consuetudine, siue statuto circa ordinatoria iudicij.Est communis opinio,de qua per Dec. & Felyn.in d.cap.Ecclesiæ Sanctæ Mariæ.Idcircò si in aliquo Tribunali adesset statutum, quod non admittatur appellatio, nisi soluta certa quantitate,vel,nisi facto depositò, vtique clericus teneretur, ex quo appellatio est de ordinatorijs.

Scripturæ etiam, quæ fiunt coram Iudice, & scribuntur per Officialem, seu Actuarium ad hoc deputatum, dicuntur acta iudiciaria, l.in fundum.§.quoties, vers.commentarienſ. ff. de iure fisci, l.præcipimus,C.de appellation. Et sic videtur,quòd duæ personæ requirantur ad acta constituenda, videlicet Iudex,qui authoritatem præstat, & Actuarius, qui ex officio scribit,Paulus de Castr.in l.acta, ff.de re iudicata. An autem vnus ex Iudicibus possit scribere acta, & sic fungi officio Actuarij,& tanquam Iudex authoritatem præstare,iuxta textum in l.si consul,ff.de adoption. & in l. iubemus, C.de sacrosanct.Eccles. Vera resolutio est,quòd non.Paulus de Castr.in in d.l.acta. Imò acta sunt nulla, Guazzinus ad defensiones,defension.20. cap.14. num.3. Nam in omni iudicio,siue ordinario, siue delegato,semper publica persona eligenda est, ad acta conscribenda:& ipsa deficiente,duo viri idonei eligendi sunt, ad vniuersa iudicij acta fideliter conscribenda, cap. quoniam contra, de probation. Et Notarij electio est illius speciei iurisdictionis, cuius est causa,Gramm.conſ.66. num.5.in ciuilibus, Purpur.conſ.493. nu.2. Cancher. var.resolut.par.2.cap.2. num.55.cum seq.

Spectat ad Actuarium, acta conseruare, cap. quoniam contra ibi (ita quod originalia penès scriptores remaneant) de probation. Ratio est, vt possit perpetuò constare de iustitia sententiæ;nã eo ipso,quòd sententia non iustificatur ex actis, dicitur constare de notoria ipsius iniustitia,nam Iudex non potest in iudicando aliunde moueri, quàm ex actis; & quæ sunt extra acta dicuntur esse extra mundum, Paul. de Castr. in l. ait Prætor, §. si iudex,vers.& probo,ff.de re iudicat. latè Gratian. discept. forens. cap. 725.nu.33. & seq.

Et licèt textus in cap. fin. de probation.ibi(cum acta originalia dicãtur apud priores iudices remansisse)videatur probare,quod acta debent conseruari penès Iudices. Respondetur, ibi, Summum Pontificem factũ retulisse. Vera enim est opinio apud Actuarios conseruanda esse acta: nam hoc ad suum officium pertinet,& in sui creatione

Digitized by Google

ne iurat fideliter conseruare, Hostiens. & Abb. in cap. sicut, Ne cler. vel monac. &c. & probat text. in cap. ad audientiam, ibi (cum iuratus fuerit officium suum fideliter exequi) de probationib. contrarium tamen obseruatur. Nam finito officio, consignanda sunt acta in publico archiuo. Probat textus in §. & iudicare, & in authent. de defensor. Ciuitat. Et in hoc Regno extat Regia Pragmatica, & etiam Ritus Magnæ Curiæ, vt per Carauit. rit. 26. & etiam de iure, Actuarij Communitatum, Episcoporum, vel Rectorum, qui alijs præsunt, tenentur finito officio relinquere acta in camera officij, quod gesserunt, Ioānes Andr. in d. cap. quoniam contra, & ibidem Abb. num. 4. Felin. num. 9. & probat textus in cap. ad audientiam, ibi (quia cum fuerit in camera nostra reperti) & ibi (cum iuratus fuerit officium suum fideliter exequi) de præscript. Et sic vtrumque probatur, videlicet de consignatione scripturarum in camera officij, & de iuramento fideliter exequendi officium, vt optimè aduertunt, Hostiens. Abb. & Felin. locis citat. Multum enim iuuat scripturas in archiuo conseruari. Nam scriptura in archiuo reperta, fidem facit cap. cum causam, vbi omnes Canonistæ, de probation. & cap. ad audiētiam de præscript. ibi (instrumento non habente subscriptionem, ex archiuo tamen desumpto creditur) cap. peruenit 30. quæst. 1. §. illud in authent. de his, qui ingrediuntur ad appellandum, authent. ad hoc, C. de fide instrum. Glos. in dicto cap. cum causa, in verbo, per libros atiquos.

Et licet de iure communi, finito negotio per sententiam, possunt acta comburi ex consensu partium, & iudicis authoritate, l. acta, vbi Bart. & alij, ff. de re iudic. ex ea ratione, quia nulli fit præiudicium. Hodie tamen non procedit. Nam interest, processus, & acta conseruari, §. & iudicare, in authent. de defensor. Ciuit. Carau. loco citat. & rit. 96. Et sicut de iure communi antiquo, processus in materia infamatoria, non poterant comburi, Ioannes de Imol. in d. l. acta in fin. quia publicè interest infames sciri, l. 1. ff. de his, qui notan. infam. & acta iudiciaria faciūt notorium, cap. olim, de verb. significat. Innoc. in cap. per tuas, de testibus. Ita hodie, communi vsu acceptum est, acta iudiciaria, & processus conseruari, & in facto respondi, actuarium consignantem processum parti post decretum liberationis, peccasse mortaliter, & contra proprium officium.

Quinam possint exercere munus Actuarij, ac de eius officij duratione, & delicti ab eo patrati cognitione. Cap. III.

NOn potest quis esse actuarius in propria patria, sicut, & cæteri officiales, Afflict. in Constitut. Regni, Iustitiarij per Prouincias, in primo notab. & in Constit. Regni, Magistri Camerarij in 9. notab. Caccheran. decis. 268. Franch. decis. 98.

Corrumpens actuarium, punitur eadem pœna, qua corrumpens Iudicem, Paris de sindicatu, in verbo corruptio, Franch. loco citat. Ratio est, quia actuarij, multum possunt nocere in capiendis informationibus. Item, & officialium appellatione veniūt actuarij, Frāch. loco citat. & decis. 406. nu. 4. Carau. rit. 49. num. 12. Fuisse multo-

ties

Digitized by Google

ties decisum in Sacro Consilio, refert Amendola ad Franch. decis. 98. vbi etiam agit, quando aliquis de vniuersitate, licèt non possit esse Capitaneus, saltem possit esse Locumtenens, & quanto tempore.

Actuarius Episcopi, mortuo Episcopo amittit officium, Afflict. decis. 101. Restaurus de Imperator. eligendus quæst. 114. vers. secunda facie, Franch. decis. 165. Idem est in omnibus, qui aliquod officium obtinent, ab eo, qui propriè non est dominus, sed ad vitam aliquid possidet. Nam resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, l. lex vectigali, ff. de pignoribus, sic in specie respondit Ioannes Faber in §. item si ad hoc, Institution. de mandat. Angel. in eodem tit. in §. redde.

Seruiētes curiarum, & actuarij si delinquant, cognoscendi sunt à curia, in qua seruiunt. Innocent. in cap. dilect. de pœnis, vbi Abb. Alberic. in l. causæ, C. de offic. rector. prouinc. Boer. decis. 9. Andr. de Isernia, in Constitut. Regn. Magistri iustitiarij, Franch. decis. 407. num. 4. Quid autem dicendum de laico notario, vel cursore Curiæ Ecclesiasticæ, nempe si delinquat, à quo Iudice sit cognoscendus, & Carauit. loco supra citat. num. 24. tenet puniendum esse à Iudice laico: ex eo, quia, Ecclesiasticus est Iudex incompetens laicorum, cap. si clericus, cap. licet, & cap. ex tenore, de foro competen. cap. nouit, de iudic. Alij tenent, quòd si delinquat in officio, cognoscendus sit à Curia, in qua deseruit. Refert multos id tenentes, Guazzin. ad defensiones, defens. 20. cap. 9. num. 24. Alij tamen tenent, quòd quomodocūque delinquat, cognoscendus sit à Iudice Ecclesiastico. Probari potest hæc opinio, quia notarij, & curiales Principis, gaudēt priuilegio Principis, l. 2. vbi Glos. & DD. C. de Episcop. & cleric. Dec. in l. scriniarios, C. de testament. milit. sed Episcopus dicitur Princeps, Clemēt. 1. §. nec super, de pœnis, Sbrotius de offic. Vicar. in proœm. n. 8. Turret. cons. 80. num. 4. vol. 1. Et Notarius dicitur de familia Episcopi, cum is dicatur esse de familia, qui ad aliquod officium deputatus est, l. fin. C. de proximis sacror. scrinior. lib. 11. Bart. in l. 1. §. familiæ, num. 5. ff. de publican. & vectigal. latè Mascard. de probation. conclus. 756. Et licèt familiaris, is propriè dicatur, qui est commensalis, & dentibus inseruit, cap. fin. de verbor. signific. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 23. num. 6. etiam is, qui non est commensalis dicitur de familia, licèt non sit familiaris, latè Marius Antonin. lib. 1. variar. resolut. resolut. 75. & textus in dicto cap. fin. procedit in materia reseruationis beneficiorum, Gomes. in regul. Cancell. de impetrand. beneficijs vocāt per obitum Cardinal. & familia Episcopi gaudet priuilegio exemptionis, cap. fin. de offic. Archidiac. Capyc. decis. 21. Thesaur. decis. 22. nu. 4. & 6. Afflict. in Constitut. Regni, de illicita portat. armor. num. 7. Farinac. qui testatur de communi, de inquisitione quæst. 8. num. 6. Marius Anton. & Guazzin. locis supra citat. Latè ad materiam Barbosa de offic. Episcop. allegat. 107. nu. 9. & seq.

De taxa ab Actuarijs seruanda. Cap. IV.

TEnentur obseruare taxam in exactione salarij pro scripturis, cæterisque concernentibus ad ipsorum officium. Hoc non solum est

Digitized by Google

est de iure communi, probat text. in §. sed hodie, vbi Bald. & Paul. de Castr. C. de Episc. & cleric. qui dixerunt, quòd etiam à sponte dãtibus non possint supra taxam recipere, probant Mathesilan. q. 18. num. 4. Misinger. obseru. 75. centur. 2. Rouit. in Pragm. 38. de offic. Magistri Iustitiarij: sed etiã in hac Ciuitate est taxa Excellentiss. D. Petri de Toledo huius Regni Proregis in anno 1532. renouata ab Excellentissimo Don Perafan de Ribera in anno 1559. Habetur inter Pragmaticas in titul. de officio Magistri Iustitiarij, in anno 1585. imponitur pœna corporalis Actuarijs, & scribis, exigentibus vltra taxam. Habetur inter Capitula huius Ciuitatis in cap. vltimo, de gratijs concessis per Ducem Ossunensem, refert Rouit. loc. cit.

Et in locis vbi non est pandecta, seu taxa, attendenda est consuetudo loci in exactione, Glos. in authent. offeratur, in verbo prebitis sportulis, in fin. C. de lit. contestat. & in §. carere, in verbo, percipiant, in authent. de defensorib. Et quando in Sacro Consilio proponuntur grauamina in supradicta materia solet decidi, quod obseruetur pãdecta loci vicinioris, vel M. C. V. Rouit. in dicta Pragmat. 38. de offic. Iustitiarij.

Et in tantum obseruanda est pandecta, quòd pro decreto liberatorio plurium personarum, vnicum salarium exigendum est, cum non dicantur tot decreta, quot personę liberatæ, sed vnicum decretum. Ioannes de Platea in l. vt autem in princ. C. de re milit. lib. 12. & probat textus notabilis in §. sportularum, versic. si verò pro vno, C. de Sanct. Episcop. Gomez. var. resol. tit. 2. cap. 11. num. 16. Rouit. loco citato.

Exigendo autem plusquam taxatum stipendium, non solùm puniuntur in foro exteriori, vt dictum est, sed etiam grauiter peccant, Nauar. in sum. cap. 25. nu. 54. P. Nau. de restitut. lib. 3. cap. 3. num. 11. Sayr. in Clauis Regia lib. 12. cap. 23. n. 28. Ratio est, quia sicut pretium taxatum à Principe in vendendis mercibus, obseruandũ est in foro conscientiæ sùb pœna peccati mortalis, vt post D. Thom. Sot. Nauar. & cæteros, cumulat Franch. decis. 9. ita & in laboribus pro scripturis, cæterisque actis faciendis, Petr. Nauar. loco citat. Et hoc etiam procedit à sponte dantibus, vt per supra citatos. Ratio est, quia legi præcipienti ob bonum commune nè aliquid recipiatur, non potest à priuato renuntiari, & cedi. Glos. in l. 1. in verb. vir vxori, circà finem, C. nè fideiussor. vel mandat. dot. dent. Et quãdo præcipitur, nè aliquid recipiatur, etiã à spontè dantibus, ad tollendas fraudes, non potest recipi, l. vnica ibi, (si quod stratores petere interdictum est illi dare stratoribus non timerent) vbi Ioannes de Plat. C. de stratorib. lib. 12. l. fin. §. vt autem, C. de re militar. lib. 12. Facit textus in c. statutum, §. insuper, de rescript. in 6. Latè Gregorius Lopez ad partit. Hispaniæ, par. 2. tit. 9. leg. 8. in verbo mandare tomar. Nullum tamen esset onus restitutionis, si verè à sponte dantibus reciperẽt, quia lex non impedit translationem dominij, vt in simili tradit Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 35. num. 12. Quando autem dicatur recipi à spontè dantibus, & quæ sint signa, tradit P. Nau. loc. cit.

Sunt tamen casus, in quibus Actuarij possunt tuta conscientia, plus taxato stipendio recipere. Primus est ratione extraordinarij laboris, supra id, quod proprium officium requirit, P. Nau. loco citat.

Secun-

Digitized by Google

Secundus, est si recusato maiori stipendio à parte oblato, denuo liberè donetur. Nam tunc nulla potest esse culpa: vt in fortioribus terminis probat Glos. in cap. statutum, §. si quid autem, in verbo remissione de rescript. in 6. Tertius est ex temporum variatione, nam sicut mutatione temporum, mutatur priuilegium, cap. suggestum de decim. ita & taxatum salarium: ratione enim maiorum expensarum, quæ non ex voluntate, sed ex annonæ, ac vestium caritate fiunt, potest in conscientia plus taxato erigi, Molfes. in sum. tract. 8. cap. 13. nu. 26.

Vtrum Actuarij Episcopi, possint aliquid recipere pro Dimissorijs, & Beneficijs. Cap. V.

NOn solum de iure communi non possunt aliquid accipere pro ordinum collatione, dimissorijs, vel testimonialibus, cap. sicut Episcopum, 1. quæst. 2. cap. 1. de simon. ibi (sicut non debet Episcopus manum, quam imponit, ita nec minister, vel Notarius in ordinatione eius vocem, vel calamum vendere, &c.) sed etiam ex dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 21. cap. 1. de refor. Vbi etiam à sponte dantibus prohibetur accipere, imo derogatur omnibus consuetudinibus in contrarium. Nam de iure communi Notarius non habens salarium, poterat à sponte dantibus aliquid pro suo labore accipere, Glos. in dicto c. 1. in verb. vendere, vbi Abb. & omnes Canonistæ, Concilium tamen aliter statuit: videlicet, quod in locis, in quibus, non viget rationabilis consuetudo nihil recipiendi, permittit tãtum decimam partem vnius auri recipere: sub duplici tamen conditione. Prima si salarium ab Episcopo non habeat. Secunda, vt nec de taliter acceptis ordinator participet.

Quare Actuarij contraueniendo dispositioni Concilij, non solùm peccant mortaliter contra iustitiam, sed etiam contra Religionem peccato simoniæ, Abb. in dicto cap. 1. Syl. in verb. simonia, quæst. 8. Durand. in 4. distin. 25. quæst. 4. Sot. lib. 9. de iust. & iure, quæst. 6. art. 1. Suar. de religion. lib. 4. de simonia disp. 53. num. 8. Ratio est, quia licet actio scribendi dimissorias, vel testimoniales, sit temporalis, est tamen annexa muneri spirituali, & quasi consequenter ordini susceptо, cum absque litteris testimonialibus nõ possit exerceri, & absque dimissorialibus obtineri. Et licèt Concilium permittat aurei receptionem, in casibus tamen ab ipso notatis, illud recipitur per modum stipendij, non per modum pretij. Idcirco Notarij, seu Actuarij alterantes dispositionem Concilij, non solum peccant, vt supra, sed simul cum dantibus sunt ipso iure excommunicati, vt in dicto Concilio ibi, (tàm dantes, quàm accipientes vltra diuinam vltionem pœnas à iure inflictas ipso facto incurrant.)

In locis tamen, vbi post Concilium, præscripta esset consuetudo, quòd Notarij salarium non habentes ab Episcopo, ex vsu, vel ex paupertate, aliquid plus stipendio taxato à Concilio reciperẽt, non essent facilè damnãdi. Ratio est, quia multum præualet consuetudo in exactione: & exactio in casu supradicto, non est propriè, & intrinsecè mala, sed tantum speciem mali videtur habere, idcirco ab Episcopis tollenda: quæ tamen, si sublata,

non

Digitized by Google

non fuerit,potest aliquando excusare, Suar.loc.cit.Less.lib.2.c.35. dub.10.num.62. vers.aduerte.

Ampliantur supradicta,vt procedant etiam in collatione beneficiorum. Sic fuit multoties à Sacra Congregatione declaratum,ac etiam à Gregorio XIII.vt dispositio Tridentini sess.21.cap.1. de reformation. in collatione beneficiorum locum habeat,latè Garzias de benefic.par.8.cap.1.num.75.cum sequenti.

An autem idem dicendum in dispẽsationibus à Summo Pontifice, Ordinarijs, vel alijs in dignitate constitutis, commissis? In hoc est aduertendum, quòd in diplomate dispensationis, leguntur infrascripta verba, quatenus deposita per te omni spe cuiuscumque muneris, aut premij,etiam sponte oblati, à quo te omnino abstinere debere monemus, & infra volumus autem, quod si spreta monitione nostra,eiusmodi aliquid muneris, *aut premij*,occasione dictæ dispẽsationis exigere, aut oblatum recipere, temerè præsumpseris, excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurras,stante supradicta clausula, Nauar.consil. vlt. de rescript. dixit nihil posse accipi pro iusto stipendio laboris in examinandis testibus.

Contrarium tamen defendit Sanch. de matrim.lib.8.disput.35. nu.10. & sequenti. Rationem affert,quia prohibitio loquitur de receptione munerum, & ipsam prohibet iusta ratione, nè muneribus corruptus ordinarius, munus suum minus benè exequatur. Et sicut aliud est munera recipere, quæ in gratitudinis premium offeruntur, & aliud stipendium pro labore recipere: sic prohibitio receptionis munerum, non debet extendi ad receptionem iusti salarij pro labore: & sic dicit consuetudine esse introductum,& confirmatum. Et licet textus in cap. statutum,§.insuper de rescript.in 6.videatur facere in contrarium, aduertendum est, quòd textus ille loquitur de Iudice delegato per litteras iustitiæ.

Sed contra Sanch. facit decretum Concilij sess.25. cap.18. de reformat.in quo mandatur, sacros Canones exactè esse obseruandos (quod si vrgens, iustaque ratio,& maior quandoque vtilitas postulauerint cum aliquibus dispensandum esse,id causa cognita,ac summa maturitate,atque gratis à quibuscumque ad quos dispensatio pertinebit,erit præstandum.)

Sed respondetur Concilium prohibere aliquid accipi pro dispensatione (quod tamen hodie non obseruatur, cum exactio pecuniæ sit pro causa) non tamen ex causa iusti stipendij in examinandis testibus, prout decidit Glos. in cap.1. de simonia,vbi omnes Canonistę. Et ordinarius, qui munera non potest accipere,vt supra,finito negotio, & expedita delegatione tuta conscientia illa accipiet. Ratio est, quia cessat causa prohibitionis:& idem est in Iudice delegato ad lites,iuxta text. in d. cap. statutũ,§.insuper,Geminian.& Franch. in dicto §.num.10.Sanch.num.14. Sacra tamen Congregatio declarauit, quòd Ordinarius, cui commissa est dispensatio à Sũmo Pontifice cum clausula, vt supra, nihil accipiat, nec pro ipso labore in examinandis testibus.Notario verò permissum fuit,vt quartam partem aurei recipiat pro examinandis testibus. Habetur apud Garz. in dicto cap.1. num.77. versic.pro dispensat. matrimonialibus. Hoc tamen non impedit quin finito negotio, aliquid gratis oblatum accipe-

Digitized by Google

cipere non possit. Nec etiam inducit onus restitutionis, si pendente negotio, cõtra prohibitionem aliquid recipiat, prout est in Iudice delegato ad lites, vt in dicto §. insuper: quia tantum deliquit contra prohibitionem. Nec in clausula prohibitiua, vt supra, adest verbum impeditiuũ translationis dominij.

Obiter dubitatur, an liceat Episcopis vendere, vel locare bancas? Et videtur dicendum, quòd possint. Nã in Trident. sess. 25. cap. 11. de reformat. leguntur infrascripta verba (Non liceat etiam iurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi, seu deputandi Vicarios in spiritualibus locare) sed locatio bancarum nihil spiritualitatis cõtinet, cum scribere acta, sententias, &c. sit actio temporalis, ergo. Contrarium tamen probant grauissimi Theologi asserentes, supradictas locationes scandalo esse populo Christiano. Cum Prælati Ecclesiastici non solùm debeant spiritualia gratis concedere, sed etiam sęcularia, quæ ad custodiam spiritualium instituta sunt. Sot. de iust. & iur. lib. 3. quæst. 6. art. 3. Salon. de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæst. 63. art. 2. Salsed. ad Diaz in prax. criminal. cap. 4. in verbo, locent, vbi sic dicit resolutum fuisse in Concilio Prouinciali Toletano in anno 1565. nouissimè Ricc. in prax. tom. 3. resolut. 501. In hoc tamen attendenda est consuetudo, vt supra in fortioribus terminis dictum est.

Quid operetur subscriptio in scriptura.

Quæst. XVIII.

SVbscribens aliquid, censetur illud approbare, cap. si quis presbyterorum, vbi Glos. in verbo subscripserit, de reb. eccles. non alienan. l. si ego, §. dotis, ff. de iur. dot. l. 1. §. 1. ff. de constitut. pecun. l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, vbi Imol. Paul. de Castr. Iason, Aretin. Alciatus, & alij, ff. de verbor. obligat. Authent. si modo, C. de sacrosanct. Eccles. Bartol. Ias. Paul. de Castr. & Angel. in l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis, Abb. in cap. quoniam contra, num. 32. vbi Felin. num. 33. Dec. num. 40. de probat. latissimè congerunt Gabr. comm. conclus. lib. 1. de præsumpt. conclus. 3. Tusc. in verbo, subscribens, conclus. 561. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 66. Nam subscriptio scripturæ *virtualiter* continet quicquid *in scriptura* habetur, l. si quis ex argẽtarijs, §. cogetur, ibi (aut vnius editionis subscribere) ff. de edend. Angel. in dicto §. Chrisogonus, num. 3. Barbat. conf. 87. nu. 15. lib. 3. Alexand. conf. 147. num. 8. & 10. lib. 2. Ruin. conf. 143. vol. 2. Paris. conf. 77. nu. 23. lib. 3. Natta consil. 87. num. 4. Rota Ianuens. decis. 78. 124. 146. & 177. Idcirco subscribens, non solùm contenta in actu, vel scriptura approbat, sed etiam sibi præiudicat, l. sicut, §. non videtur, ibi, (sed si subscripserit fortè in tabulis emptionis concessisse videtur) ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluat, l. Lucius, & l. Paulus, eod. tit. l. fideiussor, §. pater Seij, vbi Glos. in verbo manifestum est, ff. de pignor. l. Caius, vbi Glos. in verbo, non obesse, ff. de pignoratit. act.

Am-

Digitized by Google

Ampliatur primò, ſupra firmata concluſio, vt idem ſit in apponente proprium ſigillum alienæ ſcripturæ, vel actui, nam cenſetur approbare eodem modo, ac ſi ſubſcripſiſſet, Gloſ. in l.ſi procuratorem abſentem, in verbo intelligẽdum, ff.de procurat.& in l.2. C.de reb. cred. ſi certum petat. vbi Cyn.Salic.& Ioannes Faber,Bal.in cap.1, in verbo,ſigillo communi,de pace conſtant. in vſibus feudor. Innoc. Hoſtienſ.Bald.Abb.& Dec.in c.2. de fide inſtrument. Alexand.dicto conſ.147.Roman. conſ.303. Tuſc. in dicta concluſ.561.nu.22. Gabr. loc.citat.concl.4.in principio. Et idem eſſet ſi ſigillum fuiſſet appoſitum non à principali,ſed ab alio, cui ſigillum commiſſum fuit, vti ſolent facere Prælati, ac Nobiles, qui proprium ſigillũ Secretarijs, vel alijs officialibus committunt, notabiliter tradit Boerius deciſion. 274.

Secundò ampliatur, non ſolùm in ſubſcribente alienam ſcripturam, vel actum, ſed etiam in ſcribente alieno nomine. Nam per actum ſcribendi,cenſetur approbare,quę in dicta ſcriptura, vel actu continentur, §.1.Inſtitut.de emption.& vendition. ibi (ſi inſtrumenta fuerint conſcripta manu propria contrahentium, vel ab alio quidem ſcripta, à contrahente autem ſubſcripta) & l.fideiuſſor,§.pater,ibi (Chirographum præſcriberet ſua manu filius, quod ipſe impeditus eſſet ſcribere) ff.de pignor.Butr. Cardin. & Imol. in cap.2.de fide inſtrumentor. Gabr.loc.cit.nu.11. Menoch. in dicta prræſumpt. 66. num.2.

Tertiò ampliatur, vt procedat regula,etiam in pœnalibus. Nã eidem pœnæ ſubijcitur negans ſcripturam à ſe patratam, & à ſe ſubſcriptam,Bald.in Authent.contra,qui propriam, col.2. C.de nonnumer. pecun. Dec.in Authent.ſi quis in aliquo,num.17.C.de edendo,& in cap.quoniam contra,col.antepen. de probation. Ratio concluſionis eſt. Quia ſubſcriptio facit, quod propria ſubſcribentis ſcriptura dicatur,Geminian.in cap.ſi pro te, deſcriptis.Et licèt aliud ſit ſcribere,& aliud ſubſcribere,l.Diuus,§. item Senatus,vbi Bar. ff.ad legem Corn. de falſ. l.ſi ego, §. dotis, ff. ſoluto matrim. Quod verò attinet ad approbationem,idem operatur ſubſcriptio, quòd ſcriptio, Rota Ianuenſ.in dicta deciſ.146.& 177. cum alijs ſupra citatis, Menoch. loc.citat.num.9. Et quoad pœnas ſpirituales, idem operatur alienare bona Eccleſiæ, & ſubſcribere actum alienationis ab alijs factũ, Nam in vtroque caſu, agens eodem vinculo excommunicationis ligatur,dicto cap.ſi quis presbyterorum, vbi Gloſ.in verb.ſubſcripſerit.

Quartò ampliatur, vt ſufficiat generalis, ſeu indefinita ſubſcriptio abſque ſpecificatione particularium in actu,ſeu ſcriptura contentorum. Nam ſimpliciter ſubſcribendo,omnia cenſetur approbare, Gloſ.in l.Diuus, §. idem Senatus, in verbo, ſubſcribentis, ff. ad leg. Corn.de falſ. Bald.in Auth.ſi quis in aliquo,col.2.C.de edendo,Angel.in d.§.Chriſogonus, vbi Imola,Paul.de Caſtro,Alexand.& Alciat. Felin.in cap.quoniam contra in 6.limitat. vbi Dec. num.48. teſtatur de communi opinione, de probation.De communi etiam teſtantur,Rolandus à Valle conſ.44. num.38.lib.1.Tuſc.loco citat. nu. 42.& 47.Menoch.loco cit.Azeuedo in recompilatione lib.4.tit,21. lege 5.num.5. vbi alios allegat.

Quintò ampliatur, etiam ſi ſcriptura ſit manu alterius confecta, & ab

Digitized by Google

alio ex mandato principalis subscripta. Nam constito de mandato, subscriptio illa nocet principali mandanti, & habetur, ac si manu propria subscripta fuisset, Imola in cap. 2. nu. 8. de fide instrument. vbi Felin. nu. 5. Roman. cons. 204. Couar. practic. quæst. cap. 22. n. 2. Bertrandus cons. 86. num. 2. vol. 2. Rebuff. in tractat. de Chirograph. & schedul. recogn. in præfatione, num. 37. Cancher. variar. resolut. cap. 22. de campsor. num. 4. Idem est etiam si aliquid manu alterius in meo libro scriptum reperiatur, nam contra me probat, & facit fidem. Ex regula iuris, quòd liberationum probat contra scribentem, l. quendam, §. nummularios, vbi Glos. Bart. & alij, ff. de edend. Et quicquid in meo libro scriptũ reperitur, ex propria voluntate, & mandato censetur scriptum, Bald. in rubr. C. de fide instrumen. Dec. in cap. 2. vbi etiam Abb. eod. tit. idem Dec. in l. fin. C. de edicto D. Adrian. toll. Alexander in d. consil. 147. lib. 2. & cons. 245. lib. 6. Ripa in l. admonendi, num. 119. ff. de iur. iuran. Aymon. Crauett. de antiquitat. tempor. 1. par. 2. num. 28. Cancher. loco cit. n. 5.

Sexto ampliatur, vt procedat regula etiam in exequutiuis. Nam stante statuto, quòd scriptura recognita habeat exequutionem paratam contra scribentem, procedit etiam si tantum sit subscripta, Angel. Alexand. Paul. de Castr. Imola, & Aretin. in d. §. Chrisogonus, Dec. in dicto cap. quoniam contra, nu. 48. Gabr. loco citat. num. 7. Menoch. loco citat. num. 11. Ita quotidie practicari asserunt Couar. d. cap. 22. num. 2. Burgos de Paz in quæst. q. 4. n. 22. Azeuedo in d. l. 5. nu. 6. Et propterea in hoc Regno, in quo viget Regia Pragmatica anni 1588. quæ est num. 64. sub tit. de offic. procurator. Cæsaris, in qua mandatur, quòd apoca directa Banco, statim atque fuerit recognita habet exequutionem paratam, nec contra ipsam possit quis audiri, nisi in vinculis, vel facto deposito, procedit etiam si apoca tantum propria manu subscripta sit, vt per supra citatos. Quibus addẽdi sunt Iaſ. in l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis, & in d. §. Chrisogonus, Rota Ianuens. decis. 210. num. 2. Rouit. in dicta Pragmatica 64. num. 33. Et procedit dictum non solùm si recognitio subscriptionis facta fuerit à reo, sed etiam si ex decreto Iudicis ob rei contumaciam apoca habita fuerit pro recognita, ex traditis per Couar. var. resolut. cap. 11. num. 4. & per Gutt. pract. quæst. q. 112. Franch. decis. 502. licèt recognitio subscriptionis ad euitandas fraudes non debeat fieri nisi tota apoca exhibita, & non tantum subscriptione, Aſflict. in Constitut. Regni Volumus, in 7. notab. Et ita quotidie iudicari testantur, Franch. decis. 304. Rouit. Pragmat. 8. de falſ. Et licet recognoscens scripturam à se scriptam, vel subscriptam possit affirmare sua manu fuisse scriptam, vel subscriptam, non tamen veritatem continere, nec teneri ad contenta in ipsa, l. generaliter, vbi Bart. in prima lectura, nu. 9. & 10. Bald. num. 12. vers. aut est contractus sine scriptis, ibidem Salicet. num. 2. Fulgos. prope finem, Siccard. nu. 1. vers. differentia tamen, C. de nonnumer. pecun. Niger cõtrouẽrs. forens. controuers. 165. num. 9. sit tamen exequutio contra debitorem recognoscentem apocam, Et ita practicatum vidi in causa Principis Ostiliani cum Lelio Carrafa. Dixerat enim Princeps in recognitione, apocam sua manu fuisse subscriptam, sed ex

varijs

Digitized by Google

varijs cauſis non teneri ad quantitatem in apoca contentam, & licet in promptu de indebito doceret, fuit per Sacrum Conſilium iudicatum, non eſſe audiendum, niſi facto depoſito, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ. Idem quod ſupra dictum eſt de ſubſcriptione apocæ, procedit in qualibet ſcriptura priuata: quæ ſi fuerit trino teſte notata, nõ ſolùm probat, ſed etiam præſtat ius hypothecæ ad inſtar publici inſtrumenti, l. ſcripturas, ibi, (ſiue tota ſeries earum manu contrahentium, vel Notarij, vel alterius cuiuslibet ſcripta fuerit, ipſorum tamẽ habeat ſubſcriptionem) C. qui potior. in pignor. habean. latè ad materiam tradit Roland. à Valle conſ. 84. volum. 3. Et quod habens ſcripturam priuatam trino teſte firmatam, facta recognitione præferatur creditoribus hypothecarijs poſterioribus, probant Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. obſeruat. 25. Borgnin. Caualcaneus deciſ. 112. par. 3. Franch. deciſ. 95. Et procedit dictum ſecundùm magis communem opinionẽ, etiam ſi veritas ſcripturæ aliter, quam per trés teſtes ſubſcriptos probetur, Couar. pract. quæſt. cap. 22. Caputaquenſ. deciſ. 112. par. 3. Mareſcott. lib. 1. variar. reſol. cap. 79. Quæ autem ſupra de ſubſcriptione dicta ſunt, procedunt etiam in ſupraſcriptione, vtputa, ſi quis ſupra ſcripturam ſe ſubſcribat, vel in principio ſcripturæ, nam eodem modo declaratur volũtas ſubſcribentis, vel ſupra ſcribentis, idcirco cenſetur approbare, & ſibi prę-iudicat, Bart. in l. ſi quis ex argentarijs, §. initium, num. 33. C. de edendo, Alexand. conſ. 147. lib. 2. Gabr. loco citat. num. 16. Menoch. dicta præſumpt. 66. nu. 32.

Fallit autem ſupra firmata principalis concluſio multis modis, & primo, quando ſubſcriptio non requiritur ad ſubſtantiam actus, ſed ad probationem, tunc enim ſubſcribendo quis, ſibi non præiudicat, Gloſ. in l. Caius, in verbo non obeſſe, ff. de pignorat. action. & in l. fideiuſſor, §. pater, in verbo manifeſtum, ff. de pignor. latè congerit Tuſch. in verbo, ſubſcribens, concluſ. 560. Idcirco ſubſcribens actum aliquem tanquam teſtis, ſibi non præiudicat, vt locis citat. & probant Gloſ. in l. ſicut, §. non videtur, in verbo, manifeſtè, ff. quibus modis pignor. vel hypothec. ſolu. Paul. de Caſtro, & Iaſon in l. emptor, §. Lucius, ff. de pact. Alexand. Paul. de Caſtr. & alij in d. l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verbor. oblig. Idem eſt in Notario, qui ratione ſui officij aliquid ſcribit, vel ſubſcribit. Nam non cenſetur in ſui præiudiciũm approbare, Bart. in dicto §. non videtur, Bal. in l. ſi pater, C. de fideiuſſorib. Iaſ. in d. §. Lucius, & in d. §. Chriſogonus. Idem dicendum eſt in agnato, qui ex vi ſtatuti debet intereſſe in cõtractu ab agnata faciendo. Nam non cenſetur approbare, nec ſibi præiudicat, Alciat. in d. §. Chriſogonus, num. 8. Menoch. loco cit. num. 19.

Secundò limitatur, quando ſubſcribitur actus, qui inuito ſubſcribente fieri poteſt. Probat textus in dicta l. ſicut, §. non videtur, à contrario ſenſu. Exemplum eſt, quando quis ſubſcribit teſtamentum, in quo de bonis ſubſcribentis diſponitur. Nam non cenſetur approbare, l. Lucia, §. Titia, ff. de leg. 2. Gloſ. in dicta l. Caius, in verbo non obeſſe, & in dicto §. pater, in verbo manifeſtum. Et regulariter, quælibet ſubſcriptio actus, qui à ſubſcribente impediri non poteſt, ſubſcribenti non præiudicat, Felin. in dicto cap. quoniam contra,

nu. 44.

Digitized by Google

nu.44. Tusch. loc. cit. nu.73. Hinc obiter notandum est, inter nos Regulares, quòd subscriptio litterarum communium, quarum substãtia in Capitulo pro maiori parte suffragiorum concluditur, non præiudicat subscribẽti, ex eo quia subscriptio fit ex vi Capituli, quod ex concursu maioris partis conclusum fuit. Is enim, qui dissensit, dicitur firmare per concursum, & ex quo non potest actum impedire, subscribendo sibi non præiudicat. Imol. in d. c. si quis presbyterorum, Gabr. loc. cit.

Tertiò fallit in subscribente per errorem, nam non censetur subscribendo approbare, nec sibi præiudicat, d. l. sicut, §. non videtur, ibi (nisi manifestè appareat eum deceptum esse) l. Titius, ff. de rescind. vendit. l. si falsam, vbi Bald. & alij, C. plus valer. quod agit. quã, &c. Glos. in dicta l. Caius, in verbo nõ obesse. Idcirco subscribens scripturam, quam non legit, non dicitur cõsentire, nec approbare, Glos. in dicto cap. si quis presbyterorũ in verbo subscripserit, Bartol. in l. quæ dotis, col. fin. vbi Alex. col. penult. ff. solut. matrimon. Abb. in cap. ex litteris, de probationib. Felin. in dicto cap. quoniam contra, num.48. Ang. Imol. Paul. de Castr. Alexand. Ias. & Alciat. in dicto §. Chrisogonus, Gabr. dicta concluſ. 3. nu.28. Menoch. dicta præsumpt. 66. num.21. Tusch. loc. cit. nu.65. Quando autem subscribens censeatur scripturam legisse, & quomodo sit præsumendum, latè tradunt Menoch. & Tuschus locis citatis, & post alios notabiliter Cãcher. var. resol. p.3. c.4. de seruitutib. nu.267. cum seq.

Quartò limitatur in subscribente folium album, nam non censetur fateri, nec approbare, quæ postea in folio scribuntur, Innoc. in cap.2. de fid. instrument. Bald. in l. fin. C. plus val. quod agit. &c. Angel. in dicto §. Chrisogonus, vbi Paulus de Castro, num. 12. Ias. num.13. Barbatius in d. c. si quis presbyterorum, col.2. Felin. in dicto c. quoniam contra, num.48. Ias. & alij in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verborum obligation. Rebuff. in dicto tit. de Chirograph. & schedular. recognit. in præfatione, nu. 101. Azeued. in recompilation. lib.4. tit.21. l.5. num.9. Tusch. in verbo folium album, concluſ.409. Idem est si folium album fuerit sigillatum, nam per appositionem sigilli non censentur approbata, quæ postea scribuntur, Bald. & Ioannes Fab. in l.1. C. de procurator. Anton. de Butr. Imol. & Abb. in dicto cap. 2. de solution. Gabr. comm. concluſ. tit. de præsumpt. concluſ.4. num.44. vbi alios allegat. Quando autem folium album subscriptum, vel sigillatum traditum à vassallo Domino suo obliget, ad exequendum ea, quæ postea scribuntur, notabiliter tradit Boer. decis.274.

De duratione, irritatione, & cõsolidatione Actus ad Regulam, *Actus si deueniat ad casum, à quo incipere non potest, non irritatur.*

Quæst. XIX.

Verus intellectus Regulæ. Cap. I.

CElebris est regula, quòd si actus deueniat ad casum, à quo incipere non potest, non irritatur, l. in ambiguis, ibi (non est nouum, vt quæ semel vtiliter constituta sunt du-

Digitized by Google

durent,licèt ille casus euenerit, à quo initium capere non potuerũt) ff.de reg.iur. & cap.factum legitimè,ibi,(factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eueniat,à quo non potuit inchoari)de reg.iur.in 6.& l.nec enim ibi,(nec enim corrumpi, aut commutari, quod rectè transactum est superueniente delicto potest) ff.de itin. actuque priuat.& l.pluribus, §. & si placet, vbi Bartol. ff.de verbor. obligat.Petr.de Bellapert.Bald.& Iaſ.in l.patre furioſo, ff.de his,qui sunt sui,vel alien.iur.Tiraquell.in tract. cessante causa in 12.limitat. num.15.Tusch.in verb.actus,conclus.144. Actus autem tunc dicitur legitimè factus, quãdo in substantia,& modo,debitè fit,Glos.& Ioannes Monach. in dicto cap.factum legitimè. Et hoc est, quod communiter dicitur, quod actus rectè, & ritè fieri debet: nam dictio illa,rectè, respicit iustitiam: dictio, ritè, respicit ordinem, & sollemnitatem, l.generaliter, §. sin autem,ibi (non ritè illatum,rectè autem accusatum) C.de rebus credit.si cert. petat. Glos. & Bart. in l.non putabit, §.non quæuis, ff. de bonor. possess. contra tabul. Glos.in l.2.ff.de inoffic.testament. Bart.Alex. & Dec. in l.iustè possidet,ff.de acquirenda possess.& in l.lecta,ff.si cert.petat.Cened.sing. 98.de diction.rectè,& ritè. Ad actus autem validitatem tria requiruntur. Potestas,Voluntas,& Modus, l.cum te, vbi Bald. C. de donat.ante nupt.l.multum, C.si quis alt.vel sibi, Dec.cons. 198. num.3. Surd.decis.243. nu.9. Nicol. Moron.in tract.de treg.& pac. quæst. 140.nu.17. Quare Bald.cons.326. num.2.vol.1.dixit,quod tria sunt, quæ actum quemlibet canonizant Potestas,Volũtas, & Debitus modus. Ipsum sequuntur Soccin.Iun. cõs.72.n.12.& 13.vol.1. Surd.cõsil.301.num.29.vol.3. Niger controuers.forens.controu.128. n.30. Et quoniam lex semper præsumit pro validitate actus,idcirco quando certus modus, vel forma præscripta est, & actus reperitur gestus,præsumitur secundum formã, & modum præscriptum processisse,latè Menoch.de præsumpt. lib. 6.præsumpt.4. n.13. Niger contr. forens.controu.371.n.7.

Regula autem suprapositа, quòd actus non irritatur,si deueniat ad casum,à quo incipere non potest,intelligitur de actu perfecto,& consumato, Dynus in dicto c.factum legitimè,vbi etiam Glos.& probatur in l.fin.ff.vnde liber. & in l.inter stipulantem, §.sacram, vbi Iaſ. & alij,ff.de verbor.obligat.c.queris,§.per hanc societatẽ, vbi Glos. de consecrat.distinct.4. cap.de bigamis,vbi Glos.in verb. nec defũctis, de bigam. c.sanè, & cap.post translationem, vbi omnes Canon. de renunciat. Cyn. Bald.& alij in l.generaliter,C.de Episcop.& cleric.Alexand. Iaſ. & alij in dicto §. sacram,Tiraquel.loc.cit.limit.12. num.2.

Intelligitur etiam regula supradicta de actu cõsumato, qui perpetuum effectum producit. Sic notabiliter respondit Caldas de Perez in 3.p. de iure emphyteotico cap.10. nu. 41.quem sequitur Iacob. Cãcher. variar. resol. p.3. cap.2.de inuentar.num.228. Idcirco priuilegium exemptionis à muneribus realibus ob numerum 12.filiorum,iuxta text. in l.si quis decurio, C.de decurion. lib.10. & l.fin.vbi Bart. Ioannes de Platea, & Lucas de Penna,C.de ijs,qui num.lib.& famil. decis. 259. durat etiam filijs mortuis, Alberic.in l.decet,ff.de regul.iur.& Ioannes Andr.in cap. decet,eod.titul.in 6. Bart.in l.2.§.

non

Digitized by Google

non solum, ff. de excusat. tutor. Paul. de Castr. in l. si in dote, §. maritus, ff. solut. matrim. Viuius com. opin. lib. 1. cap. 236. Quoties enim actus non producit effectum suum perpetuò, sed continet aliquam tacitam conditionem, vel causam, non procedit regula, sed si res deueniat ad casum, à quo incipere non potest, actus irritatur. Exemplum est, quando Princeps ex iusta causa, vtputa necessitatis, vel publicæ vtilitatis, rem à proprio domino aufert, cessante supradicta causa, quia res deuenit ad casum, à quo incipere non poterat, restituendum est ablatum primo dominio, Innoc. in cap. quia plerique de immunitat. eccles. Ant. de Butr. Imol. & Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. Aflict. decis. 361. nu. 29. Boer. decision. 38. Gabr. comm. concl. de iur. quæsit. non toll. conclus. 4. Hinc notabiliter dixit Albericus in l. in tantum, ff. de re. diuis. per illum textum, & in l. quod in lictore, ff. de acquirend. rer. domin. quod si ob defensionem Ciuitatis facta sit fouea in prædio alicuius, si confecta pace, fouea explanetur, quasi iure postliminis reuertitur in dominio prioris domini. Quod tamen non procedit si pretium recepisset, poterit tamen pretium receptum offerre, & præferri cuicunque fouea prædicta forsan concederetur. Faciunt etiam ad supradicta tradita per Bart. in l. 1. §. nunciatio, col. 3. ff. de oper. nou. nũciat. quod quicquid ob necessitatem contra ius commune disponitur, habet tacitam conditionem, donec durat necessitas. Allegat tex. in l. 2. ff. de offic. Præsid. & in l. 1. in fin. ff. de ferijs. Idem tradit Pet. de Anchar. in cap. 1. in 6. notab. de stat. monachor. Idcirco cessante necessitate cessat dispositio, aut introductum ex tali causa, cap. 2. vbi Cardin. & Petr. de Anchar. de custodia Eucharistiæ, & probatur in cap. Siracusanæ Vrbis, 28. distinct. & cap. quoniam multa, 48. distinct. & cap. quia sancta, §. verum, 63. distinct. Glos. in l. solet, vbi etiam Bart. ff. de tutel. Glos. in cap. in argumentum, de regul. iur. in 6. Tiraquell. in tract. cessante causa, n. 184.

Intelligitur etiam regula supradicta, quando actus taliter est consumatus, vt nullæ remaneant reliquiæ in cõtrarium. Ex vi enim reliquiarum, actus, & si consumatus, aliter iudicatur, quam in præsenti iudicandus esset, l. 2. & 3. ff. rerũ amotar. l. ex duobus, ff. de vulgari, & pupillar. l. vnius facinoris, §. seruus, ibi (in memoriam prioris domini) ff. de quæstion. l. seruos non solum, vbi Glos. allegat concordantia, C. eod. tit. Idcirco inimicus reconciliatus, non statim efficitur idoneus testis, neque Iudex, quia solent remanere quædam reliquiæ præteriti odij, ideo requiritur, quod amicitia reconciliata, sit longo tempore confirmata, cap. accusatores, vbi Glos. 2. quæst. 5. Glos. notabilis in cap. per tuas il primo, in verbo inimicitias capitales, vbi Ioannes de Anan. & Felin. de Simon. Innoc. Anan. Abb. & Felin. in cap. cum oporteat, de accusation. Roman. singul. 315. Sylu. Aldobrand. in §. inimicitiæ, Institut. de excusat. tutor. latè Tiraquell. in tractat. cessante causa, limitat. 16. num. 7. & sequenti. Sicut etiam dicitur de Iudæo nouiter effecto Christiano, qui non debet ad Episcopatum promoueri, ex quo adhuc remanent reliquiæ Iudaismi, cap. primo cum sequen. 48. distinc. Tiraquell. loco citat. limition. 12. num. 13.

Offi-

Digitized by Google

Officiales, an per ſuperuenientem infirmitatem ſint priuandi officio, aut ei renunciare cogendi. Cap. II.

EX ſupradicta concluſione ſic intellecta infertur. Primò, quòd licet cæcus, ſurdus, vel aliter impeditus, non poſſit eſſe Iudex l. cæcus, vbi Bart. ff. de iudic. l. infamia, C. de decurionib. lib. 10. ibi (non etiam amiſſionis oculorum caſus) l. cum prætor, ff. de iudic. ibi (quidã enim lege impediuntur, ne Iudices ſint: quidam moribus, quidam natura. Natura vt ſurdus, mutus, & perpetuò furioſus, & impubes, qui iudicio carent) latè ad materiam tradunt Petr. Gregor. Toloſan. lib. 47. Syntagm. iuris cap. 12. n. 2. & 18. Curia Piſana, cap. 12. nu. 2. Et in hoc Regno extat capitulum Regis Caroli II. per quod mandatur. Ne officia infirmis, & impeditis conferantur, de quo latè Tappia in Ius Regni, in tit. de officialibus Regni conſtituen. fol. 216.

Quod autem dictum eſt de ſurdo, non procedit in ſurdaſtro, qui tardè audit, l. fin. ff. de legitim. tutel. Nam poteſt eligi officialis, Burgos de Paz, qui ſic dicit iudicatum in l. 2. Tauri num. 84. Maſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 9. num. 3. Ità etiam practicatum vidi in perſona Decij Caraccioli, qui cum eſſet ſurdaſter, & fuiſſet præſentatus ad Archiepiſcopatum Barenſem, propoſito dubio coram Sanctiſſimo, fuit, oppoſitis non obſtantibus inſtitutus in Archiepiſcopatu.

Nec etiam procedit in eo, qui podagra laborat, nam poteſt eligi ad officium, l. podagræ, C. qui morb. ſe excuſar. poſſ. licet ex tex. in l. qui tertiana, ff. de edilit. edict. notabiliter conſtat, quòd (qui tertiana, aut quartana febre, aut podagra vexarentur, quiue comitialem morbum haberent, ne quidem his diebus, quibus morbus vacaret, rectè ſani dicentur) ſed ex quo perpetuum impedimentum non habent, poſsũt eligi, Tapp. & Maſtrill. loc. citat.

Superueniens tamen infirmitas, vel cæcitas, non facit, vt officio priuari debeat, vel ad cedendum cogi poſſit, l. 1. §. quamuis, ff. de poſtulat. ibi (quamuis enim cæcus pro alio poſtulare non poſſit, tamen & ſenatorium ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur. Numquid ergo, & magiſtratus gerere poſſit? ſed de hoc deliberabimus. Et extat quidẽ exemplum eius, qui geſſit. Appius denique Claudius cæcus, conſilijs publicis intererat, & in Senatu ſeueriſſimam dixit ſententiam de Pyrrhi captiuis non capiendis. Sed melius eſt, vt dicamus, retinere quidem eum iam acceptum magiſtratum poſſe, aſpirare autem ad non penitus prohibemus. Idque multis comprobatur exemplis) probatur etiam in cap. fin. de cleric. ægrot. & in cap. ſcripſit qualiter, & cap. quãuis triſte q. 9. prima.

Et procedit ſupradicta regula, etiam ſi infirmitas poſt electionem ſuperueniat, ante tamen capturam poſſeſſionis. Latè probat Abb. conſ. 47. lib. 1. per totum, Tuſc. in verbo facta, concl. 12. num. 8. Solet tamen ex cauſa ſuperuenientis perpetuæ infirmitatis, dari coadiutor cap. 1. vbi Canon. de cleric. ægrotan. in 6. & cap. 17. qu. 1. Nauar. conſ. 1. de cler. ægrot. Pariſ. conſ. 49. num. 38. vol. 4. Flamin. Paris de reſign. beneficior. lib. 7. q. 20. Et ita practicatum vidi in perſonis Regiorum Conſiliariorum Caroli Fenicis, & Marcelli Fornarij, & Petri Antonij Maſtrilli Præſidis Regiæ Cameræ; qui cum aſſiduè podagra laborarẽt, fuerunt alij in ipſorum locum electi

Digitized by Google

cti, ipsis autem concessum salarium, & ius veniendi ad Regia Tribunalia, prout prius, quando vellent, Tapp. & Mastrill. loc. cit.

Dotis restitutio ob viri inopiam nunc reuocetur viro ad meliorem fortunam deuenientem. Cap. III.

SEcundò infertur, quòd licèt dotis restitutio non sit facienda vxori viuente viro, nisi in casu, quo vir tẽdat ad inopiam, l. si constante, vbi omnes, ff. solut. matrim. Si tamen ex causa supradicta, facta sit dotis restitutio, & vir ad meliorem fortunã deueniat, non reuocatur dotis restitutio, sed firma permanet, licèt deuentum sit ad casum, à quo actus incipere non poterat, Glos. in l. vbi adhuc, in verbo abutatur, ff. de iur. dot. Bart. in l. pluribus, §. & si placet num. 4. ff. de verbor. oblig. & in dicta l. si constante nu. 107. vbi Alexand. num. 39. Claudius de Seisello num. 77. & Barbos. num. 32. cum sequent. Capyc. decis. 46. Ant. Gomez ad leges Tauri leg. 50. nu. 33. Palatios Ruuios in cap. per vestras §. 25. Ruinus cons. 137. num. 19. lib. 2. Mol. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 7. num. 14. & est magis communis opinio licèt multi contrariũ teneant, quos refert Tiraquell. in tract. cessante causa, limit. 14. & secundum hanc magis communem opinionem dicit esse iudicatum Franciscus Niger controuer. foren. controuer. 277. num. 13. cum seq.

Communis autem opinio supra firmata non procedit, quando lite pendente, vir deuenit ad meliorem fortunam, l. si mulier, ff. soluto matrim. Cepoll. in l. si actione, ff. de ædilit. edict. Tiraq. cessante causa, limit. 14. n. 5. Vel quando post sententiã, ante tamẽ ipsius exequutionem argum. legis, si marito §. si voluntate, ff. solut. matrim. Angel. in l. si cum dote, §. si vero, ff. eod. tit. Barbosa loco cit. n. 35.

Quod etiam confirmatur. Nam excusatus ab aliquo munere propter paupertatem, superuenientibus diuitijs, non cogitur pro illa vice suscipere munus, l. cura, §. deficientiũ, ff. de muner. & honor. Nec excusatio prius concessa, reuocatur, licèt deuentum sit ad casum, à quo incipere non poterat, l. 2. §. remittitur, vers. neque rursus, ff. de excusation. tutor. Dec. in cap. cum cessante, n. 4. de appellation. Ripa in l. ex facto n. 18. ff. de vulgari, & pupillari substitut. licèt in posterum possit cogi. Et ita intelligendi sunt textus *in l.* si ijs honoribus, §. auctis, ff. de vacatione muner. & l. si rerum §. negotiatores, ff. de iur. immunit. Barbos. loco cit. num. 35. & Nig. loco cit. num. 10. Confirmantur etiam supradicta ex lege sciendum, §. fin. ff. qui sat. dar. cog. vbi præstans cautionem de iudicio sisti, & *iudicatum* soluendo, ex quo *bona immobilia* non possidet, si post cautionẽ, immobilia obtineat, cautio non retractatur, licet deuentum sit ad casum, à quo incipere non poterat. Latè de ratione huius dicti agunt Barbos. & Niger loc. cit.

An dirimatur matrimonium per superuenientem furorem, infirmitatem, &c. Cap. IV.

TErtio Infertur, quòd licet furiosus matrimonium contrahere non possit, ex quo, libero consensu caret, cap. aliquis, 15. quæst. 1. & contractum matrimonium non tenet, cap. dilectus, de sponsalib. ex superuenienti tamen furore non di-

Digitized by Google

dirimitur, cap. neque furiosus 32. qu. 7. ibi (neque furiosus, neque furiosa matrimonium cõtrahere possunt, si contractum fuerit non separatur) nulla enim potest dari causa præter mortem naturalem, ob quã consumatum matrimonium dirimi possit. Latè probat Sanch. de sponsal. lib. 2. disp. 13. Nec etiam matrimonium ratum, ex superueniente infirmitate, vel impotentia dirimi potest, cap. hi, qui 32. quæst. 7. vbi Nicolaus Pontifex sic dicit: Hi, qui matrimonium sani contraxerunt, & vni ex duobus dementia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem, & causam, coniugia talium solui non possunt. Similiter sciendum est, de his, qui ab aduersarijs excæcantur, aut membris truncantur, aut à barbaris exacti fuerint. Idem probat D. Aug. lib. 1. de sermone Domini in monte cap. 32. cuius dicta habentur in cap. si vxorem 32. quæst. 1. Et hanc opinionem ex Theologis defendũt D. Bonauent. in 4. dist. 34. art. 2. q. 2. Scot. ibi quæst. vnica, col. 2. Riccar. art. 2. q. 1. & 2. & art. 3. quæst. 1. Maior. quæst. 1. ad finem, supplemẽtum Gabrielis, q. vnica, art. 2. corol. 2. Paludan. in 4. dist. 27. q. 3. art. vlt. concl. 3. num. 27. Et ex iurisperitis Gofred. in summa, tit. de frigid. & malefic. num. 4. Ant. de Butr. in cap. 2. vbi Alex. de Neuo, & Præpos. de frigid. & maleficiat. Abb. Ancar. & Alexand. de Neuo in cap. ex litteris, eod. tit. de frigid. & malefic. Angel. in verb. matrimonium 3. impedimento 16. num. 2. Syl. in eod. verbo, 8. q. 16. dicto 8. Armil. in eodem verbo, num. 48. Lancellott. institut. iuris canon. lib. 2. §. item si quis ignarus, de diuor. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 102. Quando autem debitum coniugale exigi, vel peti possit à furioso, tradunt Syl. & Angel. in verbo debitum, Nauar. in summa cap. 16. num. 17. Abb. & alij in cap. 2. de coniug. leprosi. Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 23. Et tamen res deuenit ad casum, à quo incipere non poterat.

Sic etiam affinitas infra quartum gradum, non solum impedit, sed dirimit matrimonium, cap. non debet, de consang. & affin. quando tamen ex culpa illicita prouenit vsque ad secundum iuxta Decretum Triden. de reform. matrim. sess. 24. cap. 4. & Decretum Pij V. anni 1566. incipiens ad Romanum Pontificem, & infra eumdem gradum si ex culpa illicita post matrimonium accidat, impedit debiti petitionem, Sacra Congregatio sic respondit, vt habetur in declaration. ad Concil. dicto cap. 4. & probant Nauar. cons. 6. in addit. de consanguin. & affinib. Guttier. qq. canonicar. cap. 23. Hẽriq. in summa lib. 11. de matrimon. cap. 15. & lib. 12. cap. 10. Rodriq. in summa cap. 243. Eman. Sà, verbo debitum, Sanch. de matrim. lib. 9. dist. 27. num. 14. & tamen impedimentum affinitatis superueniens non dirimit matrimonium, licèt res deuenerit ad casum, à quo incipere non poterat, vt in puncto, de quo agitur, tradunt Anchar. cons. 404. Tuscus in verbo facta multa, concluſ. 12.

De Legatis inter virum, & vxorem castè viuentes. Cap. V.

QVarto Infertur, quod mulier relicta vsufructuaria donec castè vixerit, si primo anno conditionem seruauit, secundo vero secus, si tertio castè viuat, legatum iam amissum non recuperat, quia actus est consumatus, nec irritatur, etiam quòd deueniat postea ad casum, à

Digitized by Google

quo incipere non poterat. Bald. in l. Titius per illum textum, ff. de excusat. tutor. Iason in l. inter stipulãtem, §. sacram nu. 8. ff. de verb. obligation. Berous cons. 30. num. 2. col. 2. Bertacchin. in repertor. in verbo vxor vsufructuaria, vers. vxor vsufructuaria donec castè, &c. Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 187. n. 12. & cons. 278.

Et procedit conclusio etiam si mulier post lapsum efficiatur religiosa. Nã licet per professionem tollatur macula, & vitium ingratitudinis purgatur, cap. non liceat 19. quæst. vlt. Glos. in l. Deo nobis, C. de Episcopis, & Cleric. Suar. alleg. 25. amissum tamen legatum non recuperat. Simon de Petris de interpretation. vltimar. voluntat. lib. 1. interprætat. 1. circa legata, dub. 10. num. 114. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 91. num. 35. & faciunt tex. in l. sororem, C. de his, quibus vt indig. l. fideicommissum, C. de fideicom. & tradita per Innoc. in cap. 2. de sagittar. An autem sufficiat vnica fornicatio ad hoc, vt legatum amittatur, latè disputat Sanch. loc. cit. & probabilius est ex præsumpta mente testatoris legatum amitti, vt ibidem. Et legatum factum si lectum viduale seruauerit, quod idem est, quod legatum, nè nubat, authen. cui relictum, C. de indicta viduit. tollen. statim atque matrimonium contrahitur, legatum cessat, & exactum, erit restituendum, Paul. de Castr. in l. fin. C. de indict. viduit. tollen. Caualcan. in tract. de vsufr. mulier. leg. num. 117. Franch. ita dicit fuisse decisum decis. 231. Et conditio supradicta appositа in legato facto à viro vxori eodem modo procedit, si legatum sub eadem conditione fiat ab vxore viro suo, §. qui verò, vers. vnde sancimus, in auth. de nupt. Pinel. in l. 4. num. 17. vers. ex qua differentia, C. de bonis mater. Sic refert decisum Franch. decis. 174. Et eodem modo restituendum est exactum, vna cum fructibus, iuxta tex. in auth. cui relictũ. Nam tit. dispensatiuus non est potens ad fructuum acquisitionem, Bald. in d. l. fin. vers. ibi super glosa, Iacobin. de Sancto Georgio in dicta authen. cui relictum, vers. in glo. super verbo fructibus, Franch. dicta decis. 231.

Et procedunt supradicta etiam si statim contracto matrimonio vir decedat. Nam extinctum legatum nõ reuiuiscit, nec retractatur actus, licet deueniat ad casum, à quo incipere non poterat, Soccin. iun. cons. 110. n. 9. lib. 1. Berous cons. 30. nu. 2. lib. 2. Ioannes de Gatronibus in rubr. C. de secund. nupt. num. 106. vbi allegat Paul. de Castr. Bertacchin. & alios, Menoch. concl. 278. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 187. num. 12. Sic etiam legatum factum vxori si habitauerit cum filijs, si semel habitare desinat, legatum amittit, nec reuiuiscit, si pœnitentia ducta redeat ad habitandum cum filijs, Dec. cons. 621. Menoch. d. cons. 278. num. 19. Sic etiam, tutelam filiorum statim, atque ad secunda vota transit mulier amittit, §. quia vero, ibi (mox vt secundas nuptias contraxerit) Auth. vt sine prohib. matr. &c. & Auth. Sacramẽtum, vbi Angel. C. quando mulier tutel. offic. fung. pot. Et dictio illa mox, ostendit priuationem esse factam ipso iure, glos. in §. 1. in verb. imminere, in Auth. de incest. nupt. Bart. in l. Imperator num. 1. ff. de iur. fisci, Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo reuertatur num. 90. & 91. C. de reuocand. donation. Cenedus sing. 61. num. 50. Et mortuo viro, tutelam non recuperat, Cynus in Auth. vt matri, & auiæ, vbi etiam Alberic. & Ang. C. quando mul. tutel. offic. fung. pot. Salycet. in dicta

Au-

Authen. sacramenta, Ang. in l. adoptare, ff. de adoption. Marsilius in l. etiam, § si reibitus, ff. de quæstion. Ruin. cons. 86. num. 5. lib. 5. Tiraqu. in dicto tract. cessante causa, limit. 12. num. 9. Menoch. dicto consil. 278.

Donatio inter viuos quando reuocetur: & Præscriptio quando irritetur. Cap. VI.

QVinto Infertur, quòd donatio inter viuos, quæ ex sui natura est est irreuocabilis, ex iuris dispositione ob superuenientiam liberorum reuocatur, l. si vnquam, C. de reuocand. donation. ipsis filijs mortuis, viuentibus adhuc donatario, & donante, donatio non reuiuiscit, & sic actus deuenit ad casum, à quo incipere non poterat, Alberic. in dicta l. si vnquam, & in l. 1. ff. de assignandis libert. Bart. in l. Titia Seio, §. Imperator, ff. de legat. 2. & cons. 235. Bald. in dicto §. Imperator, & in l. 1. C de inoffic. donation. & cõs. 167. col. 1. volum. 5. Imol. in cap. fin. de donation. Et procedit conclusio, etiam si filius natus statim postea moriatur, Corneus consil. 176. & 234. lib. 2. & consil. 4. lib 3. Franc. de Aretio cons. 93. Soccin. cons. 226. col. 4. lib. 2. Iason. in l. si quis hæredem, col. 3. C. de institut. & substitution. & in l. in substitutione, ff. de vulgar. & pupill. & consil. 66. col. 8. lib. 3. Ruin. cons. 60. num. 17. lib. 3. Tiraquell. in dicto tract. cessan. cans. limitat. 12. num. 9. & latissimè in d. l. si vnquam, in verbo susceperit liberos, num. 203. cum sequenti, vbi de communiori, & veriori opinione testatur.

Quod etiam confirmatur. Nam bona subiecta fideicommisso, quæ ex causa dotis alienari possunt, Authen. res, quæ, C. communia de legat. si ex supradicta causa fuerunt alienata, & postea reuertantur in posse grauati, ex quo dos fuit restituta ante euentum conditionis fideicommisso appositæ, non reincidunt in onus fideicommissi, nec vocatis in fideicommisso veniunt restituenda, sed penes grauatum, qui iure licito alienauit remanent libera, Glos. in dicta Authen. res, quæ, in verb. obligatione. Ratio est, quia res semel alienata, effecta est alienabilis, l. pater filium, ff de legat. 3. Et in proprijs terminis tradunt Mol. de primogen. Hispan. lib 4. cap. 7. nu. 13. Myerez de maiorit. parte 4. qu. 4. Et sic actus deueniendo ad casum, à quo incipere non poterat, non irritatur. Sic in specie ponderat Barbos. in dicta l. si constante num. 33.

Sexto Infertur, quòd licèt nulla præscriptio valeat absque bona fide, cap. vigilanti, & cap fin. de præscription. Si tamen completa præscriptione, superueniat mala fides, præscriptio non irritatur, sed possessor, iustè, tanquam Dominus retinet. Glos. in dicto cap. fin. in verbo temporis, vbi Hostiens. Innoc. & Imol. qui col. 15. dicit esse communem opinionem Ciuilistar. & Canonist. Idem probat ibidem Abb. Glos. in cap. 1. in verb. pellendi de concession. præben. Innoc. & Hostiens. in cap. cura, de iur. patron. Innocen. & Abb. in cap. quia plerumque, de immunit. Eccles. Ioannes de Lignan. Bald. Cardinal. Florentin. Imol. Abb. & Felin. in dicto cap. vigilanti, de præscription. Ioannes Andr. Pet. de Anch. & Francus in cap. possessor, de regulis iur. in 6. Latissimè congerit Tiraquell. in dicto tractat. cessante causa, limit. 12. num. 16. & sequenti. Couar. in dicto cap. possessor parte 3. §. 2. Et procedit conclusio in foro conscientiæ, Diuus Thom. quodlibet. 12. q. 16. art. 24.

Scot.

Digitized by Google

Scot. in 4. dist. 15. q. 2. s. de 2. artic. Syl. in verb. præscriptio 1. quæst. 13. Tab. ibidem, quæst. 11. Ang. ibidem §. 47. Caiet. in summa, in verbo præscriptio, Sot. lib. 4. de iust. & iur. qu. 5. art. 4. Sal. Bagnes, Petr. de Arag. Greg. de Valen. Vict. Lopez, & alij, quos refert, & sequitur Mol. de iust. & iur. disput. 61. & post ipsum Sayr. qui alios allegat Clau. reg. lib. 9. c. 12. n. 34.

In hoc ar. variæ fuerunt Doctor. sententiæ. Prima fuit Rosell. & Raym. in verbo præscriptio, qui dixerunt, statim adueniente mala fide tanquam cessante fundamento præscriptionis, ipsammet præscriptionẽ cessare, etiam completam.

Secunda fuit Alban. & aliorum antiquorum relatorum à Glos. in dicto cap. fin. dicentium malam fidem superuenientem, dirimere præscriptionem completam respectu possessorum ex titulo lucratiuo, non autẽ ex titulo oneroso.

Tertia fuit Adrian. in 4. in materia de restitut. quæst. de rescript. Medinæ C. de restitut. q. 18. Ioseph. Angl. in florib. in 4. tract. de præscript. ar. 2. concluf. 2. Gabr. in 4. distinct. 15. q. 14. art. 3. & fauet etiam Anton. de Butr. in dicto cap. vigilanti, de præscription. Dicentium, malam fidem superuenientem, completam præscriptionem dirimere, præterquam in casu culpabilis negligentiæ prioris domini, taliter, quòd ob ipsam, mereretur neglectam rem amittere.

Sed non obstantibus tot opinionibus verior est firmata opinio in vtroque foro, superuenientem malam fidem completam præscriptionem non turbare, nec possessorem obnoxium esse restitutioni. Ratio est. Potest Princeps pro bono publico bona vnius ad alium transferre. Post Ciuilistas, & latè tradita per Couar. in d. cap. possessor, in initio tertiæ partis, tradunt Diu. Thom. in dicto quodlib. 12. art. 24. & 25. Sot. dicto lib. 4. art. 4. & expedit Reipublicæ nè dominia maneant in incerto, l. fin. ff. pro suo. Et præscriptio est secundum rationem naturalem, vt ex latè per Molin. & Sayr. loco citat. Cùm igitur completa est præscriptio, translatum est dominium, & iuris authoritate, & Principis dispositione, ex rationabili causa prior dominus dominium amisit, & ad secundum translatum est: idcircò ex superueniente mala fide completa præscriptio nõ retractatur, licet res deueniat ad casum, à quo incipere non poterat.

Quid autem dicendum sit, quando non completa præscriptione, dubium superueniat, an res possessa sua sit, vel aliena, an statim sit restituenda? Et in hoc, licèt Adrian. loco citato, cum alijs relatis à Sayr. dixerint, statim fore restituendam, ex quo per superueniens dubium vulnerata est conscientia. Et Sot. in dicta quæst. 5. art. vltimo in fin. Cordub. qq. *Theolog. quæst. 6. §.* vltimo, *Aragon. 2. 2. quæst. 62.* tract. de dominio *fol.* 165. & alij, quos refert *Sanch.* lib. 2. de matrim. disput. 4. quæst. 2. num. 11. dixerint, pro qualitate dubij esse restituendum. Vera tamen est resolutio, possessorem ex causa superuenientis dubij, non statim teneri ad restituẽdum, sed tantùm omnem diligentiam adhibere ad dubium tollendum. Quòd si, adhibita diligentia remanet dubius poterit practicè iudicium facere, se iustè possidere, nec ad restitutionem teneri. Ratio est. Nam sicut in foro fori Iudex in dubio, pro possessore iudicare debet, cap. in pari causa de regul. iur. in 6. & l. in pari, ff. de reg. iur. ita, & in foro conscientiæ. Sic probant Franc. Victor. de iur. belli, dub. 3. propos. 4. num. 3. Sot. de tegen. secr. memb.

3. q.

Digitized by Google

3.q.2.post 3.concluſ. Syl.in verbo præſcriptio 1.q.3. Mol.de iuſt. diſput.35.& 36. Sayr. dicto cap. 12. Sanch.dicta quæſt.2.num.12.& ex ſupradicta diligentia,& practico iuditio,taliter vulnerata conſcientia, dubitantis, an res poſſeſſa ſua ſit, conſolidatur, vt non ſolum poſſit tutè poſſidere,ſed etiam alienare,& pretium conſumere, Syl. in verbo reſtitutio 3.q.7.dicto 3. Sanch.dicta quæſt.2.n.20.cum ſeq.

Nulliter geſti actus, ſi deueniant ad caſum,in quo poſſunt legitimè fieri.an confirmentur. Cap. VII.

AMpliatur ſupra firmata concluſio, vt procedat, etiam in caſu contrario; videlicet, quòd ſicut ſupra ex multis probatum eſt, quòd actus legitimè factus ſi deueniat ad caſum, à quo incipere non poteſt, *non irritatur*,ita & è contra,actus *nulliter geſtus*,ſi deueniat ad casū, in quo poteſt legitimè fieri, non confirmatur,neque cōualeſcit,cap. non firmatur, vbi notabilis gloſ. & Dyn.de reg iur.in 6.l.quod initio, vbi latè Decius,& Cagnol. ff. de reg.iur.

Confirmatur ampliatio ex multis, & Primò. Sponſalia ante ſeptennium completum,ſunt ipſo iure nulla, c. acceſſit,vbi Gloſ.in verbo ipſo iure cap.litteras,& cap.ad diſſoluendū, de deſponſat.impuber. l.in ſponſalibus,ff.de ſponſal.ex quo ante ſep. *tennium* completum non adeſt vſus rationis D.Th.in 4.diſt.27.q.2.ar. 2.vbi omnes,& l.ſi infanti,§.fin. & l.potuit,C.de iur.deliberand.Si tamen ante ſupradictam ætatem contracta ſint,ipſa adueniente non cōualeſcunt, cap. primo de deſponſ. impub.in 6. niſi aliqua adſint ratificationis ſigna, vt *in* dicto cap.1. vbi gloſ.Anton.de Butr.Archidiac. Franc.& cæteri Canoniſtæ, Syl.in verbo matrimonium, 8. quæſt.14. dicto 8.Ang.in eodem verbo 3.impedimento 14.nu.12.Roſel.in verbo impedimentum, in 13.impedimento num. 8. latiſſimè Sanch. de matrim.lib.1.diſput.16. num.6. Et facit regula, quòd promiſſio facta tempore inhabili, non valet, nec etiam tempore habili ſuperueniente obligat,cap.placet,cap.quidam, vbi Abb.notat,de conuerſ.coniug. Sic & ſponſalia contracta ab eo, qui aſtrictus erat voto caſtitatis, ſi in voto caſtitatis fuerit diſpenſatū, non obligant,ſicut ſponſalia ſecundo loco contracta,ſtantibus primis non tenent,etiam ſi fuiſſent iurata. Innoc.& omnes Canoniſtæ in cap. ſicut, de ſponſal. Et primis diſſolutis, nec etiam obligant, ex quo à principio non valuerunt.Sicut votum de re impoſſibili, non obligat ea facta poſſibili,Pegna,quē refert, & ſequitur Lopez prima parte inſtruct.cap.43.verſ.ſtultum eſt, & in proprijs terminis ſponſalium defendit Sanch.lib.1.de matrim. diſput. 50.num 6.licet Couar.in cap.4.§. 1.num.10.de ſponſalib. contrarium dixerit,& Nauar.in ſumma cap.12. num.vlt.dixit iuramentum de re illicita,ſi fiat licita obligare.

Secundo Confirmatur. Collatio beneficiorum præſcriptam habet ętatem pro qualitate cuiuslibet beneficij,cap.cum in cunctis,5.inferiora, de election. cap. ſuper inordinata, de præbend.vbi omnes Canoniſtę, cap.1.de ætate, & qualitat.Tridentinum de reform.ſeſſ.23.cap.6. latiſſimè agit Garzias de benefic.p.7. cap.4.Et collatio facta non habenti legitimam ætatem,nulla eſt, cap. licet canon.ibi(viribus omninò carere) de elect. in 6. vbi Gloſ. Archid.Geminian.& Franc.Sic etiam

per-

Digitized by Google

permutatio, vel resignatio beneficij facta non habenti legitimam ætatẽ, Puteus decis. 331. lib. 1. sic pluries Rota decreuit. Refert, & sequitur Flamin. Paris de resignation. benefic. lib. 4. q. 9. num. 20. cum sequenti, Rodriq. in summa tom. 1. cap. 30. num. 1. Vega in summa par. 1. cap. 36. cas. 5. Et procedit regula etiam in foro conscientiæ, Ledes. in summa par. 2. tract. 7. cap. 2. in 7. concl. difficult. 17. & etiam si modicum tempus deficeret, nempè dies. Ratio est, quia in expressè statutis à iure, non est licitum arbitrari. Et in ætate statuta à iure ad condendum testamentum, si vna dies deficiat, corruit actus, l. qua ætate, ff. de testament. Et in materia sponsaliorũ, pro quibus legitimè conficiendis requiritur septennium completum, vt supra probatum est, si vna dies deficiat, corruunt, Ant. de Butr. in cap. litteras, de despons. impuber. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 16. n. 4. Et in propria materia collationis beneficiorum, quod defectus ætatis in vna die annullet collationem, probat Garzias in d. cap. 4. n. 84. Si tamen impetratum fuerit rescriptum pro consequutione beneficij, tempore, quo completa non erat ætas pro tali beneficio consequendo, non poterit is, qui rescriptum impetrauit adueniente ætate, beneficium obtinere, cap. si eo tempore, vbi Glos. & omnes Canonistę, de rescript. in 6. Dynus in d. cap. non firmatur.

Tertio Confirmatur. Confessio Rei, etiam in tormentis facta non valet, nisi præcedentibus inditijs, l. 1. §. Diuus, ff. de quæstion. Glos. in l. penul. vbi Bart. ff. eodem tit. Felin. Dec. & Berous in cap. at si clerici, de iudic. Brunorus à Sole, in compendio in verbo, confessio facta per torturam, vbi testatur de communi opinione, Boerius decis. 90. nu. 10. & hoc in quocunque crimine, etiã enormissimo, Foller. in pract. criminali, in verb. & si confitebuntur, p. 3. num. 2. Gigas in tract. de crimine læsæ Maiestatis, lib. 2. tit. Quomodo & per quos crimen lęsę Maiestatis probetur, q. 1. num. 13. Viuius com mun. opin. opinione 139. nu. 5. Latè Farinac. in tract. criminal. in tit. de reo confesso, & conuicto, qu. 83. cap. 1. Idem est de confessione facta antequam constaret de delicto in genere, l. prima, §. illud, vbi Bart. & alij, ff. ad Syllanian. Angel. de malefic. in verbo, quòd fama publica, nu. 108. & in verbo vestem foderatam, num. 25. Subsequentibus tamen inditijs post confessionem in tortura factam, vel constito de delicto in genere, confessio non ratificatur, neque conualescit, Alber. & Bart. in l. maritus, num. 2. ff. de quæst. Felin. in cap. ad nostram, de probation. & in cap. at si clerici, num. 1. vbi Dec. num. 38. de iudic. Dec. in cap. quod initio, num. 4. de regul. iur. Alexan. cons. 79. lib. 2. Roman. cons. 177. & singul. 131. Laurentius in decision. Auenionens. decis. 138. Brunor. à Sole, loc. citat. Mascard. de probation. lib. 3. concl. 1385. Farinac. loco cit. n. 4.

Quartò Confirmatur. Excommunicatio lata post appellationem, est nulla, cap. cum contingat, vbi Abb. de officio delegati, cap. per tuas, vbi Glos. in verbo in quibus casibus, & Abb. de senten. excommunicat. in 6. & cap. in præsenti, in verbo ad cautelam, eodem tit. in 6. Couar. in cap. alma mater, p. 1. §. 7. num. 5. §. 10. nu. 4. Nauar. in summa cap. 27. num. 4. latissimè Sayr. de censur. lib. 1. cap. 16. num. 18. Nec reuiuiscit si appellatio non prosequatur, cap. licet, de sentent. excommunic. in 6. Couar. dicto cap. alma mater, §. 10. num. 6. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 13. §. 18. num. 8. Ratio est, quia

quia per appellationem ſuſpenſa, fuit Iudicis iuriſdictio, cap. ſi à Iudice, de appellation. in 6. Idcirco ſententia ab ipſo lata, habetur ac ſi à non ſuo Iudice lata eſſet, & cum à principio nulla ſit, non poteſt ex non proſequutione appellationis vires accipere, vt in ſpecie tradit Gloſ. in cap. ſæpè, in verbo rata, vbi etiam Abb. num. 14. & Anton. de Butrio de appellation. Sayr. in d.c. 16, num. 23.

Quintò Confirmatur. In multis Ciuitatibus ſolent adeſſe ſtatuta, nè bona ſtabilia emantur abſque Principis licentia, quòd ſi ex donatione, legato, vel ſucceſſione immobilia deferantur infra annum, teneantur ea vendere, nec amplius poſſunt abſque Principis licentia bona immobilia poſſidere, refert Mol. de iuſt. & iur. diſput. 140. verſ. quia de iure huius Regni. Sed quicquid ſit de ſtatuto Luſitaniæ, ſtatutum ſupradictum, quoad Eccleſiaſticos non valet, ex quo eſt contra libertatem Eccleſiæ, cap. perpendimus, de ſenten. excom. Dec. Felin. & omnes Canoniſtæ in cap. Eccleſiæ Sanctę Mariæ de conſtitution. Borrel. in addit. ad Bel. luc. in ſpec. Princip. rubr. 14. de amortizat. §. veniamus, litt. Q. Et ità fuit à grauiſſimis authoribus fũdatum in varijs tract. de cenſur. Quod autem pertinet ad forenſes, ne ipſis ſtabilia alienentur, certum eſt valere ſtatutum, probatur in l. ſi emptione, §. primo, ff. de contrahend. empt. Bart. in l. filius familias, §. Diui, in 2. quæſt. ff de legat. 2. Anna in verbo ſtatutum, ſing. 493. Si tamen alienatio ſtabilium in forenſi fiat, ſi poſtea ciuis efficiatur, alienatio non conualidatur, nec reuiuiſcit; latiſſimè probant Roman. conſ. 509. Andr. Sicul. cõſil. 70. lib. 3. Decius in d. cap. quod initio.

Sextò Confirmatur etiam ex multis regulis. Nam ſtipulatio liberi hominis, vel rei ſacræ, non conualeſcit, ſi liber homo efficiatur ſeruus: vel res ſacra efficiatur profana, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verbor. obligat. Sic etiam libertas data ſeruo alieno, ſi efficiatur manumittentis, non reuiuiſcit libertas data, nec manumiſsio nulliter facta vires recipit, vel conualeſcit, l. ſi ſeruo, ff. qui, & à quibus. Sic etiam teſtamentum impuberis, furioſi, vel filij familias, quod de iure non valet, ad ueniente pubertate, ceſſante furore, vel patria poteſtate, teſtamentum non reuiuiſcit, §. præterea, Inſtitut. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. cap. poteſt, verſ. quod ab initio, 16. quæſt. 3. Idem eſt ſi ex incapacitate hæredis inſtituti, teſtamentum eſſet nullum, nam, ipſo effecto capace teſtamentum non confirmatur l. ſi filius, & l. eius, & l. penult. ff. de teſtam. l. 1. § 1. ff. de legat. 3. Dyn. in dicto cap. non firmatur.

Quæ autem in ampliatione ſupradicta latè probata ſunt, quòd actus à principio nullus, ſi deueniat ad caſum, in quo poteſt legitimè fieri, non validatur, infraſcriptas recipiunt interpretationes, & Primò, quòd intelliguntur in actu penitus nullo, non autem annullando, nam actus annullandus, poteſt ex aduenientibus tractu temporis confirmari, cap. quod ſicut, de elect. cap. bonę il ſecondo de poſtulation. prælator. gloſ. in dicto cap. non firmatur, Abb. in cap. 3. de his, quæ fiunt à Prælat. Dec. in d. l. quod initio, nu. 9. & ita procedit doctrina Bart. in l. cum vir, ff. de vſucapion vbi formatquæſtionem, quòd ſtante ſtatuto, quòd debitor debito pendente, nõ ſolùm non poſsit contrahere, ſi de facto contrahit, & poſtea ſoluit debitum, conualidatur actus, ex quo tollitur impedimentum, & nullitas illa non erat ſimpliciter introducta,

Digitized by Google

sed actus erat annullandus ob tertij interesse, idcirco remoto impedimento conualidatur, & ex superuenientia dominij ob remotionem obstaculi consolidatur actus, & ita procedit etiam tex. in l. fin. ff. de fundo dotali, vbi alienatio dotalis facta à viro, si dos ipsi obueniat, confirmatur alienatio; Sic etiam alienatio rei alienæ, non valet, sed si res illa post contractum fiat vendentis, ex superuenienti dominio conualidatur actus, ex quo à principio non erat omnino nullus, sed respectiuè ad iura veri domini, rem possidetis, Glos. in l. rem alienam, ff. de contrahend. emption. & in l. si quis aliena, ff. de action. empti, vbi allegat tex. in d. l. cum vir. Quomodo autem superuenientia dominij locum habeat in feudis, latè tradit post alios Octau. Bambacar. in cap. moribus. Si de feudo defuncti militis fuerit controuersia Ioannes Andreas de Georgio alleg. 3. de Ponte in tract. de potestat. Proregis, tit. de regalibus imposit. §. 7.

Secundò Intelliguntur supra firmata in ampliatione, quod actus, si à principio est nullus, si deuenit ad casū, in quo legitimè fieri potest non conualidatur, vt non procedant, quando ex tractu temporis cessat causa destruens, & adueniat causa conualidans, Dyn. in dicto cap. non firmatur, num. 12. Bar. in l. per fundum, ff. de seruitutib. & in d. l. cum vir, vbi etiam Imol. ff. de vsucapion. Dec. in d. l. quod initio, num. 10. ff. de reg. iur. de Ponte loc. supra citat. Et ita procedit tex. in d. l. per fundum, vbi constitutio seruitutis inutiliter facta per consensum tertij, confirmatur; Sic etiam donatio officiali facta, licet durante officio nulla sit, finito officio, persistente donante in eadem expressa, vel tacita voluntate, donatio confirmatur, l. prima, C. de contrar. iudic. l. si contra, C. de nupt. l. sed quod senatorio, ff. de ritu nuptiar. Ita etiam contractus à minore gestus, si effecto maiore transactum sit quinquennium, contractus taliter firmatur, vt amplius non possit retractari, l. fin. C. si maior fact. alienat. rat. habuer. latè post alios explicat Morles. vbi etiam tradit quid in foro conscientiæ, cons. 8. in 1. tom. consuetud. Et sponsalia, quæ vt supra diximus ante septennium contracta non valent, si septennio completo signa sponsorum appareant, conualidantur, cap. 1. vbi Glos. de sponsal. impub. Ratio supradictorum est, quia ex tractu temporis, non solum cessauit causa destruens, sed superuenit causa confirmans, vt ex supradictis patet, & probat tex. in d. l. cum vir, vbi Bart. nu. 7. ff. de vsucapion. l. filiam fratribus, vbi Bart. num. 7. ff. ad Trebellian. l. cùm dominus, §. fin. ff. de pecul. leg. l. apud celsum. §. si à Titio, ff. de doli mali met. except. l. illicitè, ff. de rebus eor. &c. post alios probat Franc. Niger Controuer. forens. controuer. 308. num. 56. cum sequenti. Et eo magis procedit supradicta intelligentia, quando causa confirmans, seu ius superueniens, habet causam de præterito, nam ex communi conclusione, certum est ius superueniens, habens causam de præterito, prodesse ad victoriam, & conualidare etiam iudicium retro nullum, l. si rem, §. fin. vbi Bart. num. 1. ff. de pignorat. action. l. si mandauero tibi, ff. mandat. l. si Titius, vbi Bart. ff. de verbor. obligat. Corneus cons. 288. n. 19. v. l. 3. Ruin. cons. 18. nu. 8. vol. 4. Cefal. cons. 147. num. 10. Capyc. decis. 16. Puteus decis. 426. lib. 3. Caputaq. decis. 299. in 1. p. Rota in nouissimis, dec. 187. p. 2. Surd. dec. 6. in prin.

Tertiò Intelliguntur tradita in suprascripta ampliatione, quòd actus à prin-

principio nullus deueniens ad casum, in quo legitimè fieri potest nõ conualidatur, vt procedant quando constat de principio vitioso, secus è contra, nam possessio immemorabilis, habet vim tituli, & priuilegij, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æstiu. cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. significat. nam tempus immemorabile non includitur in regula supradicta, quòd quando à principio non valet, si deueniat ad casum, in quo potest valere non cõualidatur, sic notabiliter Ang. in §. 1. per Glos. ibidem authent. vt de cætero comm. Eccles. Dec. in dicto cap. quod initio, num. 8. Ratio conclusionis est, quia præscriptio immemorabilis, nõ requirit probationem tituli, nec etiam probationem bonæ fidei, nec scientiam, nec patientiam illius contra quem præscribitur Anton. Gabr. comm. concluſ. tit. de præscription. concluſ. prima, per totam, Mascard. de probationibus, concluſ. 1220. & sequenti, quia omnia ex cursu temporis legitimè præsumuntur processisse. Et licet vera sit conclusio, quòd data incapacitate, quasi possidentis, nulla possessio, etiam immemorialissima iuuat, Abb. in cap. fin. num. 15. de consuetud. vbi Roccus de Curte sect. 3. num. 36. decis. 32. num. 6. Anton. Gabr. loco citat. num. 16. Auendan. de exequendis mandat. par. 1. cap. 1. num. 7. & num. 20. & cap. 6. num. 7. Hoc procedit in omnimoda, & perpetua incapacitate, quæ nunquam potest ad capacitatem reduci, nam quando potest possessor per priuilegium fieri capax, immemorabilis possessio prodest, & obtinet vim priuilegij. Et sicut potest per priuilegium possessor effici capax, ità etiam per immemorabilem possessionem, cùm sublineat vicem priuilegij, vt supra ex §. ductus aquæ, & §. præterea probatum est, & in specie facit notabilis decisio, Vasq. Illustr. controu. lib. 2. c. 84. num. 11. & facit regula, quòd quicquid potest per priuilegium concedi, potest etiam per consuetudinem, seu præscriptionem acquiri. Glos. in cap. catholica, vbi Præp. & Geminian. 11. dist. Felin. in cap. accedens, num. 6. vers. restringerem hanc fallentiam de præscript. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 7. par. 5. in glo. in verbo otorcamiento del Rei, Ioseph sessæ tr. de inibition. cap. 8. §. 3. n. 158. Belluc. in spec. Princip. rubr. 11. §. videndum, nu. 13. Et sicut ex priuilegio Summi Pontificis potest Rex conferre beneficia, Boer. dec. 32. & de facto ita practicatur in hoc Regno in collatione canonicatuũ, & dignitatum Ecclesiæ Lucerinæ, ita & per consuetudinem, & possessionem immemorabilem, Boer. loco cit. n. 9.

Quid dicendum quando ex nouiter accidentibus, materia actus destruitur. C. 8.

LImitatur supra firmata principis conclusio, quòd quando actus deuenit ad casũ, à quo incipere nõ potest, non irritatur, vt nõ procedat quãdo ex nouiter accidẽtibus materia actus destruitur, & vt inquit Bar. in l. pluribus, §. & si placeat, ff. de verbor. obliga. deficit causa materialis exẽplũ est, quando fuit promissa res, quę post promissionẽ absq; culpa, vel mora promittentis, effecta fuit sacra, tũc. n. promissio cessat, & non debetur, quia materia ipsa promissa cessat, l. inter stipulantẽ, §. sacram, vbi Glos. Bar. Ias. & alij, ff. de ver. oblig. l. huic scripturæ, & l. quia in eum, ff. ad l. Aquil. & l. si à me, ff. de iud. Dixi absque culpa, vel mora debitoris, quia alias teneretur ad pretium, vt per supra citatos.

Et procedit conclusio, etiam si postea cessaret impedimentum, nã quando

Digitized by Google

res est extincta per causam annullantem, non reconualescit, etiam si tale impedimentum cesset, l. qui res §. ream, ff. de solution. cap. quæris, vbi Glos. de consecrat. dist. 4. & c. quàm periculosum 7. qu. 1. & Speculator in tit. de probation. §. 1. ver. circa nouale, dixit, quòd nouale tãdiu durat, quandiu à primis religiosis possidetur, quod si ad alios peruenerit amittit illam qualitatem, c. fin. de priuileg. & si ad primos reuertatur, non recuperat, per textum in dicto §. sacram, & probat Ias. ibidem num. 8. Tiraquell. tract. cessante causa, limit. 12. num. 5. Et promissio, vel legatum fructuum ex certo fundo percipiendorum, ipsis nõ natis, non debentur, & si ex alijs fũdis promissoris, vel testatoris colligantur, quia locus est appositus causa taxationis, & non demonstrationis, secundum communem omnium resolutionem, vt habetur in l. quidã testamento, ff. de legat. 1. l. Paula Callimacho, ff. de legat. 3. l. Titius, ff. de aliment. & cibar. leg. l. in conditionibus, §. 3. ff. de condition. & demonstration. l. si non designata, C. de fals. caus. leg. adiect. l. ex eo, ff. de annu. leg. l. vini falerni, ff. quando dies leg. cedat, l. si quis cum fundũ, ff. de action. empti, l. annua, §. Titio, & l. penult. ff. de ann. leg. l. si sic, §. 1. & l. Legaui, vbi Glos. ff. de legat. 1. l. inter stipulantem, §. sacram, vbi Bar. num. 6. & Ias. nu. 27. ff. de verb. obligat. Cyn. & Bald. in l. si quis argentum, §. 1. C. de donation. Bar. in l. Lucius, §. Ciuibus, ff. de legat. 2. Gigas in 11. & de pension. quæst. 62 Caccialup. in eodem tractatu q. 16 Rota in antiqu. decis. 11. Loffred. cons. 46.

Et secundum communem, & veriorem resolutionem, adiectio loci tunc dicitur apposita causa taxationis, quando ante perfectionem dispositionis locus nominatur, dicitur autem causa demonstrationis, quando completa dispositione adijcitur, Alberic. in d. l. quidam testamento, ff. de legat. 1. Bart. in d. l. Lucius, §. Titius, ff. de legat. 2. & in d. § sacrã, n. 6. Ioannes Faber in d. l. si quis argentum, Iacob de Sancto Georg. in l. si fidei commissum, §. tractatum, ff. de iudic. Decius in l. fin. num. 21. ff. de pact. & cons. 305. Paul. de Castr. cons. 338. vol. 1. Felin. in cap. super litteris, num. 10. de rescriptis, Couar. in rubr. de testam. p. 2. num. 13. vers. secunda conclusio, Garz. in tract. de expens. & melio ration. c. 4. num. 36. Nec promissio, vel legatum fructuum percipiendorum ex certo fundo in primo anno, supplebitur, ex sequentibus annis, nam ipsis non natis, amplius non debentur, Andr. de Iser. in cap. primo de notis feudorum, & tradunt communiter DD. locis supra citatis.

Ratio supradictorum est, quia res extincta per causam annullantem, amplius non reuiuiscit, vt supra ex dicto §. sacram, & alijs probatum est, & facit communis resolutio Feudistarum, quod feudum, quod potest consistere in annuis redditibus cap. 1. §. sciendum, vbi omnes feudistæ, de his, qui feud. dar. poss. Cumia in repetitione, cap. si aliquem in præludijs num. 121. Petr. Greg. in tract. de concess. feudor. p. 2. qu. 6. Franc. decis. 362. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Glos. 6. vel in fructibus, qui ex camera, vel caneua Regis solent percipi, de quibus loquitur tex. in cap. 1. §. fin. de feud. cognit. & c. 1. §. si vero vassallus, quid si inuestit. & cap. 1. vbi Andr. de Iser. notis feud. Capyc. de inuestit. feud. in verbo feudum de camera, Thomas de Marinis tractat. de feud. titul. de feud. camer. si ex certo corpore non percipiuntur, non supplentur ex alijs, nec ex annis sequentibus, Andr. in

dicto

dicto cap. 1. de not. feud.

Fallit tamen hæc regula, Primò in præstationibus, quæ singulis annis faciendæ sunt, nam quod in vno anno colligitur, supplendum est ex alijs l. legatum, §. vini falerni, ff. de ann. leg. l. ex eo, ff. de vino trit. & oleo legat. Petr. & Bart. in d. §. sacram, n. 6. Cynus in d. l. si quis argentum, id circò pluries fuit iudicatum annuas præstationes à Rege in feudum cõcessas super functionibus fiscalibus certi loci, ipsis deficientibus supplendas esse ex alijs.

Fallit etiam secundo, quando annua præstatio habet principium à causa onerosa, nam semper reficienda est ex alijs locis, vel ex sequentibus annis, Andr. de Iser. in cap. imperialẽ, §. illud quoque præcipimus, vers. itẽ quærit Glos. vbi Liparul. in additione sic dicit decisum, de prohibita feud. alienat. per Federicum.

Idem quod supra dictum est dici potest de pensione appositа beneficio, quæ cum non constituatur in quota beneficij nè ipsum scindatur, quod est à iure prohibitum, cap. maioribus, de prębend. Ioannes Andr. & Ananias in cap. audiuimus, de collusion. deteg. Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 362. sed super fructibus beneficij, vt notum est, & quando constituitur super fructibus Ecclesiæ Parochialis, vel Cathedralis, apponitur clausula, dummodo remaneant centum pro Parocho, vel mille pro Episcopo, iuxta decretum Trident. sess. 24 de reform. quod est in viridi obseruantia, prout testantur Flam. Paril. de resignat. benefic. lib. 6. p. 2. Garz. de benefic. p. 1. c. 5. num. 394. attenditur tempus, quo constituitur pensio, Nauar. consil. 13. de rescriptis, Caputaq. decisione 330. part. 3. Achill. de Graff. decis. 97. num. 3. Garz. loco cit. nu. 398; aliter, quòd si sequentibus annis fructus deficiant, pensio non diminuitur, vt per supra citatos, & nouissimè tradunt Molfes. in summa tit. 6. cap. 3. num. 37. Filluc. tractat. 42. cap. 7. quæst. 68. sed si tanta esset diminutio, quòd Parochus, vel Episcopus non possent viuere, poterũt agere ad diminutionem pensionis, & vt ad conuenientem quantitatem reducatur Roman. cons. 369. Gigas de pension. quæst. 5. num. 4. & q. 35. num. 5. Mandos. de pens. verb. pensio, quod annullari, & versic. ergo clausula Flam. Paril. de resignat. benef. lib 6. q. 2. nu. 143. Et quod ad Parochum spectat, posset agere coram Ordinario, non obstante, quod pensio à Summo Pontifice imposita fuerit, nisi tamen in supplicatione fuerit apposita clausula, quòd pensio annullari, reduci, aut minui nõ possit, nã tunc requiritur specialis Summi Pontificis commissio, Stasil. de litt. iust. tit. de commiss. super reduct. pens. n. 7. Gigas consil. 147. Garz. loc. cit. nu. 402. Molfes. loc. cit. n. 38.

De validitate actus ad ipsum requisita ad hoc, vt obligationem faciendi extinguat.

QVÆST. XX.

Fideiussio nulla, non liberat eum, qui illam dare tenetur; & obiter de clerico fideiussore.

Cap. I.

REgula est, quòd actus, qui ab aliquo est faciendus, validè est facien-

ciendus, ad hoc, vt ab obligatione faciendi liberetur. Glos. in l. huiusmodi, in verbo legatum, ibi (sic vt valeat) ff. de legat. 1. vbi Bald. & Alexand. notant Dec. in cap. cum super, num. 4. de offic. delegat. & cons. 33. num. 3. Cefal. cons. 396. num. 21. Surd. cons. 3. num. 36.

Ratio conclusionis est, quia idem est aliquid non fieri, ac minus benè fieri, l. quoties, vbi Glos. Bar. Ias. & & alij, ff. qui satisdar. cogant. l. 3. vbi Bart. ff. de fideiussor. l. 1. §. fin. ibi (& quidem non esse actorem, vel Sindicum, tunc quoquè intelligimus cùm is absit, aut valetudine impediatur, aut inhabilis sit ad agendum) vbi Glos. in ver. quoties allegat concordantes, ff. quod cuiusque vniuers. nomin. & l. exigitur, ibi (dolo, autem malo non edidit, &, qui malitiosè edidit, &, qui in totum non edidit) vbi Glos. in verbo malitiosè allegat concordantia, ff. de edendo.

Hinc infertur primò, quòd qui tenetur satisdare, non liberatur, dùm non idoneum fideiussorem exibet, l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier. imò tenetur ad interesse, dùm minus idoneum fideiussorem exhibet, l. si quis stipulatus, §. si quis ita stipulatus, vbi Bart. Ias. & alij, ff. de verbor. obligat. Nam idem est, non satisdare, ac non idoneum fideiussorem dare, l. 3. ff. de fideiussor. Nec dicitur satisdare, quandò in fideiussore exhibito adest defectus facultatum, vel difficultas conueniendi, vt puta si in loco munitissimo sit, vel priuilegium fori habeat, d. l. quoties, & d. l. 3. Idcirco is, qui tenetur cauere de iudicio fisti, non liberatur dando Clericum in fideiussorem. l. 1. vbi Glos. in verbo, pro non data, ff. si quis in vis vocat. non ier. l. si fideiussor, ff. qui satisdare cogantur, Bart. in d. l. 3. num. 11. Et Clericus non potest in iudicio fideiubere, cap. 1. de fideiussor. cap. si te quidem 11. quæst. quæst. 1. cap. & non satis 86. distinct. l. curiales, C. locat. l. de die, §. 1. vbi Glos. in verbo probandi. ff. qui satisdar. cogant. §. Deo autem in authen. de Sanctiss. Episcop. latè Viuius decis. 210. Imò fideiubentes puniuntur ab ordinario pœna arbitraria, Menoch. de arbitr. iudic. cas. 431. Lelius Zanch. in tract. de priuileg. Ecclesiastic. priuil. 115. nu. 3. & Genuens. in prax. cap. 13. refert in Curia Archiepiscopali Neapolitana non recipi Clericos in fideiussores, tùm ob beneficium cap. Odoardus. de solut. per quod statuitur, Clericos non teneri, nisi in quantum facere possunt, tùm etiam, quia si pro pœna carcerarentur, minueretur diuinum seruitium, & à propriis officijs impedirentur; Si tamen in fideiussores accepti fuissent, tenet fideiussio, cap. peruenit, & cap. constitutus de fideiusso. Bart. in d. l. 3. Ias. in l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. Cagnol. in l. qui cum alio, ff. de regul. iur. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 46. per totum, Guttier. de contract. iurat. cap. 72. nu. 2. in 6. tom. tractatuum. latè congerit Carol. de Gras. de effectib. Cleric. effect. 44.

Quòd autem Clerici non dicantur fideiussores idonei pro Laicis, & quod nec is, qui quoquo modo tenetur cauere, liberetur dando Clericum in fideiussorem, probant Anchar. cap. 1. num. 4. de fideiussor. Iacobin. de Sancto Georg. in l. de die, §. qui mulierem, nu. 7. ff. qui satisdar. cogant. Bellonus in §. pro eo. Instit. de fideiussor. Renatus Coppinus in comment. Andegauens. lib. 1. tit. 11. num. 5. & hoc procedit ex difficultate conueniendi eos ob priuilegium fori, cui non potest Clericus renuntiare, cap. sanè, & cap. si diligenti, de foro compet.

Idcirco

Idcirco Clericus, qui Regium, vel Baronale Officium gessit, in Syndicatu remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum,& ab ipso condemnandus, Aufrerius in Clement. 1. num. 25. de offic. ordinar. Couar. Pract. quæst. cap. 33. num. 6. Clar. in pract. crimin. quæst. 36. Franch. ita decisum, refer dec. 479. Tappia in ius Regn. tit. de Sacro Sanct. Eccles. fol. 13. num. 6. Licèt contrariam opinionem teneat Carau. Rit. 49. nu. 15. & in Gallia contrarium seruari testantur, Aufrer. loc. cit. Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, in verbo vxorem, in 2. decis. num. 155. Et in hoc Regno extat Capitulum Caroli II. 159. per quod mandatur, ne publica Officia Clericis deferantur,& ex dicto cap. insurrexit communis praxis, quod nullo modo Episcopi vtiles domini aliquarum Terrarum, possint eligere Clericos in Officiales; Sic refert multoties decisum Anna Singular. 460. *in* verb. Rex; Potest tamen *laicus esse* fideiussor pro clerico, *etiam* in foro Ecclesiastico. & ab ipso Iudice Ecclesiastico conuenitur,& condemnatur, nam per fideiussionem factam à laico coram Ecclesiastico, prorogatur ipsius iurisdictio, quòd licitè fieri potest, l. si qui,& l. Episcopale, C. de Episcop. Audient. Bar. in l. 1. §. & post operis, ff. de oper. nou. nunc. Franc. Marc. decis. 82. & probat tex. in cap. ex rescripto de iur. iur. vbi laicus fideiussor ratione iuramenti conuenitur coram *Ecclesiastico*.

Ratihabitio inualida non facit actum ratum.

Cap. II.

SEcundò infertur, quòd is, qui promisit aliquid ratum habere, non liberatur, nisi validè, & sollemnitèr ratificet, nec simplex ratihabitio ipsum liberat: Paul. de Castr. in l. inuitum, num. 4. ff. de seruitutibus vrbanor. prædior. & promissio ratihabitionis, intelligitur de valida, & quæ de iure subsistit; Idcircò si ex vi statuti non posset aliquis contrahere, nisi cum consensu propinquorum, non liberaretur simplicitèr assentiendo, nisi interueniret requisitus consensus propinquorũ, notabilitèr fundat Sord. cons. 3. nu. 37. Ratio est, nam idem est, non fuisse factum, & inutilitèr fuisse: l. 1. §. nihil, ff. de inoffic. testa. l. si quis subconditione, ff. de testamentar. tutel. Latè Franciscus Beccius cons. 14. num. 31. Nàm quælibet promissio intelligenda est, ne sit frustratoria, l. fin. ff. si certum petatur. l. hanc legem, C. de contrahenda empt. Frustratoria enim esset promissio ratihabitionis, nisi cum debitis sollemnitatibus fieret; paria enim sunt, non gerere, ac sine sollemnitatibus facere, l. fin. C. de arbitrar. tutel. cap. 2. de traslat. Episcop. Catellian. Cotta in memorabil. in verb. actus nullus, Cacheran. decis. Pedamontan. 172. nu. 26. Item quando actus fit non seruata debita forma, habetur pro non scripto, Bald. in l. 1. §. pro secundo, C. de caduc. tollend. Corneus in l. fin. §. & si præfatam, C. de iure deliberand. Vantius de nullitat. cap. de nullitate ex defectu citationis, num. 25. Latè prosequitur

Bru-

Digitized by Google

Brunus in tract. de forma, & sollemnit. art. de potestat. & effectu formæ, & sollemnitatis, colum. 23. vers. vlt. alius hic restat; Item sicut paria sunt virum non habere, ac habere, inutilem, Glos. in l. fin. C. ad leg. Flauiam de plagiar. Et eodem modo Ecclesia dicitur viduata, quę pastorem non habet, ac quæ inutilem, cap. intèr corporalia, de translat. prælat. ita paria sunt, non ratificare, & inutilitèr, & insollemnitèr ratificare, l. non putauit, §. quæ vis, vbi Bar. ff. de bonor. possession contra tabul. & in l. 1. § quod autem, ff. de offic. præfec. vrbanar. Ias. in d. l. quoties, ff. qui satisdar. cogan.

Dictis adde, quòd quando aliquis actus promittitur, semper intelligitur de valido, etiam quod à Principe promittatur, qui potest defectum supplere. Innoc. Ioan. Andr. & Butrius in cap. dudum, de decim, latè Ias. qui alios refert, cons. 1. n. 8. volum. 1. Item quando factum aliquod promittitur ad finem producendi aliquem effectum, non sufficit si factum fiat, nisi tali modo fiat, quo intentus effectus sequi possit, Bart. in l. quid ergo, §. cum autem, ff. de his, qui notan. infam. Roman. cons. 199. num. 2. & 3. Nàm promissio interpretanda est, vt præstet finem ad quem dirigitur, l. 1. §. quod autem, ff. de fluminib. l. 2. §. quod autem diximus, ff. si quis caution. Signorol. cons. 149. num. 6. Idcircò Notarius rogatus de comficiendo instrumento intelligitur, vt validè, & secundum loci consuetudinem illud cõficiat, Bal. Ale. & Ias. in d. l. huiusmodi, ff. de leg. 1. & promittẽs Minorem, ratum habiturum aliquem contractum, intelligitur in forma valida, nec aliter liberatur à promissione, Bald. in l. si procurator, ff. de condition. indebit. Orman. in l. 4. §. cato, nu. 377. ff. de verbor. obligat. Surdus dicto cons. 3. Contra hoc non obstat decisio Capycij 93. n. 6. in qua, qui promiserãt Vniuersitatem ratificaturam, fuerunt liberati à promissione, quia ibi S. C. non determinauit articulum, de quo nunc agimus, sed quia in facto constabat, promissores feciſſe totum posse, idcircò fuerunt liberati ex communi resolutione, quod promittens factum alienum, licèt teneatur ad interesse, l. quoties, §. si quis alium, ff. de verbor. obligation. §. si quis alium, Instit. de inutilibus stipulat. faciẽdo tamen totum posse liberatur, l. stipulationes nõ diuiduntur, & l. ità stipulatus, ff. de verbor. obligation. Nec etiam obstat decisio Grammatic. 102. num. 99. quia ibi reuocatur renunciatio ex noua superuenienti causa, quod non facit ad casum nostrum.

Non dicitur condemnatus, aut excommunicatus, qui per sententiam, aut excommunicationem nullam est condemnatus, aut excommunicatus.

Cap. III.

TErtiò infertur, quòd condemnatus per sententiam nullam, non dicitur condemnatus, l. 4. §. condemnatum ibi (condemnatum accipere debemus eum, qui ritè condemnatus sit, vt sententia valeat, cæterum si aliqua ratione sententia nullius momenti sit; Dicendum est condemnationis verbum non tenere) ff. de re iudic. & probat etiam tex. in l. rei capitalis, §. 1. in fin. ibi (damnatus enim ille est, vbi damnatio tenuit) ff. de pœnis, & l. 1. §. 1. in fin. ibi (*quod aut Senatus*, quæ iudicata, transacta finitaue sunt, rata maneant, ita intelligendum

Digitized by Google

dum est, vt iudicata debeamus ab eo accipere, cui iudicandi ius fuerit) ff. ad Tertull.

Ratio est, quia quod nullitèr gestum est, nullum præstat iuris impedimentum, cap. quæ contra, & cap. non præstat de regul. iur. in 6. Et sententia nulla non transit in rem iudicatam, cap. circa de frigid. & malefic. Oldrad. cons. 106. Bald. in l. 1. C. senten. rese. non posse. latè prosequitur Tusch. in verb. sententia conc. 144. Et regularitèr omnis dispositio huius sæculi loquens de actu, nunquam intelligitur de actu nullo, quia quod nullum est, caret executione, nomine, & effectu, l. non putauit, §. non quæ vis, ff. de bonor. possess. contra tabul. Ioannes Andr. Innoc. & Bald. in cap. dudum de decim. Bart. in l. 1. §. quod autem. ff. de offic. præfect. vrban. Bald. in l. cum præcibus, C. de probation. & in cap. Nicolao de appellation. Guido Papa decision. 124. 159. & 200. Capyc. decis. 35. Surd. decis. 124.

Et clausula, *parito iudicato*, quę ex stylo signaturæ solet apponi in rescriptis, per quam conceditur iurisdictio sub conditione, ideſt, post sententiæ executionem, & ipsa non executa, omne quod geritur est nullum ex defectu iurisdictionis, Puteus decis. 429. lib. 1. Marth. de clausul. clausul. 84. num. 10. vbi refert multoties à Rota sic iudicatum; Et intelligitur in casu, quo reperiretur iudicatum, iuxta tex. in l. si quis legauerit, la prima, vbi Iaſ. ff. de leg. 1. Bald. in l. fin. num. 41. C. de edict. Diui Adrian. tollen. Ruin. cons. 83. num. 7. lib. 1. Rota decis. nou. par. 1. latissimè Marescott. variar. resolut. lib. 1. c. 87. num. 30. locum, inquam, non habet quando sententia est nulla, quia nõ dicitur iudicatum, quod nullitèr iudicatum est, Felin. in cap. causam quæ, de rescript. Roman. cons. 384. num. 1. Caputaquen. dec. 266. p. 2. Rota dec. 100. in 1. par. Marescott. loc. cit.

Et licet per Bullam Pij V. fuerit statutum, quòd sententia transacta in rem iudicatam omninò exequatur, nisi opponatur exceptio nullitatis ex defectu citationis iurisdictionis, aut mandati, si tamen ex alio capite constet, sententiam fore nullam, ex quo aliquod substantiale iuditij defuit, sententia executioni non mandatur, Caffiodor. decis 8. de rescriptis, Rota decis. 2. eod. tit. in nouis, Peregrin. decis. 24. lib. 1. & ita pluries fuisse à Rota resolutum, ac supradictam Bullam interpretatam testantur Marescott. loc. citat. num. 32.

Idem est etiam in rescripto, pro cuius validitate facienda est mentio litis pendentiæ, vel sententiæ latæ, cap. inter Monasterium de re iudic. cap. coram, de offic. delegat. cap. sinter dilectos, de fide instrumentor. Rota in antiquis dec. 637. non tamen procedit, quando sententia esset nulla, nec ex ipsius omissione rescriptum diceretur obreptitium, vel subreptitium, Rota decis. 357. in antiquis, Aegidius Bellamera dec. 140. & tradunt Glosæ Ordinariæ in c. in nostra, in verb. mentionem, in cap. ex tenore in fin. Glosæ Magnę, de rescript. in cap. sugestum, in verbo posterius. de iur. patron. & in cap. cum nostris, in verbo, de facto, de concess. præbend. Abb. in cap. per vestras, colum. 3. versic. nota, hoc dictum, de donation. in tit. vir. & vxor. Afflict. decis. 366. latissimè Vantius de nullitat. in cap. quoties, & intra quod tempus de nullitate agi possit, num. 18.

Quod dictum est de rescript. procedit in omni materia, nam de actu nullo, nulla vrget necessitas faciendi mentionem, prout in materia priuilegiorum tradunt Domin. in cap.

Digitized by Google

quoniam, 18. distinct. De vnione nullitèr facta, loquitur Calderin. cons. 29. de præbend. De gratia nulliter concessa tradunt, Rota decis. 179. Roman. cons. 483. De electione nulla, Calderin. cons. 14. de rescript. De appellatione nulla, vel deserta, Butr. & Imol. in cap. ex parte, de rescript. in cap. bonè de confirmat. vtil. vel inutil. De compromisso nullo, Cardinalis cons. 94. latè cumulant Felin. in dict. cap ex tenore, & in c. in nostra, de rescript. & in cap. illud, de prescription. Dec. cons. 460. num. 28. nec prorogat iurisdictionem, Archidiac. in cap. non ita, 2. quæst. 6. Paul. de Castr. in l. 1. §. 1. ff. de feud. nec interrumpit præscriptionem, l. si pater, vbi Glos. in verbo status, C. ne de stat. defunc. post quinq. quærat. cap. debitus honor, vbi Glos. in verbo in fine, de appellationib. Et attentata post sententiam appellatione pendente, licèt antè omnia reuocanda sint. cap. non solùm, de appellationib. in 6. ex regula. quod nihil appellatione pendente innouandum est, vt toto tit. ff. & C. nihil innouand. appellat. penden. sententia tamen declarata nulla attenta remanèt illibata, Aegidius Bellam. decis. 259. Rota decis. 357. in antiquis, Vantius loco citato, num. 48. Et sententia nulla, ob quam fuit, quis proprij bonis priuatus, non impedit, quin spoliatus non possit agere remedio spolij, cap. conquerente, de restititut. spoliator. Abb. in cap. ex insinuat. de procurat. nu. 4. Alex. in l. non videtur, & in l. iusta possit, ff. de acquirend. possess. nam Iudex nullitèr procedendo spoliat, l. meminerint, vbi Doctor. C. vndè vi, Dec. in cap. referente de rescript. Boer. decis. 138.

Hæc autem omnia, quę de sententia dicta sunt, procedunt etiam in sententia excommunicationis, quæ, licèt secundum D. Gregor. siuè iusta, siuè iniusta sit, semper est timenda, quando tamen est nulla, nec quòad Deum, nec quòad Ecclesiam timenda est. Non quòad Deum, quia nulla est culpa; Nequè quòad Ecclesiã, quia habetur, ac si non esset lata, Ostiens. in sum. tit. de sentent. excommunicat. §. quis eius effectus; Idcircò ex communi Canonistar. & Theolog. opinione sicut sententiam excõmunicationis nullam non seruans, non peccat, sic nec irregularitatẽ incurrit, Glos. in cap. ad præsentiam, in verbo appellationem, vbi Abb. de appellat. & in cap. solet, in verbo officijs de sententia excommunicationis in 6. Nauar. in repitit. cap. cum contingat remed. 2. num. 4. & sequen. & in summa cap. 27. num. 3. Vgol. de cens. tab. 1. cal. 14. §. 18. Couar. in cap. alma mater, parte 1. §. 7. nu. 7. Paludan. in 4. distinct. 18 quæst. 1. art. 3. concl. 2. Gabr. in 4 distinct. 18. quæst. 2. art. 2. consil. 8. Sot. in 4. d. stinct. 22. quęst. 1. artic. 3. Seyr. de cens. lib. 1. cap. 16. num. 42.

Ratio est, quia quod nullum est, timendum non est, nec præstat iuris impedimentum, dicto cap. non præstat, nec adest culpa incontrauẽiendo, cùm lex non offendatur, cap. qui peccat 23. quæst. 4. Et in foro conscientiæ, idem procedit, si sententia est iniusta, nam attenta veritate iniustitia æquipollet nullitati, idcircò iniustè excommunicatus, in foro animæ non est ligatus, & potest absolui ab alijs suis peccatis, & Sacramentum Eucharistiæ recipere, Riccard. in 4. distin. 18. artic. 3. quæst. 4. Adrian. in 4. de confess. quæst. 4. col. 10. Nauar. in cap. final. de testib. cogend. & in summa, cap. 9. num. 4. Et etiam celebrando secluso scandalo, & contemptu non peccat, nec efficitur irregularis, Adrian. in quodlibet

quæst.

Digitized by Google

quæst. 6. artic. 1. conf. 1. verſ. Sed dubium eſt,& in 4. ſententia, quęſt. 4. de confeſſ. verſ. ſi petas, Caiet. 2. 2. quæſt. 70. artic. 4. & 2. & in opuſculis, tom. 1. tractat. 19. circa fin. Sot. de tegend. ſecret. memb. 3. quæſt. 1. concluſ. 4. & in 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 3. concl. 4. Ioannes Medin. C. de reſtitut. quæſt. 11. Barthol. Medin. lib. 1. inſtruction. confeſſ. Couar. loc. cit. §. 7. num. 5. Et probatur apertè in cap. cui eſt illata, vbi (neminem poteſt grauare iniqua ſententia) & in cap. illud, ibi (quod ſi quiſquam fidelium fuerit anathematizatus iniuſtè potius ei oberit, qui facit, quam qui hanc patitur iniuriam) & in cap. cępiſti habere, & cap. quid prodeſt 11. quæſt. 3. probat etiam Corduba quæſt. Theolog. lib. 1. quæſt. 43. caſ. 13. Henriq. in ſumma, tit. de excommun. cap. 15. §. 3. Sayr. dicto lib. 1. cap. 16. num. 17.

Præcepto annuæ Confeſſionis nequaquam ſatisfit per confeſsionem inualidam. Cap. IV.

QVartò Infertur, quod præceptum annuæ confeſſionis à iure poſitiuo taxatum, iuxta tex. in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. non adimpletur per confeſſionem inualidam, Nauar. in ſum. cap. 9. n. 4. Viual. in candel. aur. tit. de confeſſ. num. 51. Suar. de pœnit. diſput. 36. ſect. 7. num. 3. Med. C. de confeſſ. quæſt. 20. & 24. Petr. Sot. lect. 8. de confeſſ. in fin. Henriq. in ſumma, lib. 4. cap. 5. §. 1. Comitol. lib. 1. Reſponſor. moral. q. 19. in fin. §. enuntiatum igitur veriſſimum, Reginal. in prax. lib. 6. num. 53. Coninch. de neceſſ. confeſſ. diſputat. 5. num. 9. Molf. in ſumma, tract. 7. cap. 10. num. 25. Eman. Sà verb. confeſſio. Eſt communis opinio omnium.

Ratio concluſionis eſt, quia inualida confeſſio, non dicitur confeſſio, ſed confuſio; Idcircò cùm nulla ſit, nõ poteſt per ipſam adimpleri præceptum, vt per ſupra citatos. Hinc eſt quòd pœna excommunicationis, quæ in aliquibus Epiſcopatibus apponi ſolet contra non confitentes in Paſchate, locum habet etiã contra nulliter, ſeu inualidè confitentes, Coninch. dicta diſp. 5. dub. 9. n. 72. Molfeſ. loc. cit. num. 29. Non tamen procedunt ſupradicta, quando confeſſio fuiſſet valida, ſed informis. nam tunc adimpletur præceptum, ex eo, quia ſecundum magis communem opinionem, per cõfeſſionem informem verè conficitur Sacramentum, licèt gratia non conferatur, quia finis præcepti non cadit ſub præcepto, vt notum eſt apud omnes; Sufficit pro adimplemento præcepti Sacramentum fuiſſe confectum, prout in ſpecie defendunt Sot. in 4. diſtinct. 18. quæſt. 3. art. 3. Petr. Sot. lect. 8. de pœnit. Ledeſm. in 4. in 2. p. q. 8. art. 2. dub. 12. Suar. de pœniten. diſput. 35. ſec. 4. num. 3. Molf. loco citato.

At verò, Præceptum annuæ communionionis, quòd licèt ſit de iure diuino, ab Eccleſia etiam taxatum fuit in dicto cap. omnis vtriuſquè ſexus, adimpletur per indignam communionem; Eſt communis opinio, quam probant Sot lib. 2. de iuſtit. & iur. quæſt. 3. art. 10. Metina in ſumma Confeſſar. par. 1. fol. 206. Lopez in 1. par. inſtructor. cap. 11. §. reuocari, Vega lib. 3. caſ. coſc. caſ. 273. Couar. in cap. alma mater par. 1. num. 5. Cordub. quæſt. Theolog. quæſt. 15. Azor. in ſumma tomo 1. lib. 7. cap. 41. Suar. de Sacram. in 3. par. diſp. 70. ſec. 3. Vaſq. tom. 3. diſput. 214. num. 31. Sanch. in ſum.

Digitized by Google

lib. 1. cap. 14. Molf. in summa tract. 3. cap. 8. num. 92. Ratio conclusionis est, quia qui indignè communicat, verè recipit Corpus Domini iuxtà illud D. Thom. sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali, & quando actus præcipitur à lege, siuè abhomine, tantùm substantia actus intelligitur præcepta, & modus non cadit sub præcepto, nisi esset de intrinseca ratione actus, vti est attentio in oratione, de qua in cap. dolentes, de celebratione missar. idcircò indignè recipiens Sacramentum Eucharistiæ adimplet præceptum, quod tamen secus est in confessione, quia invalida confessio non dicitur confessio, vt optimè aduertit Molf. dicto. cap. 8. num. 92.

Legatum pro maritandis puellis, quæ nam puellę, & quando consequi possint, Cap. V.

QVintò infertur, quòd legatum factum pro maritandis puellis, nullo pacto possunt consequi puellæ illæ, quæ nullitèr matrimonium contraxerunt, vt puta, si antè nubilem ætatem, vel contra iuris dispositionem contrahant, l. hæc conditio la prima, ff. de condict. & demõstrat. l. quod pupillo, ff. quando dies leg. ced. Ratio est, quia non dicitur factum, quòd nullitèr, vel non legitimè fit, Glos. in d. l. quod pupillo; Nec dicitur fieri, quòd iuris effectum non sortitur, Glos. in d. l. hæc conditio in verbo coniũctiones, vbi allegat tex. in l. si seruus decem, ff. de solutionib. l. ea quidem, C. si mancip. ità fuer. alien. vt manumit. l. 3. ff. de fideiussor. Alph. Perez lib. 1. de anniuers. & cappellan. cap. 21. num. 42. Sanch. de matrim. lib. 2. disputat. 91. num. 61. & facit; Nàm licèt mulier in foro viri conuenienda sit, l. fin. ff. ad municip. & de incol. non tamen procedit, quando matrimonium nullitèr est contractum, nàm tùnc in proprio foro erit conuenienda, l. penul. ff. eod. tit.

Sic etiam legatum pro maritandis puellis nullo pacto poterit concedi Religionem ingredientibus, Bald. in authen. nisi rogati, num. 11. C. ad Trebell. Bald. nouell. tract. de priuileg. dotis priuileg. 77. Couar. cap. 3. de testamen. num. 11. Boer. decis. 3. num. 13. Capyc. decis. 104. num. 2. Menoch. de præsumption. par. 2. lib. 4. præsump. 14. Guttier. quęst. canon. cap. 35. nu. 11. Sanch. de matrim. lib. 1. disputat. 33. num. 32. Genuens. in pracab. Eccl. quęst. 161. Perez loco citato, num. 26. Ratio est, quia conditio voluntaria adimplenda est in forma specifica, l. Meuius, & l qui hæredi, ff. de condition. & demonstration. nec potest adimpleri, etiam in melius, quod secus est in conditione necessaria, nam sufficit, quod adimpleatur per æquipollens, Bar. in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 3. ff. de liberis, & postum. Perez loco cit. num. 29.

Secus tamen est in legato facto certę personæ maritandæ, nam si Monasterium ingrediatur, debetur legatum, §. sed & hoc præsenti, in Authen. de Sanctiss. Episc. & Authen. nisi rogati, C. ad trebell. Est communis opinio, quam post omnes probat Couar. variar. resolut. cap. 19. num. 10. Guttier. dicto cap. 26. Menoch. dicto lib. 4. de pręsumptionib. præsump. 148. Mantic. loc. cit. lib. 11. tit. 18. num. 26. Cened. Perez, Sanch. & Genuens. locis citatis. Idem etiam tradunt ex Theolog.

Digitized by Google

log. Molin. qui dicit esse com. de iust. & iur. disp. 207. Lopez in 2. par. instruct. cap. 36. Hoc enim procedit, tùm ex iuris dispositione, tùm ex præsumpta mente testatoris, qui dùm legat dotem certæ personæ, ipsam diligere declarat, idcircò præsumitur voluisse omne id, quod melius est pro dilecta, vt ex supra citatis Doctor. colligitur.

Et ex eadem ratione infertur, quod legatum factum pro maritandis puellis ex propinquis, vel ex descendentibus testatoris, ex quo eadem affectio præsumitur, vt dictum est, idcircò cum legatum latam debeat habere interpretationem iuxta textum in l. Aurelius, §. Titius testamento, ff. de liberat. legat. etiam si tales puellæ ingrediantur Religionem possunt illud obtinere, Mantic. loco cit. lib. 8. tit. 5. nu. 22. Natt. cons. 296. Sanch. dicto lib. 1. distinct. 33. num. 32. vers. hoc tamen fatendum est, idem etiam probat Perez d. cap. 21. num. 27. vbi allegat tex. in l. quidam relegatus, ff. de reg. iur. ibi (& si non hæres, vel legatarius, sed alius ex amicis, & sic in facto consuluī.

Supradictis etiam addēdum est, quod legatum factum puellis maritandis in certo tempore, non possunt consequi iam maritatæ, ex illa ratione, quia verba legati in ipsis, non possunt verificari, Bald. in l. fin. num. 11 C. de sent. quæ sin. cer. quant. Ias. in l. quo minus, num. 133. ff. de fluminib. Bald. nouell. tract. de dote par. 5. num. 12. Didac. Perez lib. 5. ordination. tit. 2. l. 1. vers. dubium est. Ludouic. Casanate cons. 35. n. 33. Sanch. de matr. lib. 7. dist. 91. n. 64. & lib. 1. dist. 33. nu. 32. vers. tandem; Alph. Perez d. lib. 1. c. 21. de anniuers. n. 30. Secus tamen est si certæ personæ maritandæ fiat legatum, nam esto quòd reperiatur nuptæ tempore mortis testatoris, legatum consequi potest, est communis opinio, quæ optimè probatur per text. in l. si iam facta, & l. conditio nostra, ff. de condition. & demonstrat. & l. si quis hæredem, C. de institut. & substitut. Bald. in d. l. fin. C. de sentent. quæ sin. cer. quant. Couar. in cap. officij num. 9. de testamen. Spino de testamen. Glos. 14. num. 152. Sarmien. lib. 2. selectar. cap. 1. num. 11. Sanch. in dicto lib. 1. disp. 33. numer. 32. versicul. tandem, & dicto lib. 7. disput. 91. num. 65. Alphons. Perez dicto cap. 21. num. 38. Ratio conclusionis est, quia conditio concepta per verba futuri temporis, sufficit, quòd adimpleatur tempore, quo actus geritur, d. l. si iam factam, & dùm legatum sit certæ personæ, ex quo testator censetur ipsam diligere, implementum conditionis aduenies viuente testatore non extinguit legatum, sed potius firmat Bald., Couar. Ias. & alij supra allegati.

Nec etiam procedit regula, quando puella antè conditionis euentum nupta fuit, & sub spe maturandæ dotis matrimonium contraxit; In hoc enim casu ex præsūpta mente testatoris, qui voluit maritandis puellis consulere, dicendum est, posse consequi legatum, cùm valdè difficilè sit eodem tempore, quo legatus dotis debetur, virum inuenire, & ità in anno 1604. fuit per Sac. Cons. Neapolitanum resolutum iunctis aulis, referēte D. Francisco Chyros in interpretatione legati Contis Oppidi pro Familia Caracciolorum, & sic postea indubitantèr fuit à Doctissimis Viris practicatum.

Nec etiam procederet regula, quando legatum esset pro dotādis puellis, nam quæ iam dotata fuit, sed minus congruè potest obtinere legatum, & ex iuris dispositione, legatum in augmentum dotis, etiam

nuptæ

Digitized by Google

nuptæ debetur l. obligamur, §. 1. ff. de action. & obligation. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 22. in princ.

Addendum est etiam supradictis, quod legatum pro maritandis puellis nõ debetur viduis secundo nubentibus, ex regula, quòd verba testatoris de solis primis nuptijs intelligũtur, l. Boue, §. hoc sermone, ibi (hoc sermone dum nupta erit primæ nuptiæ significantur Bald. in proœm. Decretal. nu. 25. Præposit. in rubr. de sponsal. num. 14. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 5. nu. 21. Sanch. dicto lib. 7. disp. 91. nu. 55. Fallit tamen hæc regula quando tempore distributionis dotium, non adessent puellæ ætate nubiles, vel promptos non haberent viros, nam tunc in subsidium, potest dari viduis, ex verisimili mente testatoris, ne opus pium differatur, Garro. in rubrica, C. de secund. nupt. noua æditione, nu. 5. Paul. de Castr. cons. 308. Sanch. d. disp. 91. num. 57. sic fuit à doctissimis viris resolutum in distributione dotium legatarum Contis Oppidi.

Ad idem facit, quod legatum pro maritandis puellis Orphanis, potest nõ existentibus orphanis cõcedi puellis, habentibus parentes pauperes, vel inhabiles. Probatur, nam idem est parentes non habere, & habere inhabiles, sicut de filio inutili, notabiliter tradit Glos. in l. fin. in verbo Orbitates, C. ad l. Iul. de plagiar. vbi inquit Glos. (orbatum vocat patrẽ à filio, licet filius viuat, quia sibi est inutilis) quam Glosam dicunt notabilem Bertacchin. in repertor. in verbo Orbatè, Alex. cons. 104. n 4. volum. 1. Ias. in l. fin. num. 3 ff. de offic. eius cui mandata est iurisd. potest tamen dari in subsidium, ex quo, competitores in quibus specificè testatoris voluntas non adimpletur, non habent, facit tex. in l. generaliter, §. spurius, ibi (sed si habeant competitorem) ff. de decurion. & eorum filijs. Et hanc opinionem probat Palatius Rubeus d. cap. per vestras, notab. 2. §. 12. n. 7. & ex multis latissimè fundat Alph. Perez d. c. 21. nu. 31. cum multis sequen.

Legatum etiam pro maritandis orphanis licitè petunt expositæ, quæ & si parentes habent ipsos tamen demonstrare non possunt, l. vulgo cõceptæ, ff. de stat. homin. & par est ratio orphanarum, & vulgo conceptarum, & expositarum, optimè aduertit Gregor. Lopez l. fin. tit. 2. p. 4. in verbo Echãdolos, & facit tex. in cap. 1. de infantulis, & languid. & in specie fundat Perez in d. cap. 25. n. 66. cum multis sequent.

Puniendus est, qui actum nullum facit. Cap. VI.

VLtimo pro complemento materiæ aduertendum est, quod licèt indubitata sit regula, quòd actus ab aliquo faciendus debito modo fieri debet, & propterea actus nulliter gestus, nullius est considerationis, & vt optimè aduertit Vantius in tract. de nullit. in cap. Quoties, & intra quod tempus, &c. per actũ nullum nõ interrumpitur præscriptio, non perpetuatur iurisdictio, non rumpitur testamentum, non inducitur mala fides, nec litis pendentia, non tribuitur causa præscribendi, non expirat potestas aliquid eligẽdi, vel optandi, nec per examẽ nulliter factum derogatur primis depositionibus testium, nec per actum nullum res incidit in commissum. Quando tamen lex, vel homo simplicirer factum considerat, actus nullus est in consideratione, imo facit committere pœnam, exemplum est in Prælato nulliter bona Ecclesia

alie-

Digitized by Google

alienante, nam punitur, cap. quoniam, vbi Abb. & Anton. de Butr. & cap. si quis præsbyterorum, de reb.Eccl.non alienand.

Sic etiam adiens Iudicem incompetentem nihil facit, & tamen punitur,l.2. vbi Bald.C. de donat.cap. si diligenti de foro compet. Corrumpens instrumentum nullum punitur pœna extraordinaria,Bald.in l.1.C.de sepulcr.violat.Bart.in l.si quis legatum la prima, §.si quis rationibus, ff. ad l. Cornel. de falſ. Angel.de malefic.in §.falſario,verſ. quotquot modis dicatur falſum. Idem est de falsificante Bullas Summi Pontificis nullas, Abb. & Butr. in cap. ex tenore de reſcript. vbi etiam Felin. Idem Abb.in cap. cum ad falsariorum,de falſ.

Hinc est,quòd licèt actus nullus probet intentionem, l. legatum sub conditione, §. fin ff. de alimen.legat.l.2.C.de fideicommiſſ.l. in testamento, ff.de fideicommiſſ. liberat. Dec. conc. 176. & 407. latè *Tuscus in verbo Animus*, & intentio *concluſ.336.quando tamen voluntas per actum nullum declarata* esset contra iuris *dispositionem*, voluntas illa censeretur erronea, Bald. in l.alia,C.de his, quibus, vt indig. Cassi dor. deciſ. 5. de iur. patronat.Afflict.deciſ.25.facit tex. in cap. &si clerici, de iudicijs, & l. mater decedens, ff. de inoffic. testam. vbi agens ex testamento, si per Iudicem declaretur testamentum nullum poterit hæreditatem abintestato petere,Afflict.sic refert decisum loco citato, & sic non sufficit aliquid esse, nisi legitimè probetur,quia nec etiam veritas in foro exteriori habetur pro veritate, nisi legitimè probetur, l.si veritas, C. de fideicommiſſ. Abb. in cap. cum venerabilis, de exceptionib. Bar.in l.1.§.si quis ita,ff.de verbor. obligation. Bal.in l.2. C. de error. aduocat. Angel. in l. 1. C. de præscription. 20. annorum. Et producens scripturam, licèt censeatur ipsam habere pro vera, procedit quatenus reperitur sollemnis,Ioannes de Imol. in dicto cap. cum venerabilis.Alexan.conſ.108.volum. 5. Grammatic.ad Afflict. dicta deciſion.25.

Et propterea confessio delicti factæ à clerico coram Iudice laico, ipso remisso cum actis ad Iudicem Ecclesiasticum ei non obstet,ex regula tex. in cap.at si clerici de iudic. Ex antiquiſſ. tamen stylo Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ,testes examinati coram laico, repetuntur in faciem ipsius clerici inquisiti,quo facto,si reus nollet perseuerare in confeſſione iam facta coram laico, poterit torqueri ex doctrin. Aretin. & Dec. in dicto cap.at si clerici,quã vsu receptam, tradit Genuenſ. in prax. cap.6.n.3.

Num, & quando posit quis à se gesta reuocare.

QVÆST. XXI.

Explicatur quædam regula iuris, & Principem quoquè sub ea comprehendi statuitur. Cap. I.

EX l.post mortem,vbi latè Bart.ff. de adoption. l. per fundum, ibi (benignius tamen dicetur,& antequam nouiſſimus cederet, eos, qui anteà cesserе,vetere vti cesso iure non posse) ff de seruitutib.rusticor. prædior. vbi Gloſ.in verbo, non posse,l.cum profitearis,C.de reuocand.donation. cap. diuersis fallacijs,vbi Gloſ.in verbo, non per te, de

Digitized by Google

de cleric. coniugat. cap. nostri, vbi Glos. fin. de elect. habemus regulam, quod actum à se factum non potest quis iure proprio reuocare, & procedit regula non solum in actibus duorum consensu gestis, vt non possit, quis alterò contradicente actum reuocare, ex regula, quòd, quæ à principio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis, l. sicut, ff. de actionib. & obligation. Et quod semel placuit amplius displicere non potest, cap. quod semel, vbi Glos. & Ioannes Andr. de reg. iur. in 6. sed etiam in actu facto ab vno, nam nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam, l. nemo potest, vbi Glos. Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Nisi tamen actus esset de sui natura reuocabilis. Exemplum est in testamento, nam etiam iuratum cum pacto de non reuocando potest reuocari, Ioannes Andr. in dicto cap. quod semel. vbi etiam Glos. & in additio. ad Speculat. in tit. de instrumentis edit. §. compendiosè, vers. quid si iurauerit, & in cap. decernimus, de senten. excommun. in 6. & secundum communem legistarum opinionem non incidit in periurium reuocando, Bart. in l. si quis in principio testament. ff. de legatis. 3. Cynus, & Bald. in l. 1. C. de Sacr. San. Eccles. licèt contrarium sentiant Canonistæ, nam reuocans procuratorem: quam iure iuraudo promiserat non reuocare, valet reuocatio, licèt incidat in periurium, Glos. in cap. fin. in verbo reuocatus, de procurat. in 6. sicut promittens sub iuramento non reuocare Vicarium, incidit in periurium reuocando, sed tenet reuocatio Ioannes Andreas Anton. de Butr. & Abb. in cap. tua de offic. Vicar. Boer. decis. 347. latè Gabriel comm. conclus. lib. 2. conclus. 1. de iur. iurand. nu. 8. 9. & 14.

Etiam in Principe non recognoscente superiorem prædicta locum habent, qui non solum ligatur contractu cum subdito gesto, Bal. & communiter omnes in l. 1. ff. de pact. l. digna vox, C. de legib. & taliter ligatur, vt non possit, etiam de potestate absoluta à contractu recedere, vel ipsum violare, Bart. in l. omnes populi in 3. quæst. principali, ff. de iust. & iure omnes Canonistæ in cap. 1. de probation. Dec. in cap. 1. in 2. lectura de cõstitution. latissimè probat Vasquez lib. 1. controuers. vsu frequent. cap. 3.

Et propterea si Princeps concedat officium mediante pecunia (quod potest tuta conscientia facere, cum debitis tamen circumstantijs *Diuus Thom.* opusc. 21. ad *Ducissam Brabant.* Caiet. in summa in verbo officior. sęcul. venalitas, Sot. de iust. & iur. lib. 3. quæst. 6. art. 4. latissimè Vasquez loco supracitat. num. 43. obligatur ex contractu, & non potest officialem, nisi conuicta culpa priuare, Bald. in l. qui patris, nu. 19. C. vnde liber. Paul. *de Castr. cons.* 266. lib. 1. *Brun. cons.* 97. num. 2. Petrus *Belluca* in speculo Princip. rubr. 26. de priuation. officior. §. Princeps, num. 3.

Et procedit etiamsi Princeps in concessione vtatur his verbis (*indulgemus, vel gratiam facimus*) nam etiam dicetur officium concessum ex contractu, & propterea irreuocabile, Bald. loco citat. Boerius decis. 149. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 55. Idem etiamsi Princeps ad certum tempus officium conceffit, nempè ad annum, vel ab biennium, nam durante tempore non potest, absque causa reuocare Rom. cons. 465. vbi dixit; Rempublicam Senensem, non posse reuocare Officium Rectoris Hospitalis, quod ad certum tempus solet conferri, & Bald. in l. pecuniam, versi. quæro, C. de condict. ob causam,

quam

Digitized by Google

quam ſequitur Rebuff. in authen. habita, nu. 262. C. ne filius pro patre, dixit, Doctorẽ cõductum à Republica ad legendum per annum in Accademia, non poſſe ſine cauſa deponi, Menoch. dicta quæſt. 55.

Idem etiam ſeruatur in hoc Regno, in quo omnia officia iuriſdictionalia regulariter ſunt annalia, vt in Conſtitut. Regni, occupatis nobis, & in Conſtit. Iudices vbique locorum, & in Pragmatic. 5. ſub tit. de Baronib. Fran. deciſ. 410. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 3. de elect. Official. in princ. Sicut etiam erat de iure ciuili, nam officia non erant perpetua, ſed annalia, toto tit. C. de munerib. non continuan. lib. 10. & l. 11. C. vt omnes cauſæ, tàm ciuiles, quàm criminales, l. neminẽ, C. de ſuſceptorib. & arenar. lib. 11. vbi Lucas de Penn. §. fin. in authen. de defenſoribus Ciuit. Et Kalendis Ianuarij ſolebant Officiales adminiſtrationem incipere, Andr. de Iſern. in cap. 1. de feud. quard. vel Caſtal. per capitula verò Regis Roberti *Scire nos volumus*, & cap. *electionem incipiunt à primo* Septembris, Franch. dicta deciſ. 409. Poterant tamen pro ſequenti anno Officiales confirmari, nemine tamen illorum ad quos ſpectat contradicente, dicto §. fin. in authen. de defenſorib. Ciuitat. l. maiorem, ff. de pactis, & in ſpecie loquens de Capitaneo, tradit Dec. in cap. cum omnes, column. 5. de conſtitution. Boer. dicta deciſ. 149. num. 4.

Idem etiam eſt in Principe ſimpliciter officium concedente: Officia enim ſimpliciter conceſſa, dicuntur perpetua, l. iuriſperitos, vbi Alberic. & Bal ff. de excuſation. tutor. Et quod certo tempore non limitatur, dicitur perpetuum, Innocent. in cap. ſi pro debilitate, de offic. delegat. Et etiam quod ad nutum conceditur, vel, donec quis Conſul fuerit, dicitur perpetuum, ex illa ratione, quod poterit occurrere, vt perpetuum fiat, l. ſufficit, vbi Ia. ff. de condition. indebiti, Glo. in cap. fin. in verbo perpetuas, de reſcriptis in 6. Nam licet conceſſio, vel officium poſſet reuocari, ſed ex quo non eſt præfinitum tempus, dicitur perpetuum, Gloſ. in Clement. 2. in verbo per electionem de reſcrip. Oldrad. conſil. 40. Ia. in d. l. ſufficit, Gomeſius in regula Cancell. in reg. de iure quæſito non tollen. quæſt. 3. verſic. tamen aduertendum.

Et officialis deputatus ad beneplacitum Principis, dicitur perpetuus Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, ff. de operis nou. nunt. vbi etiam Bald. num. 2. vbi loquitur de Mareſcallo Summi Pontifici, Boer. dicta deciſ. 149. Et de Camerarijs Summi Pontificis, Auditoribus Cameræ, vel Pœnitentiarijs, quod cenſeãtur perpetui, habetur in Clemen. ne Romani, in §. eo tamen prouiſo, vbi Gloſ. in verbo expirare, de election. (Quæ autem officia morte Principis vacent, latè tradit Anton. Gamma in deciſ. Luſitanis, deciſ. 373.) Idcirco non poteſt Princeps pro ſuo arbitrio officia reuocare.

Ratio eſt, quia ſicut non poteſt Princeps pro arbitrio voluntatis ſubditos bonis priuare, l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. tanto magis nec honore, Andr. de Iſern. in cap. 1. §. item ſi clericus, num. 29. de capitul. Conrad. Nam maxima infertur iniuria, dum quis ſuo officio de facto priuatur, l. 2 §. ignominia, ff. de his, qui notan. infam. l. fin. ibi (*qui dignus tali nota videbitur*) ff. vbi pupill. educare deb. l. hæc enim, ff. de ſuceſſ. tutor. & Gloſ. in l. teſtamento Centurio, in verbo negatio, ff. de manumiſſ. teſtamen. optimè probat, quòd per officij priuationem minuitur exiſtimatio officia-

Digitized by Google

ficialis, ibi (non esse honorē administrare, & dedecus remouere, quasi per hoc de eo dominus non confidat.) Idem probat Ioannes de Plat. in l. Iudices, num. 3. C. de annon. & tribut. lib. 10. & in l. quicunque, C. de diuers. offic. lib. 12. & in l. prima, C. de his, qui non impl. stipul. lib. 10. Alienum enim est à Principe subditum de honestare, Andr. de Iser. in d. §. item si clericus, Capyc. decis. 121. Roman. cons. 236. num. 1. Tappia in l. fin. cap. 9. num. 77. de constitut. Princip. Mastrill. de magistrat. lib. 1. cap. 27.

Propterea sequitur concludendum, quod non potest Princeps pro libito voluntatis, absque rationabili causa officialem priuare.

Et licet in contrarium faciat, quod officia sunt ad nutum Principis, qui potest pro libito voluntatis dare, & tollere, Ioannes Faber, in §. cum autem, num. 3. Institution. Quibus mod. ius patr. potest. tollitur; Et item, quod aliquem priuando, certiò non præiudicat, quia vtitur iure suo, l. iniuria, §. 1. ff. de iniur. l. iudicium soluitur, ff. de iudic. l. quisquis, C. si certum petat, vbi Bald. dicit, officium esse arbitrarium superioris; Et quod in iurisdictionalibus, quia semper remanet maior authoritas apud superiorem concedentem, cap. dudum, §. nos igitur, de præbend.

Idcirco ex vi supræmæ authoritatis, apud Principem residentis, datur libera renocatio, Bald. in l. qui se patris; Et quod per officium non conceditur, nisi tantum exercitium meri, & mixti imperij, & propterea est ad libitum concedentis renocabile, Andr. de Iser. in constit. Regni ea, quæ ad decus, Petrus Bellu. in specul. Princip. rubr. 22. §. & quia, num. 31. & rubr. 23. §. sed pone, nu. 13. Vndè hanc opinionem probant Innoc. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitution. Cardinal. Zabarel. in cap. perpendimus de senten. excommunic. Abb. in cap. nouit de iudiciis, Aflict. qui supra citatus allegat in cap. 1. in verbo potestas, nu. 1. & 2. Quæ sint regalia, Grammatic. decis. 46. Faber loco citato in dicto §. cum autem, Bald. in dicta l. qui se patris, & in l. rescripta, C. de præcib. Imperat. offer. & alij, quos allegat Pinell. in rubr. C. de rescinden. vendit. par. 1. cap. 2. nu. 30. vers. ex eisdem, vltimò pro nunc infertur.

Sed aduertendum est, quod supradicta procedunt attenta Principis authoritate, quæ sola nititur voluntate, iuxta illud Iob; Nemo potest dicere, cur ita facis? non autem de voluntate rationabili, & propterea verissima est opinio, non posse Principem ex sola voluntate officia indefinitè concessa, quæ perpetua dicuntur, vt supra probatum est, renocare; Et probatur hæc opinio ex tex. in l. nemo potest, de regul. iur. vbi nemo potest mutare consilium in alterius iacturam, sed maxima iactura est officio aliquem absque causa priuare. Item, quia Princeps non habet ius pœnitendi; quando habens officium seruat fidelitatem, & iuramentum, Bald. in l. peruenit il secondo, vbi etiam Felin. de iur. iurando, Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo duas vxores habens. numer. 44. de testament. Item quia licèt Princeps nō ligetur legibus, quoad vim coactiuam, quia in his, quæ sunt de iure positiuo liberam habet facultatem, Innoc. & cæteri Canonistæ in dicto cap. quæ in Ecclesiarum de constit. & in cap. nouit de iudic. ligatur tamen vi directiua, l. digna vox, C. de legib. Item quia beneficium Principis decet esse mansurum, cap. decet, de regul. iur. in 6. & puerile est concedere, & renocare,

uocare, Rot.deciſ. 33.num. 18. de præbend.in antiquis; optimè Gonzales de alternatiu.Gloſ. 5.§.6. nu. 40. Item quia mutationes non ex dominatione,ſed rationabiliter ſunt faciendæ,cap.mutationes 7.quæſt. 1. Andr. de Iſer. in dicto §. item ſi clericus; Et quàm ſint bono publico pernitioſæ officialium mutationes,latè probat Bouadill.lib.1.politic.cap.16.

Hanc noſtram opinionem,quod abſq; cauſa non poſſit Princeps perpetuis officijs priuare, probant Bald. in l.mancipia, de ſeruis fuggit. Guglielm.de Bened. loco ſupracitato, Rebuff. de nomination. quæſt. 12. num.36.Franc.Marc.deciſ.20. volum.2.Boerius deciſ.149. Capyc. deciſ.121.Bouadill. loco citat. nu. 28.de Pont.loco ſupracit. tit.3. de elect. official. num.5.Tapp. dicta l. fin.cap.9.num.86.& 88. vbi ſic dicit iudicatum in Collaterali Conſilio,Maſtr.de magiſtratib.lib.1.n. 27.vbi plures refert deciſiones;Sic etiam fuit multoties in Hiſpania iudicatum, quod reuocans Tabellionatus officium abſque cauſa ſoluat expenſas, emolumenta, & fructus, Molin.de primogen.Hyſpan.lib.1. cap.25.num.17.Guttier.de iuram. confirmatorio,par.1.cap. 18. num. 15.& 16.& cap.38.num.19. & lib. 3. quæſt. pract. quæſt. 11. num. 9. Gonzal.& Maſtrill.loco ſupracitat. Ad hoc etiam facit dictum Bar. & aliorum Doctor. quod Iudex non poteſt mutare Notarium electum in cauſa,niſi ipſa finita,abſq; rationabili cauſa, in l. 2. C. quomodo, & quando Iudex,num.9 & in l. teſtamenta omnia,num.18. C. de teſtament.& in authen.ſed Iudex.C.de Sacroſanct.Eccleſ. Paul. de Caſtr. in d. l. teſtamenta omnia, Roman. conſ. 67. notabiliter Gratian. qui etiam ſupra firmatam opinionem defendit,diſceptat.forenſ.cap.167.

Locum habet noſtra concluſio, etiam in officijs ad beneplacitum conceſſis,Boer.Guttier.Oliban. Bouadill. Maſtrill. loco citatis, & Burgos de Paz conſ. 21. Cacher:var. reſolut. par.4. cap.12. de officio Iudic. nu. 191.& ſeq.Ratio eſt,quia officium ad beneplacitum conceſſum, dicitur perpetuum,Alexand. in l. principalibus,ff.ſi cert.petat. Bar. in. l. de pupillo,§.ſi quis ipſi prætori,vbi etiam Bald.ff,de oper.nou. nunc.& ſupra probatum eſt. Secundò,quia beneplacitum intelligitur de voluntate iuſtificata, non de libera, Corneus conſ. 92. num.11. lib. 2. Gratian. loco ſupracitat. & non reuocatur, niſi ex legitima cauſa; Et licet præcarium ſui natura reuocabile ſit, l. 1. §. de præcario, ff.de præcar. cap. fin. eod. tit. taliter, vt non valeat pactum,quod ſit irreuocabile,l.cum pecunia,ff. de præcar. eſt communis opinio Bar. & aliorum in dicto §.de præcario; Tamen facta conceſſione non poteſt ſtatim reuocari, ſed Iudicis arbitrio conceſſionario, aliquod tempus indulgendum eſt,Abb.in dicto cap.final. Iaſ.in l.ſi pœnam,ff.de verbor. obligat.Capyc.deciſ.116. Menoch.de arbitrar. caſ. 23. & qui liberum habet arbitrium, eo modo debet illo vti, ne actus ab eo factus æquitati repugnet,l.ſi fideicommiſſ.§. quam quam de legat.3. Bald. in l. ſi quis maior.C.de tranſaction. Item beneplacitum Principis in materia officiorum intelligitur ſecundum iuris diſpoſitionem, videlicèt, quo vſque, benè adminiſtrauerint, Oliban.de iur.fiſc.cap.4. nu. 49. Nam in officij conceſſione ineſt tacita conditio, quamdiu benè adminiſtrat, nam qui malè adminiſtrat remouendus eſt, c.1.de re iudic.in 6. Gloſ. in cap.cum ad Monaſterium de ſtatu monachor.vbi allegat tex. in l. ſi quos, C. de officio Præfect.

Digitized by Google

Orientat. vide Bouadill. d. cap. 16.

Neque potest Princeps minuere authoritatem officiali, officium suum pacificé possidenti, Andr. de Barulo, & Ioannes de Platea in l. præcepit, num. 7. C. de canonic. largit. Tapp. loc. cit. Propterea licèt maximum sit dubium, an Baro possit causas à suo Capitaneo auocare, & alijs committere, & multi teneât, q de iure possit, ex l. iudiciũ soluitur, vbi Bal. & alij, de iudic. latè Couar. Pract. q. cap. 9. nu. 4. latissimè Mastrill. lib. 4. cap. 17. Vera tamen est resolutio, quod re non integra idest quando Capitaneus cępit cognoscere, non potest Baro alteri causam delegare, latè probat, & refert iudicatum Rouit. in pragmat. 2. & 3. de suspitionib. official. Idem esset si appareret liuor Baronis, qui in odium Capitanei, alijs causas delegaret, Rouit. loc. citat. num. 21. qui refert decisum.

Confirmatur nostrum dictum, nam Prorex, qui in negotijs Regni tenetur adhibere Collaterale Consilium, si spreto Collaterali, negotia Regni cum alijs Ministris communicet, non rectè facit, imò peccat, quia minuitur authoritas Consilij Collateralis, faciunt dicta per Paleott. de Sacr. Consistor. parte 1. quæst. 2. Ad iustitiam quoque pertinet, vt honor, dignitas, & fama proximi non lædatur, vt tradit Suarez in opuscul. de auxilijs, disp. de Iustitia Dei, sect. 3. n. 20. & 21. latè de Pont. de potestate Proreg. tit. de delegation. causar. num. 24.

Facit etiam textus notabilis in cap. nouit, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consen. capit. vbi deciditur, non posse Episcopum omisso Consilio Capituli, cum alijs negotia Ecclesiæ pertractare, per quem textum Lucas de Penn. in l. omnes Iudices, C. de decurionib. lib. 10. dixit omnia esse nulla, quæ omisso cosilio illorũ ad quos spectat, cũ alijs pertractantur; Adde quod, qui iurisdict. habet in administratione, & non in dominio, tenetur adhibere cõsilium deputatorũ ad id; Idcirco Roboam filius Salomonis priuatus fuit administratione, quia suorum Consiliariorum vota non curauit, habetur in lib. Regum, Andreas de Iser. in cap. 1. colum. 5. Hic finitur lex Corradi, latè Petra in tract. de potestat. Principis, fol. 169. num. 239. & de Ponte loco citat.

Officiali de facto spoliato, datur remedium possessorium ex dispositione tex. cap. ex tenore de restitutionibus spoliator. Sic probant in terminis, Guglielm. de Benedict. loco supracitat. Capyc. in dicta decis. 121. num. 26. Franc. Marcus decis. 795. Ann. allegat. 103. Mastrill. oco citat. num. 33. Quia honestati repugnat aliquem absque causa suo officio spoliari, cap. conquerente ibi, (quia verò non decet honestatem tuam Clericos tuæ iurisdictionis, sine manifesta causa, & rationabili, suis beneficijs spoliare, quibus teneris paterna prouisione consulere) de restitution. spoliator.

Et quàmuis beneficia manualia sint amouibilia ad nutum cap. 1. §. fin. ibi, (&si liberè possint ad eadem Monasteria reuocare) de priuileg. in 6. cap. 1. de Cappellan. Mònachor. in 6. si tamen malitiosè fiat reuocatio, succurritur officio Iudicis, Gonsales, & Gratian. locis supracitat. Etsi Prior malitiosè ab Abbate priuatur officio, per recursum ad superiorem poterit succurri, & confirmari, Innoc. in cap. insinuante; Qui cleric. vel monach. Abb. in cap. ad nostram, num. 12. vbi etiam Dec. de confirmation. vtili, vel inutili, & malo modo dicitur facere Princeps, dum absque causa de facto priuat officio, Anna dicta allegat. 103. Et licèt in Principe

Digitized by Google

cipe præſumatur cauſa,etiamſi non ſciatur,Gloſ.in l.relegati,ff. de pœnis,& in propriis terminis, Afflict. in cap.1.in verbo poteſtas, num.2. Quæ ſint regalia. Hoc tamen non procedit, quando actus requirit certam cauſam, nam tunc non eſt præſumenda in Principe, niſi conſtet, ſic in ſpetie probat Cancher. variar.reſol.par.4.cap.12. de offic. Iudic. nu.201. & quando Princeps non poteſt aliquid facere ſine cauſa,non ſtatur ſuę aſſertioni,Oldrad. conſ.170.Ancharan.conſ.398. vbi tradit Clementinam vnicam de probationib. non procedere quando Princeps aliquid aſſerit in iertij præiudicium,Geminian. conſil. 13.Decian.conſ.445.num.63.Roland à Vall.conſ.1.n.58. & ſequen. lib.2.latè Cancher.loco citat.cap. 3.de priuileg.nu. 75. Cauſę autem ob quas officialis priuandus eſt officio,habentur apud Bouadill. lib.1. politicę cap.16. & tradit Gloſ. notabilis,in cap.cum ad monaſterium, in verbo *negligens*, de ſtatu monachor. & licèt ob negligentiam priuari poſſit, vt in d.cap.cum ad monaſterium, ibi (ſeù negligens, aut remiſſus pro certo ſe nouerit, non ſolum ab officio deponendum)non ſufficit quælibet negligentia, ſed debet eſſe magna, quæ culpa dicitur, l.magna,ff.de verbor. & rerum ſignificat.

Omnia, quæ ſupradiximus in officijs ſimpliciter, vel ad beneplacitum conceſſis,multò magis procedunt, quando conceſſio officij fit ex cauſa ſeruitiorum præſtitorum, nam tunc conceſſio efficitur irrenocabilis,Andr.de Iſer. in Conſtit. Rega. Ea, quæ ad decus. Procedunt autem quando in ſpecie fit mentio ſeruitiorum, ſecus autem ſi in genere.

Ratio eſt,quia in omni Principis conceſſione ſolet fieri mentio ſeruitiorum,& ſic dicitur quaſi de ſtylo notariorum, optimè Afflict. in dicto verbo,poteſtas,vbi allegat Gloſ. in l.ſi donatio, C. de donation. & in auth. vndè ſi parens, C. de in officioſ.teſtamen.Bald.in l.illud, C. de Sacroſanct. Eccl. Procedunt etiam ſupradicta, multò magis in inferiore à Principe, qui non poteſt officialem deputatum abſque cauſa reuocare, l. ſolet,ff.de offic. Proconſul.Guglielm.de Benedict.loco ſupracitato, latè Menoch. de arbitr. quæſt. 55. & in hoc Regno extant Regiæ Pragmaticæ ſub titul.de Baronib. in quibus ſtatuitur, Barones nullo pacto poſſe Capitaneos electos infra annum reuocare; Quod procedit etiam conſentiente Capitaneo,renuente tamen Vniuerſitate, quæ pro ſuo intereſſe poteſt impedire reuocationem Capitanei, cum ſua interſit officiales breui tempore non mutari, ſic Franchis deciſ.409.vbi latè Amendol.in additionib.

Hinc obiter dixi, quod ſi aliquis Præpoſitus ex noſtris, qui ad annum præfigitur iuxta noſtras conſtitutiones par. 3. cap. 9. ibi (*Præpoſitus, etiamſi iam annus elapſus ſit*) infra annum ipſo conſentiente à Patre Generali,& Conſultoribus amoueretur, poſſet Domus iuſtè conqueri, & mutationem impedire, ſicut Vniuerſitas impedit remotionem Capitanei, vt ſupra ex deciſ.Franchis dictum eſt; Confirmatur,idem ex notabili doctrina Franch.in cap. cum ſingula, num.5. de præbend. in 6.quam refert, & ſequitur Gonſal. dicto §. 6. num.45.quod in beneficijs manualibus, in quibus datur reuocatio ad nutum, iuxta magis communem, & veram opinionem, Ioannis Andr. in dicto cap. cum ſingula, quem ſequitur Rot. deciſ. 2.de reſtitutionib. ſpoliator. in antiquis, & deciſ.6.eod.tit. in nouis,

& in

Digitized by Google

& in alijs decisionibus, quas refert Gonsal. loc. cit. num. 47. licèt amotus non possit conqueri, vt latè probat Perez de anniuersar. & Cappellan. lib. 2. cap. 6. num. 20. cum sequen. locus tamen à quo amouetur potest comparere, & impedire, & ipsemet amotus pro loci interesse, ergo ita etiam, & Domus suo Præposito infra annum priuata.

Summus Pontifex, & Episcopi nequeunt beneficia semel concessa absque iusta causa reuocare. Cap. II.

CAnonistæ dixerunt, posse Summum Pontificem pro arbitrio suæ voluntatis beneficiarium priuare; Ita Glos. in cap. per principalem, in verbo ad nos 9. quæst. 3. Geminian. cons. 99. Moedanus decis. 4. de restitution. spoliator. latè Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 40. vbi latissimè Decian. num. 26. de constitutionib. Gomes. in Reg. Cancell. de iure quæsito non tollen. quæst. 1. colum. 3. verfic. in beneficialibus, Azeuedo in recompilatione, lege 2. tit. 24. num. 10. lib. 4. latissimè Garsias de benefic. par. 5. §. 1. num. 2. Congerit Cenedus collect. 21. ad capitulum secundum, de præbend. in 6. Nam omnia beneficia dicuntur manualia, & obedientialia Summo Pontifici, Bald. in l. rescripta, C. de præcibus Imperator. offerend. Item, quia in beneficijs Romanus Pontifex plenariam habet dispositionem, cap. 2. ibi (plenariam dispositio ad Romanum noscatur Pontificem pertinere) de præbend. in 6. & Clementina prima, vt lit. pendeñ. ibi (plena, & libera dispositio ex suæ potestatis plenitudine noscitur pertinere) Theologi tamen docent Summum Pontificem esse vniuersalem dispensatorem beneficiorum, non autem Dominum Diuus Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 1. & 3. vbi Caietan. & quæst. 43. artic. 8. Adrian. in 4. de restitut. S. pro clariori, Sot. de iust. & iur. lib. 3. quæst. 6. art. 2. Nauarr. de spol. S. 3. Mol. de iust. & iur. disp. 29. quæst. 2. vbi dicit esse communem opinionem Theologorum, Azor. lib. 6. cap. 1. quęst. vltim. Less. de iustit. & iur. lib. 2. cap. 4. dub. 4.

Hanc communem Theologorum opinionem multi etiam Canonistæ, & Ciuilistæ sequuti sũt, inter quos fuerunt, Innoc. in c. nisi cum pridem, colum. 1. de renunc. Cardinal. cons. 161. incipiente, Sanctissimus noster. Abb. quæst. 1. colum. 7. verfic. ex quibus, & in cap. finali, de confirmat. vtil. vel inutil. Probus ad Monach. in dicto c. 2. de præbend. in 6. Alexand. cons. 101. num. 6. lib. 7. Romanus cons. 345. Pinel. in rubrica, C. de rescinden. vendit. part. 1. cap. 2. num. 20. Menoch. de præsumpt. 10. num. 20.

Ratio est, quia licèt *Summus Pontifex* plenariam habeat authoritatem in beneficijs, hoc procedit dummodo non sequatur aliquod inconueniens, quod maximum esset si inauditum beneficiarium de facto spoliaret, cum idem Pontifex in cap. 1. de caus. possess. & propriet. protestetur se non posse contra inauditam partem aliquid definire. Et plenaria, & libera beneficiorum dispositio ad Summum Pontificem pertinens, intelligitur, vt non possit ex aliqua dispositione iuris positiui coarctari, non autem ex dispositione iuris diuini, vel ex ratione naturali, iuxta communem Theologorum resolutionem, & notata per Pinell. loco citat.

Intelligitur etiam libera, & plenaria facultas Summi Pontificis circa beneficia, vt possit quæcunque bene-

ficia

Digitized by Google

ficia vbique loquorum ad quoscunque pertinentia ipse conferre, nam à principio nascentis Ecclesiæ, solus Pontifex beneficia conferebat, cap. 1. & 2. 22. distinct. Gonsal. in propris terminis in proem. regulæ alternatiuę, §. 1 Idcirco facultas Episcopi concessa conferendi beneficia, est cumulatiuè ad Summum Pontificem, qui supradictam facultatem Episcopis concedendo, suam nõ diminuit, & maiorem sibi reseruauit, cap. dudum de præben. Ideò cum omnibus ordinarijs concurrit, & sibi collationem reseruat, latè Garsias par. 5. cap. 28. Gonzal. loco citat.

Intelligitur etiam, vt cui velit Summus Pontifex conferat, & nullus possit dicere, cur ita facis? non autem, vt illicita prouisio dicatur licita, & iusta, nam prouidendo indignis, vel reuocando beneficia à dignis, maximum esset damnum Ecclesiæ, & repugnaret ratio naturalis, ac etiam dispositio iuris diuini, *quia non esset fidelis dispensator, & vtilis, iuxta dominicum præceptum*. Et Glos. in l. penul. ff. de hęred. instituend. dixit, quod (maior dignitas, & eminentior qualitas personæ, minorem licentiam præstat ad iniqua) vbi etiam Bald. & facit tex. in cap. homo Christianus, & cap. si Papa 40. distinct. Et Romanus cons. 327. dixit, quod Summus Pontifex sibi ipsi iniuriam facit, cum decreta prædecessorum turbat, aut priuilegia concessa tollit, quia iustitiæ, ac rationis ordo suadet, vt qui à successoribus sua mandata seruari desiderant, prædecessoris sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiãt, sic Diuus Gregor. in cap. iustitiæ, 25. quæst. 1. & in cap. institutiones, 25. quæst. 2. Gonz. loc. citat. Glos. 9. §. 2. nu. 75.

Accedit etiam, nam beneficia duplici respectu considerari possunt, aut quoad spiritualitatem, quam in se continent, & huius spiritualitatis, cum sit iuris diuini, indubitatum est Summum Pontificem non esse dominum; Aut respectu temporalitatis, & hoc tripliciter considerari potest. Primò, quoad bona ipsa particularibus Ecclesijs donata, & possessa, videlicèt bona Ecclesiæ Neapolitanæ, vel Capuanæ, & cæt. & horum bonorum, cùm Ecclesiæ ipsæ sint capaces, nec aliquid Summo Pontifici transtulerunt, certum est, ipsas Ecclesias esse verè dominas. Secundò, quoad titulum, seù vis percipiendi fructus ex bonis, à particularibus Ecclesijs possessis, & hoc ius, certum est ad ipsas Ecclesias dominas rerum pertinere, cum idem sit dominium, ac ius fructus percipiendi. Tertiò respectu fructuum, qui ex bonis Ecclesiasticis exiguntur, & certum est hos fructus ad beneficiarios pertinere, qui beneficia recipiendo, tacitè cum Ecclesijs contraxerunt, se ipsos obligando pro fideli administratione, cap. nisi cum pridem, Verum ibi (*non debes deserere sponsam tuam, cui desigendo manum, apud extraneum te fide media copulasti*) de renunciation. Ergo nullo pacto potest dici. Summum Pontificem esse verum dominum beneficiorum, sed fidelem dispensatorem, & propterea propriam concessionem, sine rationabili causa non posse reuocare, vt supra ex communi Theologorum, ac etiam aliquorum Canonistarum, & Iurist. probatum fuit.

Supradicta, quæ de Summo Pontifice asseruimus, absque vlla dubitatione procedunt in Episcopo, qui nõ potest cõcessum beneficiũ reuocare, cap. conquærente, de restitutione spoliatorum, cap. satis peruersum, 46. distinct. cap. inuentum 15. quæstione vltima; Imò expectare debet,

bet, an prouisus de beneficio assentiat, vel ne, nam facta collatione, quia functus est officio suo, non potest amplius se pœnitere, cap. si tibi absenti, de præbend. in 6. & hoc habet spiritualitatis beneficiorum collatio, vt absenti facta non possit reuocari, antè acceptationem, l. 1. si tibi absenti, & cap. gratia de rescriptis in 6. sicut cæteræ donationes reuocatur antè acceptationem, l. 2. §. sed quid si .... & l. absenti, ff. de donation. Et hoc procedit, etiam in beneficio nulliter ab ipso Episcopo concesso, cap. diuersis fallacijs de cleric. coniug. Nam non potest idem actum à se factum improbare, nec mores, quos semel probauit, reprobare, cap. horrendus 22. quæst. 5. cap. si quis testibus 4. quæst. 3. l. si vxor, ff. de adulter. Abb. in dicto cap. diuersis fallacijs, num. 5. Ad hoc enim, vt possit Episcopus aliquem beneficio priuare, requiritur culpa conuicta, & grauis culpa, vt in dicto cap. inuentum ibi (*hanc non nisi grauis culpa sua coram Episcopo Canonica seueritate amittat*) Glos. ibidem in verbo nisi graui, allegat concordantes; Tunc enim etiam beneficio à Summo Pontifice obtento posset priuari secundum veriorem opinionem, nàm licèt qui vnum ordinem à Summo Pontifice recepit, non possit alios ab Episcopis recipere absque expressa Summi Pontificis licentia, cap. cum in distribuend. de tempor. ordinat. remanet tamen sub sui Episcopi iurisdictione, cap. per tuas, vbi Glos. & omnes Canonistæ de maioritate, & obbedien. Non tamen poterit ab Episcopo deponi ab ordine ob reuerentiam Summi Pontificis, ex quo ipse manus imposuit, Glos. & omnes Canonistæ in dicto cap. per tuas; Benè tamen priuari beneficio à Summo Pontifice obtento, nam licet dicatur beneficium affectum, ex quo Summus Pontifex contulit extrauag. fin §. Romani de prębend. inter communes, Cassiodor. decis. 2. de reseruation. Crescentius decis. 2. de Parochijs Moedan. decis. 9. de præbend. Puteus decis. 18. & 158. lib. 1. Remanet tamen beneficiatus suo Episcopo subditus, vt possit iustitia medjante beneficio priuari, Butr. Imol. & Felin. in dicto cap. per tuas, num. 3. latè Bald. in cap. de cætero, num. 5. de sent. & re iudicata, Gonzal. loco cit. Glos. 52. nu. 25. Ricc. 1. tom. variar. resolut. 352.

An concessa non subdito, possint à concedente reuocari? Cap. III.

REspondeo regulariter non posse à concedente reuocari, qui contra proprium factum veniret, Glos. in cap. decet beneficium, in verbo ex hac regula in fin. de regul. iur. in 6. Innoc. in cap. nouit, vbi Abb. num. 23. & 25. & additio ad ipsum de iudic. Archidiac. in cap. quicunque 11. quæst. 1. Roman. cons. 252. Paul. de Castr. cons. 216. Ratio conclusionis est, quia priuilegium concessum non subdito, transit in vim contractus, qui amplius non potest à Principe reuocari, cap. 1. vbi omnes Canonistæ de probat.

Et procedit conclusio, etiamsi priuilegium concederetur per viam legis condendæ, quia nec etiam esset regulariter reuocabile; Ratio est, quia dispositio legis priuilegiantis non subditum, non tenet tanquam lex, quę legislatorem non obligat, c. 1. de constitution. in 6. sed transit in vim contractus; Idcirco efficitur irreuocabilis, propterea Summus Pontifex non potest reuocare indulta laicis ex vi legis Canonicæ,

Paul.

Digitized by Google

Paul.de Caſtr.dicto conſ.216.allegat Innoc. in d.cap.nouit, & Abb. in cap. ſuper ſecundo de appellat. Felin.notabiliter in dicto cap.nouit num.12.

Non tamen procedunt ſupradicta in materia iuriſdictionis, nam ſemper remanet Principi concedenti facultas reuocandi, ex quo ſemper intelligitur excepta authoritas Superioris, Bald. in l.qui ſe patris,nu. 24.C.de bonor.poſſeſſ. vnde liber. Aretin. in dicto c. nouit, vbi etiam Felin. num.8.& 9.Peregrin.de iur. fiſci lib.1.tit.3.num.31. Idem eſſet ſi priuilegium inciperet eſſe pernitioſum contra publicam vtilitatem, ex regula tex. in cap. ſugeſtum de decim. nam abſque dubio poſſet reuocari,Aretin.Abb. & Felin. dicto cap.nouit,Tuſcus in verbo Gratia.concluſ.67.Vel ſi eſſemus in iure quærendo, nam tunc etiam poteſt reuocari; Ioanaes Faber in §. fin. Inſtit.de iur.natur.gent. & ciu. Palatius Ruuius in rubr. de donation.inter vir.& vxor.§.47.nu. 10.

Procedit etiam ſupradicta concluſio, in priuilegio conceſſo ob pecuniam,nam efficitur irreuocabile,ex quo tranſit in vim contractus,Bald. in dicta leg. qui ſe patris, & in l. 1. C.de conſtitution. Princip. Andr. de Iſer. in Conſtitut. Reg. Ea, quæ ad decus.Alex.conſ.1.vol.2.& conſ. 208.& 215.eod.vol.Gabr. comm. concluſ. lib. 2. de iur. quæſito non tollen. concluſ. 6. num. 5. Et licèt Princeps poſſit priuilegium ab ipſo conceſſum diminuere,cap.2.de decim.in 6.cap.2.de ſtatu regul. in 6. cap.1. & cap.ne alicui de priuileg. in 6.& etiam in totum tollere, cap. quia ſæpè,de elect.in 6.cap. Clericis, §. fin. de immunitat.Eccl.in 6. cap. fin. §.fin. de ſenten.excom. in 6.gloſ.in d.cap.decet.in verb.manſurum, Andr.de Iſer.in cap. 1. de vaſſall.decrep.ætat. quia quæ facto Principis acquiſita ſunt, eiuſdem Principis facto tolli poſſunt,Angel. in l. Lutius, ff. de euiction. Paul. de Caſtr. in l. cum hæredes de acquirend.poſſeſſ.Bald.in l.reſcripta, C. de præcib.Imper.offerend. quando tamen mediante pecunia priuilegium conceſſit, non poteſt, niſi ex cauſa,& reſtituta pecunia reuocare, facit tex.in cap.1.de feud.ſin.culp. non ammitten. & l. fundum, C. de fundis limitrop.lib. 10. notabiliter Afflict.vbi latè Vrſill.in addit.dec. 218. Capycius deciſ. 221. Ex his reſoluitur quæſtio, quæ annis præteritis accidit in diſpenſatione cuiuſdam Comitiſſæ pro matrimonio contrahendo. An Summus Pontifex poſſit diſpenſationem iam conceſſam mediante pecunia pro compoſitione iam in Dataria ſoluta reuocare,in qua fuit communiter reſolutum, non poſſe niſi cum cauſa,& reſtituta pecunia, prò quo facit punctualis deciſio Sanch. de matrim. lib. 8. diſput. 33.num.13: quia diſpenſatio tranſiuit in vim contractus,vt dictum eſt.

Idem dicendum quando conceſſio fuiſſet in remuneratione ſeruitiorum, nam tunc etiam efficitur irreuocabilis,l.ſi pater,§.1. vbi Bart.ff. de donation. Felin.in d. cap. nouit, num.3. & 12. vbi latiſſimè additio, Afflict.Capyc.& Tuſc. locis ſupracitat.

Procedit etiam quando per priuilegium conceſſum aliquid fuit acquiſitum, quia tunc efficitur irreuocabile, ex quo tranſit in ius gentium, Abb.in dicto cap.nouit,num.26.& conſil. 3. quæſt. 19. num.10.lib.2. Natta conſ.512.num.24.& ſequen. Tuſc. loc. cit. num. 15. Sanch.loc. cit.num.2.

Procedit etiam in Priuilegio, vel diſpenſatione obtenta ab inferiore Supremi Principis,quia non poteſt pro libito voluntatis reuocare,

Digitized by Google

Innoc. & Butr. in cap. quę in Ecclesiarum de constitutionib. Abb. in cap. at si clerici, S. de adult. de iudic. Felin. in dicto cap. nouit, nu. 11. Ratio est, quia potestas tollendi priuilegia, in solo Principe residet Federic. de sen. consil. 195. Felin. loco cit. Secundò, quia dum inferior à Principe dispensandò, subditum à lege superioris liberauit, non potest ipsum ad legem iam derogatam obligare. Exemplum est in Episcopo dispensante ex causa studij ad non residendum per septennium, qui absque causa, dispensationem non potest reuocare, Glos. in cap. cum ex eo, in verb. septennium, vbi Dominic. Archidiac. & Franc. de elect. in 6. Ostiensis in summa, titulo de cler. non residen. num. vltim. Oldrad. consil. 203. num. 3. Romanus singular. 517. Sanch. loco citat. nu. 12. Idem est in dispensationibus Sacræ Pœnitentiariç, quas Summus Pœnitenriarius absque causa reuocare non potest inconsulto Summo Pontifice; Ratio est, quia dispensat in lege Pontificis ex ipsius commissione; Ideò absque legitima causa non potest reuocare, Sanch. loco cit. in fin.

Quid de Fisci authoritate dicendum in reuocatione eorum, quæ ritè fecerit. Cap. VI.

AMpliatur principaliter statuta cõclusio etiam in Fisco, qui & si multa habeat priuilegia, de quibus toto titulo, ff. & C. de iur. Fisci, & de iur. Fisc. lib. 10. nullum tamen habet priuilegium, vt contra proprium factum venire possit, & legitimo actu à se gestum infringere valeat, l. 1. & 2. vbi Glos. C. ne Fisc. rem, quam vendid. euin. lib. 10. & l. 1. C. venditor. euict. pignor. tener. latè Calcaneus consi. 52. num. 16. Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 34. Nam Fiscus debet vti illis iuribus, quibus priuati vtuntur præter casus expresè priuilegiatos, l. Fiscus, ff. de iur. Fisc. l 1. C. de conduct. dom. August. lib. 10. l. omnes, C. de delatorib. lib. 11. Andr. de Isern. rubr. de concession. recti feudi, & in dubio contra Fiscum est iudicandum, l. non puto, ff. de iur. Fisc. latè congerit, Tusc. in verbo Fiscus, conclus. 399.

Et non solum Fiscus, qui personam Principis repræsentat non potest venire contra proprium factum, sed nec etiam Princeps supremus, quia obligatur ex propria promissione, l. benè a Zenone, C. de quadrien. præscript. l. penult. vbi Bald. C. de donation. inter vir. & vxor. & in l. 1. vbi etiam Ias. ff. de pact. & in l. 2. vbi etiam Paul. de Castr. C. de legib.

Etiam Summ. Pontif. ligatur promissione, Abb. in cap. 1. de probation. Bald. consil. 24. vol. 2. & 327. vol. 1. Et vt habetur in Epistola *inter claras*, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Nihil est, quod lumine clariori præfulgeat, quàm recta fides in Principe; Et veritas in ore Principis firmior debet esse, quam in cæteris, Bald. in cap. 1. § fin. de his, qui feud. dar. poss. Idcirco nũquam præsumitur Principem voluisse, id quod non potest, Bald in cap. 1. de iuram. calumn. Nec aliter velle, quàm quod iuris est, §. vt omnes Iudices, auth. de iudic. Ias. in l. ex facto, ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Bald. in l. 1. colum. 5. C. de Sacrosanct. Eccles. Alex. cons. 54. vol. 4. Dec. cons. 64. Idcirco in contrahendo vtitur iure priuati, reiecto omni proprio priuilegio, Bald. in l. ex imperfecto, C. de testament. Anchar. cons. 65. Barbatia consil. 20. Decius consil. 410. 483. & 528. num. 6. Et licèt leges sint Principi

subiectæ,

Digitized by Google

ſubiectæ, non tamen contractus à Principe patrati, Bald. in cap. 1. de natura feud. Calcaneus dicto conſ. 52.

Contra tamen ſupradicta de Fiſco facit, quod Fiſcus hæres inſtitutus, adita hæreditate, etiam inuentario non confecto, poteſt hæreditatem repudiare, l. 1. §. an bona, ff. de iure Fiſci, Conſtantius in l. 1. n. 156. C. de pœnis Fiſcal. lib. 10. & ſic venit contra proprium factum, etiam in tertij præiudicium, ex regula, quòd hæres per aditionem hæreditatis dicitur quaſi contrahere cum creditoribus hæreditarijs, & inuentario non confecto, tenetur de proprio, l. fin. C. de iur. deliberan.

Pro reſolutione aduertendum eſt, quòd vera eſt doctrina, quòd quando ad Fiſcum deueniunt bona vacantia, vel ex cauſa confiſcationis, etiam non confecto inuentario, non tenetur vltra vires hæreditarias, Bart. in d. §. an bona, Iul. Clar. §. fin. quæſt. 78. verſ. vnum ſcias, Roland. à Vall. tract. de inuentar. quæſt. 17. num. 3. Peregrin. de iur. Fiſc. lib. 4. cap. 1. num. 3. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 163. & ſequent. licèt teneatur ad onera defuncti, Mondell. conſ. 209. & 210. Maſtril. loc. cit. Ratio eſt, quia in bonis vacantibus, vel confiſcatis Fiſcus non ſuccedit, vt hæres, Bart. in l. 1. num. 4. ff. de acquirend. hęredit. Nec venit per ſucceſſionem, ſed per annihilationem perſonæ, Cumanus in l. ſi quis mihi bona, §. ſi Fiſci, ff. de acquirend. hæredit. Abb. conſil. 29. lib. 2. Caſſaneus in conſuetud. Burgund. tit. de confiſcat. bonorum rubric. 2. §. 1. num. 9. Et æquiparatur Prælato, qui non ſuccedit, vt hęres: ſed vt vniuerſalis ſucceſſor, Innoc. in cap. in præſentia de probation. refert Portell. tract de inuentar. q. 7. cap. 4. num. 13. Et potius ſuccedit bonis, quàm perſonæ, & tenetur, vti bonorum poſſeſſor, non vt hæres, Anchar. conſil. 294. num. 3. & conſil. 217. in fin. Socc. conſil. 46. num. 21. volum. 4. Iaſ. in l. fin. C. de iur deliberand. Guglielm. de Benedictis in cap. Raynutius in verbo vxorem, deciſ. 5. cum. 288. de teſtament. Conſtantius in dicta l. 1. de pœn. Fiſc. num. 134. Quando verò Fiſcus eſt hæres inſtitutus, vel ab inteſtato ſuccedit, dubium eſt, an non confecto inuentario teneatur de proprio, & multi defendunt, eum teneri, ex regula, l. fin. C de iur. deliberand. & ex ſupradictis, quia Fiſcus vtitur iure priuati, & hanc opinionem probant Imol. Roman. & Alex. in rubr. ff. de acquiren. hæredit. Iaſ. in dicta l. fin. Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid. & in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi public. Alios referunt Roland. à Vall. in dicto tract. de inuentar. par. 1. quæſt. 11. num. 6. Monticulus in eod. tract. par. 1. quæſt. 5. num. 10. Contrariam tamen ſententiam, & veriorem defendunt, Bart. in d. §. an bona, Bal. in l. etiam, C. ad leg. falc. Guido Papa deciſ. 333. & 571. Peregrin. de iur. Fiſc. tit. 1. num. 3. licèt Conſtantius loco cit. num. 158. reliquerit rem indeciſam; Ratio concluſionis eſt, quia ex iuris diſpoſitione hæreditas Fiſco delata, tunc ipſi per additionem acquiritur quando lucroſa eſt, & non damnoſa, Gloſ. & Bar. in d. §. an bona, & ſic nunquam cenſetur Fiſco àcquiſita, niſi quando eſt in lucro, & non in damno.

Quare ad caſum noſtrum redeundo dum Fiſcus aditam hæreditatem renuntiat etiam inuentario non dicitur contra proprium factum venire, quia in tantum hæreditas dicebatur adita, & acquiſita, in quantum erat cauſa lucri, & non damni, idcirco illam renuntiando non dicitur cõtra proprium factum

Digitized by Google

venire, quod nullo pacto ei permissum est, vt ex leg. 1. & 2. C. ne Fiscum, quam vend. cuin. & alijs iurib. supracitat. probatum est.

Patroni ad Beneficium præsentantes, an possint præsentationem variare. Cap. V.

DIcendum, in præsentatione beneficij iuris patronatus Ecclesiastici patronos præsentantes infra semestre tempus iuxta textum in cap. 2. de iur. patron. in 6. facta præsentatione non posse variare, & successiuè actum à se gestum improbare, cap. cùm autem, vbi Glos. in verbo Ecclesiastici, Abb. & alij, Canon. de iure patronat. Glos. in Clement. 2. in verbo præsentare, eod. tit. de iur. patronat. Roc. de Curte in tract. de iur. patron. in verbo honorificum, quæst. 9. Lambert. in eodem tract. in 2. par. 2. lib. quæst. 7. per totum, Guttier. de iuram. confirmat. par. 3. cap. 13. Fuscus de visitation. lib. 2, cap. 10. artic. 3. Spin. de testam. Glos. 4. num. 73. Garz de benefic. par. 5. cap. 9. num. 211. cum sequen. licèt autem vera sit regula, quòd per electionem acquiratur ius Prælaturæ, & per confirmationem, exercitium ipsius, cap. inter Canonicos, de electione in 6. Glos. notabilis in cap. quanto, 44. distin. per præsentationem verò nullum ius acquiratur, Abb. in cap. nobis, nu. 4. de iur. patron. Doctor. Communiter in cap. transmissam, de election. vndè datur variatio d. cap. cum autem; Hoc non procedit, quando præsentatio fit ab Ecclesiasticis, nam tunc nullo modo datur variatio, dicto cap. cùm autem; Ratio est, quia cum cætus clericorum dignior sit sæcularium, cætu, vt notum est, firmior debet esse in suis actionibus, c. 2. de translationibus prælatorum, & faciunt verba illa Psalm. 88. (Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita) habetur in cap Psalmista 26. distin. Hinc D. Bernard. dixit verbum Sacerdotum, aut sacrum, aut sacrilegium, refert Abb. in dicto cap. cum autem, num. 7. Et qui maiori dignitate sunt præditi, oportet eos plus alijs à fraudibus esse alienos, iuxta notata in cap. cum quidam, de iur. iurand. & in l. præsbiteri, C. de Episcop. & Cleric. facit tex. in Clement. 1. de renunciation.

Et in tantum vera est conclusio, quòd patroni Ecclesiastici non possunt facta præsentatione variare, vt nec etiam, secundum magis probabilem opinionem, possint alternatiuè præsentare, nempè Petrum, vel Paulum arbitrio Episcopi eligendum, Glos. in dicta Clement. 2. in verb. præsentare, vbi Abb. num. 4. Dominic. in cap. 2. de elect. in 6 Felin. in cap. 2. de appellat. nu. 5. & in cap. cùm Bertoldus, de re iudicata, Garz. loc. cit. num. 216. licèt contrarium dixerint Cardinal. Imol. & Bonifac. Vitalin. in dicta Clement. 2. Gaeta in repetione cap. fin. de elect. in 6. Berthacch. in verb. præsentatio, in vltim. versic. Rocchus in dicta quæst. 9. n. 34. Gregor. Lopez leg. 6. tit. 15. par. 1. Ratio conclusionis est, quia præsentatio, quæ à patronis Ecclesiasticis fit, habetur loco electionis, vt per Abb. & cæteros Canonistas in dicto cap. cum autem, quæ non admittit alternatiuam conditionem, vel modum, sed præcisè, & simpliciter facienda est electio, c. 2. de elect. in 6. Franch. notabiliter decis. 438. ita & præsentatio ab Ecclesiasticis; Etsi fortè Ecclesiasticus patronus variaret, secundo loco aliquem præsentando, & ab Episcopo institueretur præsentatio, & institutio simul corrue-

Digitized by Google

ruerent, cap. Paſtoralis, vbi Abb. num. 4. de iur. patronat.

Supradicta etiam procedunt, quando Eccleſiaſticus ſuccedit laico in iure patronatus, nam infra ſemeſtre tempus præſentat, nec poteſt variare, cap. vnico, §. verùm, vbi Gloſ. in ver. Semeſtre, & omnes Canoniſtę, de iur. patron. in 6. & hoc nõ ex eo procedit, quòd duplicis naturæ ſit ius patronatus, vt aliqui putabant, nã ſecũdum veriorem opinionem, vnicum eſt ius patronatus, duo tamen ſunt patronorum genera, ſicut vnica eſt Fides Catholica, duo tamen ſunt genera Chriſtianorum, cap. duo 12. quæſt. 1. Lambertin. de iur. patronat. q. 5. Idcirco quàndo ius patronatus competens laico transfertur in Eccleſiaſticum, non mutatur natura iuris patronatus, cùm vnica ſit, ſed regulatur ſecundum qualitatem perſonarum, à quibus ius patronatus poſſidetur; Et hic eſt verus ſenſus dictæ cap. vnic. §. verum, & conſtat ex verbis illis, ibi (non vt patronus laicus, ſed vt patronus debet Eccleſiaſticus reputari) hoc enim ſtatuit Bonifacius Papa optima ratione, vt ius patronatus reguletur ſecundum qualitatem perſonæ illud poſſidentis, non non autem eius, in cuius locum ſucceſſit.

Et licèt ſit contra regulam in cap. is, qui in ius, de regul. iur. in 6. & l. qui in ius, ff. de regul. iur. in quibus dicitur, quòd qui in ius alterius ſuccedit, eodem iure vti debet, hoc enim in beneficium Eccleſiarum ſtatutum fuit, vt ius patronatus ad ad Eccleſiaſticos deuolutum, vti Eccleſiaſticum iudicetur, nam Eccleſia minus grauatur, & ſi Eccleſiaſtici in materia iuris patronatus delinquunt, facilè compeſcuntur, Abb. in cap. illud, de iur. patronat. & cùm ſit cõtra iuris regulas, quod laicus ius patronatus in Eccleſia habeat, Anchiar. conſ. 113. num. 2. Abb. in cap. dilectus, num. 4. de præbend. Geminian. conſ. 45. & 50. in principio; Et hoc non ſolum ex eo, quod aufertur Ordinarijs libera beneficiorum collatio, contra notata in cap. ſi quis Epiſcoporum 16. quęſt. 5. & cap. omnes baſilicæ, 16. quæſt. 7. ſed etiam quia datur occaſio laicis, immiſcendi ſe rebus ſpiritualibus, quarum de iure ſunt incapaces, cap. decernimus, de iudic. Calder. conſil. 1. nu. 1. de præbend. Innoc. in cap. cum noſtris, nu. 1. de conceſſ. præben. Roman. conſ. 299. num. 9. & talia iura ſpiritualia tranſmittuntur ad hæredes, quod etiam regulis communibus repugnat, iuxta notata per Abb. & alios in cap. 1. num. 4. de præben. Rocchus de Curte tract. de iur. patronat. in verbo ipſe velit, quæſt. 5. num. 17. Permittit tamen Eccleſia, ius patronatus à laicis poſſideri, ad hoc, nè retrahantur à fundatione, & dotatione Eccleſiarum, habetur in Clem. quia contingit, §. vt autem, de Religioſis domib. & in Trident. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 12. & ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. & ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. Idcirco quando ius patronatus à laico transfertur in Eccleſiaſticum, regulatur iuxta conditionem patroni, ex rationibus ſupradictis, ideò non poterit variare, nec actum à ſe geſtum improbare, vt in cap. Paſtoralis, eod. tit. de iur. patron. Gloſ. in §. verum, in verbo Eccleſiaſticus, vbi omnes canoniſtæ.

Hoc autem non procedit, quando Eccleſiaſticus de bonis patrimonialibus ius patronatus acquirit, nam vti laicus iudicandus erit in præſentatione, ac cæteris ad ius patronatus ſpectantibus, Abb. in cap. illud, vbi omnes Canoniſtæ, de iur. patronat. In dubio autem, de quibus bonis cenſeatur ius patronatus

ab

Digitized by Google

ab Ecclesiastico fundatum, videlicèt si est in quasi possessione præsentandi tanquam laicus, censetur ex patrimonialibus fundatum, si autem tanquam Ecclesiasticus, censetur de bonis Ecclesiæ, Puteus decis. 228. lib. 2. & 90. lib. 3. Moedan. dec. 9. de iur. patron. Achilles de Graff. decis. 1. eod. tit. Crescentius decis. 9. eod. tit. Mascard. de probation. conclus. 960. num. 12. Gonzal. de alternat. Glos. 18. num. 107. cum sequen. Nec etiam procedit quando ius patronatus fundatum est à laico, sed in beneficium Ecclesiastici, conditione tamen adiecta, vt in perpetuum ad ipsum spectet tanquam laicale; Nam stante conditione in fundatione apposita cum consensu Ordinarij, Ecclesiasticus semper præsentabit, vt laicus, & proindè poterit variare, vt supra ex cap. Pastoralis, & eap. cùm autem, de iur. patronat. fundatum est.

Quòd autem pertinet ad quæstionem illam satis difficilem, vtrum Ecclesia, ex conditione in fundatione apposita possit ius patronatus tanquam laicale possidere, latè fuit in Rota disputatum coram Sacrato, ac resolutum in vna Romana iuris patronatus die 31. Maij 1613. validam fuisse conditionem, & Ordinarium debere assentiri; Ratio conclusionis est, nam in fundatione iuris patronatus, quælibet conditio contra iuris communis dispositionem apponi potest, quæ accedente Ordinarij dispensatione, valida erit, cap. cum dilectum, vbi Glos. in verbo constitutum, vbi Ioannes Andr. Butr. Baldus, & Abbas in 5. notab. de consuetudin. cap. Eleutherius 18. quæst. 2. cap. præterea il secondo, & cap. nobis, de iur. patronat. cap. generali, vbi Glos. in verbo fundatione, de elect. in 6. Innoc. in cap. in Lateranense, de præbend. Cardinal. consil. 11. Calderin. consil. vlt. de iure patronat. Felin. cap. cùm accessissent, colum. 8. de constitutionibus, cap. significauit, col. 9. de testib. cap. cùm execrabilis de exemptionibus, & in tract. quando Litteræ Apostolicę, & cæt. col. 2. alios allegat, probat, & multoties ita fuisse iudicatum, testatur Lambertin. de iur. patronat. lib. 1. quæst. 9. num. 49. cum sequen.

Et quando conditio apposita in limine fundationis, non est turpis, impossibilis, vel contra substantiam iuris patronat. si assensus Ordinarij fuit reseruatus, vtique tenetur assentiri, cap. nullus, vbi Abb. & omnes Cononistæ de iur. patron. quia consensus Ordinarij in hoc casu, non censetur requisitus pro libito voluntatis, sed tanquam Iudicis, vt decernat, an conditiones appositæ, sint ex improbatis à iure, & quando tales non sunt tenetur ex necessitate illas approbare, cùm sit loco Iudicis, authen. statuimus, vbi Bald. num. 2. C. de Episcop. & Cleric. Alex. cons. 221. nu. 15. lib. 1. Boer. 326. Lamber. in dicto tract. lib. 1. par. 1. artic. 1. quæst. 9. num. 102. & 103. cum sequenti; Et eodem iure, quo statutum est ab Ecclesia permittendum esse ius patronatus, fuit etiam Ordinarijs mãdatum, vt omnibus conditionibus, aut turpibus, vel impossibilibus, vel contra naturam iuris patronatus dispensarent, Lamber. in d. tract. lib. 1. quæst. 9. num. 50. & 82.

Et Ecclesia dispensat in conditionibus appositis contra iuris dispositionem cum exercentibus liberalitatem erga ipsam, vndè potest laicus donare prædium Ecclesiæ ea conditione, vt soluat collectas laicis ad quas de iure non teneretur, Anchar. cons. 217. per totum Felin. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ nu. 77. de constitution. Item potest apponere

Digitized by Google

ponere conditionem, quòd ex Legatis pijs à ſe factis, detrahatur falcidia, Socc. conſ. 405. num. 4. lib. 1. licèt aliàs non fuiſſet de iure detrahenda, auth. ſimiliter, C. ad leg. falcidiam. Item Eccleſia poteſt habere feudum recognoſcendo pro illo dominum laicum, cap. verum, vbi Aretin. num. 1. Butrius nu. 5. Imol. num. 2. Abb. num. 2. & 13. de foro competen. Poteſt etiam apponi conditio in fundatione, quòd Cappellanus in articulo mortis nominet ſucceſſorem, qui abſque vlla Epiſcopi inſtitutione poſſit Cappellaniam poſſidere, ſic conſuluerunt in Ciuitate Papiæ, Corſetus, & Albarius, quorum conſilia refert, & ſic dicit eſſe deciſum, Lambertin. dicto lib. 1. quæſt. 9. artic. 3. per totum, quamuis de iure omnis beneficiorum inſtitutio ad Epiſcopum pertineat, & ſine Epiſcopi inſtitutione nullo pacto beneficium poſſideri poteſt, cap. 1. de regul. iur. in 6. cap. ordinarij, de officio ordinar. in 6. cap. ex frequentibus, de inſtitution. Sic etiam valida eſt conditio cum conſenſu Ordinarij in fundatione appoſita, quod ad omnem patroni voluntatem præſentatus, & ab Epiſcopo inſtitutus in beneficio, poſſit mutari, Felin. in cap. ex parte, de reſcriptis, vbi alios allegat, Lamber. ſic dicit iudicatum dicto lib. 1. quæſt. 9. artic. 2. per totum, licèt ex iuris diſpoſitione, legitimè inſtitutus in beneficio non poſſit abſque cauſa mutari, capitulo quærimonia, de iure patronat. cap. in Lateranenſe, de præbend. cap. 1. de Cappell. Monachor. in 6.

Sic etiam valet conditio, vt ſupra, appoſita, quod Abbas non ex propria, ſed ex gremio alterius Eccleſiæ eligatur, Gloſ. in cap. cum dilectus, in verbo conſtitutum, de conſuetudinibus Cardinal. in Clement. quia contingit, col. 2. notab. 11. de Religioſ. Dom. licèt de iure Abb. ex propria Eccleſia ſit eligendus, cap. fin. 17. quæſt. vlt. cap. Abbatem 18. quæſt. 2. Imò naturali rationi congruit, vt ex gremio propriæ Eccleſiæ, quis aſſumatur ad dignitatem, & beneficia Eccleſiaſtica naturalibus loci concedantur, Azeued. in recompilatione lib. 3. lege 15. 25. Rebuff. in prax. beneficior. in rubrica, quod quis intelligat idioma, Gloſ. 1. Couar. pract. quæſt. 9. 35. Rodriq. de regular. toto tit. 9. 52. artic. 9. Cened. quæſt. canon. 9. 24. num. 24. & ſequen. vbi ſic dicit Patres Sacri Conc. Trident. interrogatos reſpondiſſe. Sic etiam laicus poteſt donare Enphiteuſim Eccleſiæ, conditione adiecta, vt non reguletur tanquam Eccleſiaſtica, ſed tanquam laicalis, ſic fuit reſolutum in vna Mediolanenſi bonorum 15. Nouembris 1597. coram Domino Vrano.

Igitur ad caſum noſtrum redeundo, quando ius pattonatus fuit Eccleſiæ reſeruatum cum conſenſu Ordinarij ſub conditione, vt reguletur tanquam laicale, valet, & cenſetur permiſſum ex eo, quod non reperitur prohibitum, cap. inter corporalia, de translationib. Epiſcop. Oldr. conſil. 225. Anchar. conſil. 243. nu. 2. Nec ex eo, quod tex. in cap. vnico, §. verum, de iur. patron. in 6. dixit, quod eo ipſo, quod ius patronatus peruenit ad Eccleſiam, debet exerceri ad modum iuris patronatus Eccleſiaſtici, reſultat iuris improbatio erga conditionem appoſitam, vt reguletur tanquam laicale; Quia lex illa generaliter loquens, habet tacitam cõditionem, niſi diſponens de rebus ſuis, contrariam legem adiecerit. Eſt enim vera iuris concluſio, quod prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, l. fin. C. de pact. conuent. l. maritus, C. de procurator. Anchar. conſ. 117.

Digitized by Google

conſ. 117. num. 2. Et poteſt diſponens de re ſua, quaſcunque conditiones, & pacta apponere, l. legem, C. de pact. l. ea lege, C. de condition. ob cauſ. Et procedit regula etiam in diſpoſitione facta ad fauorem Eccleſiæ, cap. verum, de condition. appoſitis, Anchar. conſ. 217. num. 2. Imol. in cap. cum dilecti, num. 4. de donat. Felin. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ num. 77. de conſtitution. & ſupra latius probatum eſt; Idcirco ſequitur concludendum, quod Eccleſia iure poteſt ius patronatus poſſidere exercendo illud tanquam laicale, quod in Apoſtolicis reſeruationibus non comprehendatur, & præſentando poterit variare, vt quilibet laicus, vt latè fundat Rota in ſupradicta deciſione coram Sacrato, quæ fuit occaſione Cappellaniarum erectarum per Illuſtriſſimam Dominam Flaminiam de Ceſis in noſtra Eccleſia Sancti Andreæ de Valle in Vrbe.

In poſtulatione quid poſſit variari. Cap. VI.

AMpliantur hæc dicta, etiam in poſtulatione præſentata, iam Summo Pontifici, vel alio Superiori ad quem pertinet diſpenſando annuere poſtulationi, cap. bonę il ſecondo de poſtulation. Prelat. Nàm licèt per poſtulationem nullum ius poſtulato acquiratur, cap. poſtulationem, de poſtulat. Prælator. ſicut per nominationem nullum ius acquiritur nominato, cap. quod ſicut, de election. Et propterea detur variatio, vt ibidem notat Gloſ. in verbo nullum ius. Imò etiam miſſo Nuntio cum poſtulatione ad Superiorem poſſit reuocari antequam præſentetur, vt in d. cap. bonæ, vbi Abbas, & omnes Canoniſtæ, Syl. in verbo poſtulatio, num. 8. Cucchus lib. 4. inſtitution. maior. tit. 2. de poſtulationib. Prelator. nu. 28. cum ſequen. Facta tamen præſentatione non poſſunt poſtulantes recedere, ne ſuperiorem viderentur illudere, d. cap. bonæ ibi (ſi enim poſtquam poſtulatio ſubſcriptionibus poſtulantium roboratur, & præſentatur Romano Pontifici approbanda, poſſent ab ea recedere poſtulantes, Nobis frequenter illuderent, & iudicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur) Et licèt Superior non aſſentiendo poſtulationi, nullam irroget iniuriam; ſi tamen pro vtilitate, & neceſſitate Eccleſiæ poſtulatio à duabus partibus Capituli fieret, licèt nullum ius poſtulato acquiratur, Superior tamen non annuendo poſtulationi, iniuriam irrogat poſtulantibus, & Eccleſiæ, pro cuius vtilitate, vel neceſſitate fit poſtulatio iniuriam infert, Gloſ. in dicto cap. poſtulationem, in verbo nullum ius, allegat tex. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiua, Ioannes Andr. in dicto cap. bonæ, Hoſtien. in cap. cum ad Monaſterium, de election. Gloſ. in cap. cupientes, §. denique, in verbo gratia, de elect. in 6. Abb. in dicto cap. poſtulationem, Syl. loco citat. num. 7. & Cucch. ibidem.

Non ſolùm autem poſtulantes poſſunt variare ante præſentationem poſtulationis Superiori, ex illa ratione, quia poſtulato, & nominato nullum eſt acquiſitum ius, ſed etiam quia poſtulatio eſt quędam inchoatio electionis, à qua ſemper eſt licitum reſilire, niſi publicato ſcrutinio, cap. publicato, de electione.

Quando autem electores ad officia temporalia, poſſint facta electione variare, laté tradit Bart. in l. abſenti, ff. de donationibus; Et communis eſt reſolutio, quòd in officijs, quæ, niſi

nisi iusta adsit causa, electus tenetur subire, vt sunt munera publica, l. munerum, §. iudicandi potestas, ff. de muner. & honorib. l. incola, ff. ad municipal. & de incol. etiam ante acceptationem non datur reuocatio, ex illa ratione, quia electo etiam absenti acquiritur ius, l. illud, ff. de tutor. dat. ab his, & toto tit. C. in quibus caus. tutor. Innoc. in cap. 1. de his, quæ fiu. à maior. par. prælator. In cæteris verò officijs dubium est, an detur reuocatio antè acceptationem; Et communis est resolutio, quod eligentes iure proprio possunt ante acceptationem electi reuocare, Bart. in l. 1. §. 1. ff. de option. legat. & in dicta l. absenti, vbi Imol. Roman. consil. 116. secus tamen si alieno iure fieret electio, nam tunc procedunt notata in cap. publicato scrutinio, de elect. & habetur per Bart. & alios in l. serui electione, ff. de legat. 1. & in l. vnum ex familia, vbi Bart. ff. de leg. 2. ad materiam tradunt Glos. in l. cum pater, §. à filio in verbo, non esse electionem, ff. de leg. 2. Anton. de Padilla in dicta l. vnum ex familia, Molin. de primogen Hyspan. lib. 2. cap. 4. num. 22. Mastrill. de magistratibus lib. 1. cap. 28. numer. 37. Et quando electio facta in vita, ab habente authoritatem eligendi, tempore mortis possit reuocari tanquam facta ante tempus, tradit Glos. fin. in dicta l. vnum ex familia, vbi etiam Bart. in vltima oppositione, latè Padill. loco citato, num. 14.

Testes ab aliquo producti, an possint ab ipsomet reprobari. Cap. VII.

QVi aliquem in testem produxit, eo ipso censetur personam illius approbare, quare nequit defectum aliquem illi opponere, & consequenter iure proprio actum à se gestum reuocare, l. si quis testibus, vbi Glos. Bald. Salic. & alij, C. de testibus, cap. 3. §. si quis testibus, 4. quæst. 3. Ratio est, quia mores illius, quos quis semel probauit, amplius reprobare non potest, l. si vxor, §. fin. ff. ad leg. Iul. de adult. facit tex. in cap. proposuit, vbi Glos. in verbo audiuit, de coniug. seruor. latè ad materiam tradunt Boer. decis. 245. Marant. de ordine iudiciar. par. 6. actu 13. num. 10. Guazzinus ad defensiones tom. 2. defens. 28. cap. 8. num. 7. Farinac. de testib.

Procedit hoc non solum in eadem causa, in qua quis aliquem in testem produxit, sed etiam in alia causa, & cum alio contradictore, nam sufficit illum semel approbasse producendo, & eadem est iuris dispositio, vt actum à se gestum iure proprio reuocare non possit, Glos. in dicta l. si quis testibus, in verb. in alia, ibidem tradunt Iacobus de Rauen. Petrus de Bellapertica, Cyn. Angel. Bald. nu. 4. Salic. quæst. 2. & post alios Boer. & Maran. loc. citat.

Item procedit etiam, quando producens aliquem in testem, non fuit vsus ipsius depositione, nam sufficit produxisse, nec vsus requiritur, licèt textus in dicta l. si quis testibus, & in cap. 3. §. si quis testibus, loquantur quando producens vsus fuit depositione; Ratio conclusionis est, quia approbatio non insurgit ab

Digitized by Google

vsu depositionis, sed à productione in testem, Glos. in dicto §. si quis testibus, in verbo producatur, vbi Archidiac. Dominic. & Cardinal. Alex. Item etiam probant Ioannes Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste, §. sepè, colum. penult. vers. sed quid si eum produxit, & in cap. præsentium, vbi Bald. Anchar. Aretin. Abb. & Felin. de testib. Petr. de Ferrar. in prax. in tit. de forma iuramen. testium, in verbo potestate, in princip. cum quæst. sequent. Boerius loco citat. num. 4. Et sufficit, quod potuerit vti depositione ad hoc, vt non valeat productum testem reprobare, l. 3. ff. quod quisque iur. l. si post mortem, §. fin. ff. de bonor. possess. cont. tabul. Quia eadem est ratio ad hoc, vt censeatur persona producta in testem approbata, Felin. in cap. nulli, de accusation. colum. 1. vbi allegat Bart. in l. 3. colum. 7. C. de edict. Diui Adriani tollen. notabiliter Bald. in l. data opera, vers. item, qui vocatur ad testimonium, C. de his, qui accusar. non possunt.

Confirmantur supradicta, nam ex iuris dispositione, Iudicem, quem pro me elegi teneor contra me substinere, quia sufficit semel approbasse, cap. 1. versic. cuius in agendo, 3. q. 8. Et ex hoc principio descendit, quod clericus in iudicio reconuentionis, tenetur respondere coram Iudice laico, & ipsius sententia ligatur, cap. 1. de mutuis petition. latè tradit Glos. in dicto versic. cuius in agendo, in verbo Iudice, & in verb. reconuenire, sed de hoc alias. Sic etiam authoritatem, vel rationem pro me allegatam, si à quocunque aduersario contra me reproducatur, non possum improbare, quia pro me allegando ipsam approbaui, cap. si Romanorum, vbi Glosa in verbo suffragari, 19. distinct. Glos. in dicto §. si quis testibus, in verbo producatur. Idem est in instrumento pro me producto, nam si contra me reproducatur non possum improbare, cap. cum olim, vbi Glos. in verbo beneficium, de censibus, & propterea si instrumentum pateretur defectum ex persona Notarij, vt puta, quia erat Monachus, cuius acta non valent, cap. vt officium, de hæreticis in 6. non possum improbare, Bal. in dicta l. si quis testibus, num. 3. Idem est si diceretur, quod ab eo, qui non erat tabellio fuit gestum, quia sufficit semel aliquem pro tabellione nominasse, vt ipsius acta tanquam à non tabellione gesta reuocare non valeam, Bald. loc. cit. facit tex. in cap. cùm venerabilis, vbi Innocentius de exception. Idem Bald. in l. final. C. si certum petat. Et quando producitur aliquod instrumentum, is, qui producit, censetur fateri omnia in instrumento, contenta esse vera, Innocentius loc. citat. & in cap. mulieri, de iur. iuran. Bald. loc. citat.

Verum supradicta, quæ de testibus productis dicta sunt, non procedunt ex causa de nouo superueniente post productionem, dicta l. si quis testibus, ibi (nisi ostenderit inimicitias inter se, & illas postea emersisse) vbi Glos. in verbo, nisi ostenderit, allegat concordantias. Idem est etiam, si antiqua esset causa, sed ignota, nam idem est, ac si denouo emersisset causa, Salic. in dicta l. si quis testibus, Foller. in prax. crimin. in verbo concedatur repulsa, num. 14.

Neque procedunt, quoad dicta testium, nàm licèt persona à producente improbari non possit, vt supra probarum est, dicta tamen possunt reprobari, Salicet. in dicta l. si quis testibus, Abb. in cap. præsentium, colum. 3. & 4. de testib. Capyc. decis. 62. nu. 5. Boer. Maran. Follier. & Guazzin. locis citatis.

Neque

Digitized by Google

Neque quando teſtis à me productus fuit à parte reprobatus, nam tunc etiam ego ipſe illum reprobare valeo; Ratio eſt, quia per factum partis, aperta eſt mihi via ad improbandum, facit tex. in l. ſi poſt mortem, §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l. mater decedens, §. præterea ff. de inoffic. teſtam. l. petendæ, C. de tempor. in integrum reſtitut. Bald. in dicta l. ſi quis teſtibus, num. 4.

Quæ dicta ſunt de approbatione, vt reprobare non valeant, procedunt etiam è contra in reprobatione, ad hoc, vt contrariorum eadem ſit diſpoſitio, l. 1. C. de Cupræſſ. lib. 10. & in propria materia tradit Surd. conſil. 328. num. 15. volum. 3. Nam actum reprobatum non poteſt, quis amplius approbare, vt ex illo lucrum quærat, facit reg. tex. in cap. ex eo, ibi, (ex eo non debet quis fructum conſequi, quod nixus eſt impugnare) de regul. iur. in 6. latè Anton. Gabr. comm. concl. lib. 6. concl. 1. de reg. iur. Et quod quis ſemel impugnauit non poteſt amplius approbare, l. 1. C. de fur. l. diſpenſatorem, in fin. ff. de ſolution. latè Surd. conſil. 136. num. 29. vol. 1. Et quando improbatio actus trahit ſecum iuris executionem, ſemel improbatum non poteſt amplius approbari, l. apud Aufilium, ff. de optio. legat. l. huiuſmodi, §. Stichum ff. de leg. 1. optimè Bart. in l. poſt legatum, num. 6. ff. de his, quibus, vt indig. & in l. Pomponius, ff. de negot. geſt. Bald. in l. ſi abſentis, C. ſi cert. petat. Surd. dicto conſil. 126. num. 30.

Aduertendum eſt etiam in praxi, quod proteſtatio, quæ ſolet à cauſidicis fieri contra teſtes à parte citatos de dicendis ſuo loco, & tempore, non impedit quin teſtes contra quos fuit facta proteſtatio non poſſint à proteſtante porduci, Bald. in dicta l. ſi quis teſtibus, nam niſi allegata ſit ſpecialis oppoſitio contra teſtem à parte citatum, ſemper poteſt produci, latè Boer. in dicta deciſ. 245. num. 5.

Promiſſio à Promiſſario acceptata, an poſſit à promittente reuocari illo renitente. Cap. VIII.

REſpondendum negatiuè, ex regula, quòd quæ à principio ſunt voluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis, l. ſicut, ff. de action. & obligation. Vndè etiam Princeps Supremus tenetur obſeruare promiſſionem à ſubdito acceptatam, l. donationes, quas Diuus, C. de donation. cap. 1. de nat. feud. in vſibus feud. l. quod ſemel, ff. de decret. ab ordinar. facien. latè Viuius in ſuis opinion. opin. 235. cap. 1. vbi omnes Canoniſtæ, de probation. Nàm licèt Deus Optimus Maximus leges principi ſubiecerit, non tamen conuentiones, & promiſſiones, Bal. in cap. 1. de nat. feud. quem referunt, & ſequuntur Alex. conſil. 135. num. 21. volum. 4. Iaſ. conſil. 1. num. 5. volum. 1. Suar. allegat. 9. num. 3. Et idem Bald. conſil. 271. num. 9. volum. 1. dixit quod quemadmodum Princeps non eſt Dominus Elementorum, ita non eſt dominus conuentionum. Sequitur Aymon. Crauet. conſil. 241. num. 21. vol. 1. Etſi in non obſeruantia pacti adeſt peccatum, vt infra latius patebit, id grauius vrget in perſona Principis, Bald. conſil. 223. & 245. volum. 1. alios refert Menoch. conſil. 27. nu. 19. nam non poteſt Princeps aliquid diſponere cũ peccato. Abb. & alij Can. in cap. vt iuſta, de offic. ordinar. facit tex. in cap. faciat homo, 22. q. 2. notabiliter tradit Morla in

Digitized by Google

empor. iur. par. 1. tit. 3. de pact. n. 67. cum sequent.

Requiritur tamen acceptatio, ad hoc, vt obliget, & non possit reuocari, quia in humanis promissionibus, nulla oritur obligatio, nisi sit duorum mutuus consensus, l. 1. ff. de pactis, l. 1. ff. de contrahend. emption. l. 2. ff. de action. & obligat. l. contractus, C. de fide instrumentor. & in promissione facta absenti, quæ ante acceptationem regulariter reuocari potest, l. absenti, vbi Bart. & alij, ff. de donatio. latissimè congerit Thesaur. decis. 70. requiritur Nuntius destinatus, vel Epistola, ad hoc vt voluntates coniũgantur, quæ aliter in absentia coniungi non possunt, nisi per Epistolam, vel Nuntium intimentur, Glos. in l. 1. ff. de contrahen. empt. & in l. consensu, ff. de action. & obligat. & l. nec ambigi, vbi Cyn. & Salic. C. de donat. multa ad propositum tradit Capyc. decision. 180. Et promissioni à parte acceptatæ nullum onus imponi potest, vt communiter tradunt DD. & Imperator in l. perfecta, C. de donation. quæ sub modo, inquit, quod (perfecta donatio conditiones postea non capit) quia ex nuda promissione à parte acceptata, oritur naturalis obligatio, l. iuris gentium in principio, §. sed cum nulla, ff. de pact. l. Stichum, §. naturalis, ff. de solution. l. ex hoc iure, vbi Glos. in verbo obligationes, ff. de iust. & iur.

Idcirco de iure canonico datur actio ex pacto nudo, secundum communem opinionem, & probat tex. in cap. 1. & in cap. qualiter, de pact. & inter simplicem loquelam, & iuramentum, ius canonicum non constituit differentiam, cap. iuramenti, 22. quæst. 5. Et Summus Pontifex protestatur in cap. filius, de testam. se lege Dei viuere, & constituere, non lege huius sæculi, sed iure naturali, quod diuinum dicitur, secundùm, quod omnes licitæ conuentiones obseruandæ sunt, vt in dicta l. Stichum, §. naturalis, ergo, & de iure canonico. Hanc opinionem, latè probant, Glos. Abb. & Felin. in dicto cap. 1. de pact. vbi etiam Fortunat. Garl. num. 6. Ias. in §. in personam, num. 76. Institution. de action. & in dicta l. iuris gentium, §. 2. Anton. Gomez. tom. 2. variar. resolut. cap. 9. Couar. in cap. quamuis pactum, part. 2 §. 4. num. 14. Molin. de contract. disputat. 257. num. 5. licèt contrarium latè, & subtiliter probet Morl. loc. cit. quæst. 2.

In foro conscientiæ certum est promissionem in re graui acceptatam obligare sub mortali, probant ex iuristis hanc opinionem, Anton. de Butrio in cap. 1. num. 2. de pact. vbi etiam Fortunat. Garl. nu. 30. Abb. in cap. qualiter, eod. tit. Alexan. de Neuo in cap. debitores, num. 9. de iur. iuran. Couar. loco citat. in 2. par. §. 4. num. 13. & ex Theolog. Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 1. *in principio*, Riccard. in 4. *distinct.* 38. *art.* 3. quæst. 3. Sot. *lib.* 7. de iust. & iur. quæst. 2. art. 1. ad primum Syl. in verbo pactum, quæst. 4. Angel. in eod. verbo, §. 4. Nauar. cap. 18. nu. 6. latissimè congerunt Sayr. in clausul. reg. lib. 6. num. 16. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 18. dub. 8. num. 55. Sanch. lib. 1. de matrim. disput. 5. num. 21.

Quanta autem debeat esse materia promissa, ad hoc, vt obliget ad mortale si non obseruetur, Nauar. loco cit. num. 7. dixit sufficere eandem materiam, seù quantitatem, quæ sufficit ad constituendum peccatum mortale in materia furti; sed contrarium tenent, & benè Lopez in prima parte instructor. cap. 180. §. 3. requiritur, & de contract. cap. vltimo ad finem, §. at verum, Sayr. loco citat. num. 19. Less. loco citat. num. 56. Sanch. loco citat. num. 24.

Ratio

Digitized by Google

Ratio eſt, nam ſicut maior quãtitas requiritur,ad hoc,vt furtum vxoris, vel filiorum ſit culpa mortalis,ita & in promiſſione, quæ à pura voluntate proceſſit ; Idcirco Summus Pontifex in cap.ex parte, de cenſibus, ſtatuit, quòd quæ liberaliter oblata ſunt,benignè exigantur,ideò cauendum eſt à P.Nauar.qui lib.2. de reſtitution. cap. 2. in noua editione dub.7.num.329.aſſeruit,promittentem vnum ſacrum, ſi promiſſa non ſeruet, peccare mortaliter, nam damnum ſpirituale non eſt conferendum cum temporali , & aliter iudicanda eſt promiſſio, quæ Deo fit, quæ ex vi Religionis obligat, quam illa, quæ fit homini, quæ obligat ex fidelitate,vt optimè Caiet. in ſumma in verbo perfidia, & poſt Mol.& alios tradit Sanch.loco citat. Qui nu.24.tradidit requiri in promiſſione materiam quadruplo maiorem ea,quæ requiritur in furto ad conſtituendam culpam mortalem,ſed verius eſt, arbitrio prudentis viri taxandam eſſe . Ad quod faciunt, quòd licèt modica ſumma dicatur duorum aureorum, l.id eſt, ff.de dolo, Menoch. de arbitr. caſ. 145.num.3.ſtandum tamen eſt adhuc arbitrio boni viri pro qualitate perſonarum;Gloſ.in cap.fin. de re iudicat.in 6. Abb.in cap.1. num. 7. de dilationibus.

Non ſolùm iure poſitiuo requiritur acceptatio,ad hoc,vt nuda promiſſio efficiatur irreuocabilis, ſed etiã iure naturę, ſe cluſa omni diſpoſitione iuris poſitiui; Ratio concluſionis eſt,quia is,qui promittit non videtur habere animum ſe obligandi , donec promiſſio acceptetur , optimè Mol. de primogen. Hiſpanor. lib. 4.cap.2.num.62.Sot. de luſt.& iur.lib.3.quæſt.5.art.3. verſ. de donatione autem , Sanch. loco citat.diſputat.6.num.10.& eſt communior opinio ſecundum Leſſ.dicto cap.18.dub.6.num.38. licèt aliqui Canoniſtę,& in ſpecie Felin.in cap. 1.de pact.contrarium dixerint, ſed legendus eſt Sanch. loco cit. cum ſequenti,qui optimè diſputat.

Et promiſſio facta abſenti, notario ſtipulante, & acceptante, poteſt ante partis acceptationem reuocari , vt videre eſt,apud Couar.in rubr. de teſtamen.num.13.& lib.1. var.cap. 14.Clarum in §.donatio,quæſt.13. Theſaur.dec.70.Mol.de primogen. cap. 2.num. 64. Mol. de contract. diſputat.264.Sanch. loco cit. diſp. 7.num.11.

An autem promiſſio acceptata poſſit reuocari reſpectu tertij in promiſſione nominati , vt puta ſi fundum promiſi Titio ſub conditione , vt poſt quinquennium ſit Caij , Titio accceptante, communis eſt opinio, quod promiſſio efficiatur irreuocabilis,etiam reſpectu Caij,ſic contra Bart.in l.qui Romæ, §.Flauius hermes, ff.de verbor.obligat. tradiderunt Paul.de Caſtr.& Cuman.ibid. Roman. in l. ſi pecuniam, num. 22. ff.de condit.cauſ.data non ſequunt. Couar.lib.1.variar.cap.14.Rodriq. Suar. allegat. 19. in l. quoniam in prioribus, in 8.quæſt. C. de in officioſ. teſtament. Dueñas reg. 216. Menoch.conſ.95.lib.1.Anna conſ. 32. Molin.de primogen.lib. 4.cap. 2. Cacheran. lib. 1. variar. reſolut. cap.8.num.31.ex Theolog. Molin. de contract. diſpu. 265. Leſſ. loco cit.dub.9.num.65.

Quid autem dicendum ſit in confeſſione liberatoria facta in beneficium abſentis, an poſſit ante acceptationem reuocari,dubium eſt; Et multi tenent fauore liberationis valere, proindè oppoſita doli exceptione abſentẽ defendere,facit tex. in l. certum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſis,l.ſtipulatio iſta,§.alteri,ff. de verbor. obligat. & videtur eſſe caſus in l. reſcriptum, §. fin. ff. de pact.

Digitized by Google

pact. Et hanc sententiam probant Glos. in l. non solùm, §. si liberationis, versic. &si absit debitor, ff. de liberat. legat. probant multi relati à Felyn. in cap. si cautio, num. 7. de fide instrum. Guttier. de iurament. confirm. par. 1. cap. 54. numer. 708. Incontrarium tamen est verior opinio, quòd confessio liberatoria prodest aliquo modo absenti ante acceptationem si non reuocetur, & sic non inducit plenam liberationem, probant Glos. in l. idem in duobus, in fin. ff. de pact. quam communem dicunt Paul. de Castr. & Alex. ibi, Bart. in d. §. si liberationis, facit tex. in l. si tibi decẽ, §. si pactus sim, & l. & hæredi, §. nos autẽ, vers. cęterũ, ff de pact. latè Guttier. loc. cit. Thes. dec. 109. Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 9. Maschard. de probat. conclus. 347. Morla in Empor. par. 1. tit. 3. de pact. n. 10. Cancher. varar. resolut. par. 1. cap. 7. de pact. num. 333. cum sequen.

Quid dicendum quado actus est nullus. Cap. IX.

LImitanda est regula supra firmamata, quando actus est nullus, & à iure improbatus, nam tunc potest ipsemet, qui actum gessit, eum reuocare, l. quemadmodum, vbi Glos. allegat concordantes, C. de agricolis, & censitis, lib. 11. l. post mortem, vbi Glos. & notabiliter Bart. ff. de adoption. l. 1. vbi Bal. C. de liber. caus. l. iubemus, §. sanè, vbi Bald. C. de Sacrosanc. Eccles. Andr. de Iser. in cap. 1. nu. 13. Qui successores teneantur, & in cap. 1. nu. 5. de feud. guard. tradunt communiter Canonistæ in cap. diuersis fallacijs, de clericis coniug. Innoc. & Abb. in cap. nosti de elect. Ias. in l. iusiurandum, §. procurator, ff. de iur. iuran. Afflict. decis. 335. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 13. num. 31. nouissimè Ioannes Andr. de Georg. allegat. 6. num. 38. Idcirco in hoc Regno, alienato feudo absque assensu; ipsemet alienans reuocare potest vigore Constitutionis Regni Incipientis Constitionem Diuæ memoriæ; Quo autem iure fiat supradicta reuocatio, dubium est apud scribentes; Et verior est opinio, quod ex iure speciali, nempè ex vi ipsius constitutionis fit reuocatio, Glos. in dicta constitutione, in verbo, iure proprio, Afflict. ibidem, num. 45. & 46. latè agit Freccia lib. 2. de subfeud. quæst. incipiente à Regnicolis. Anna in repetitione dictæ constitutionis, num. 270.

Aduertendum tamen est, quòd licèt contractus reuocatio fiat propria authoritate ex vi supradictæ constitutionis absque vllo Iudicis ministerio, possessio tamen feudi absque assensu alienati, non reuocatur absq; Iudicis ministerio, imò spoliatus posset agere remedio possessorio, Andr. de Iser. in cap. *Imperialem*, §. illud, col. 5. de prohib. feud. alienat. per Federicum. Anna in d. repetitione, nu. 271. Et facit regula communis, quod in ijs, quæ ipso iure committuntur semper requiritur sententia declaratoria ad auocandam possessionem, cap. fraternitatis 12. quæst. 2. cap. in secundo, vbi omnes Canonistæ de Hæretic. in 6. Det. in cap. cum secundum in 2. lettura, cap. 8. de iudic. Grass. cons. 139. Menoch. de arbitr. iudic. casu 416. num. 62. Et ex Theolog. D. Thom. 2. 2. quæst. 62. artic. 3. vbi Caiet. Sylu. in verbo assassinus, & in verbo, Hæreticus, num. 12. Sot. de iust. & iur. lib. 1. quæst. 6. artic. 6. latè Sanch. lib. 2. summ. c. 26. Molf. in summa tract. 6. cap. 8. num. 21.

Et quod dictum est de alienante absque assensu, quod possit alienationem reuocare, procedit etiam in con-

Digitized by Google

consentiente alienationi ab altero factæ absque assensu, ex ratione supradicta, quia alienatio feudi absque domini assensu nulla est, cap. 1. ibi, (nulla dispositione valente, vel manente) de successione feudi; Et licèt aliud sit vendere, & aliud vendenti consentire, l. aliud, ff. de reg. iur. Et consentienti venditioni ab altero factæ non competat remedio in l. 2. C. de rescindend. vendit. Bald. ibidem col. penult. Et possit quis consentire actui, quem ipse facere non potest, l. iubemus, §. æconomus, C. de Sacrosanct. Eccles. Glos. & Bar. in l. cum pater, §. libertas, ff. de legat. 2. Signorol. consil. 145. Quando tamen actus est nullus taliter, quod potest à gerentibus reuocari, sic etiam poterit à consentiente in actu illo, l. final. vbi Bar. Paul. de Castr. & alij, C. de pact. Et in proprijs terminis quæstionis nostræ, tradunt Afflict. in cap. 1. col. 7. de alienat. feud. pater, & in dicto cap. Imperialem, num. 179. Freccia dicto lib. 2. de subfeud. in explicatione constitutionis Diuæ memoriæ, limitatione 20. fol. 162.

Hæres etiam alienantis feudum absq; assensu reuocare potest, Andr. de Iser. dicto cap. Imperialem, num. 16. vbi Liparul. lit. D. & ibidem nu. 18. ibi sed ipse reuocat, & in cap. 1. §. alienare. Qualiter olim poterit feudum alienare, & in cap. 1. de feud. guard. num. 5. vbi Liparul. lit. D. allegat concordantes, & in cap. 1. An Agnatus, vel filius defũcti in fin. vbi etiam Aluarot. Iacobin. de Sancto Georgio in inuestitura feudali, in verbo, ita quod ipsi inuestiti in 4. limitat. Ratio conclusionis est, quia eodem iure, quo faciens actum nullum reuocare potest, eodem reuocat hæres, Glos. in l. Lutius, ff. solut. matrim. Composstella in cap. causam, quæ de rescript. Soccin. consil. 79. vol. 4. Parisius consil. 32. vol. 3. Gramm. decis. 93. num. 8. Gabriel comm. concl. lib. 6. tit. de regul. iur. conclus. 11. latissimè probat Rota Romana par. 2. decis. 110. Cacher. var. resolut. lib. 3. cap. 2. num. 176. vbi allios allegat, & dicit sic decisum. Idcirco licèt hæres teneatur habere ratum factum defuncti, l. cũ à matre, C. de rei vendicat. l. ex qua persona, ff. de regu. iur. & hoc etiam confecto inuentario, quatenus tamen est in hæreditate, Alex. consil. 30. num. 7. lib. 6. Dec. qui sic dicit esse receptum, in l. debitori, num. 20. C. de pact. & in d l. ex qua persona, vbi etiam Cagnolus, Boerius decis. 23. num. 20. Franch. decis. 83. & 153. Valascus consultat. 52. nu. 44. lib. 1. vbi sic dicit communiter teneri, & sequitur Cancher. loc. supracitat. numer. 175. actum tamen nullum reuocare potest, vt per supracitatos DD. & latissimè per Rotam Romanam in dicta decis. 110. quibus addendi de Pont. consil. 33. 1. vol. Georg allegat 20. num. 41.

Confirmatur, nam hæres non tenetur habere ratum factum defuncti fraudulentum, Bald. in l. defuncta, C. si infraud. patron. & in l. si quis, C. ad l. falcidiam, Camerarius in d. cap. Imperialem, carta 7. lit. B. & licèt aliqui dubitent de reuocatione actus fraudulentis, prout faciunt Bar. consil. 65. lib. 1. Dec. cons. 659. De contractu verò simulato nullus dubitat, quin non possit reuocari, probant Glos. in l. emptione, C. plus val. quod agitur, Guttier. de iur. confir. par. 1. cap. 1. num. 99. Cacheran. decis. 180. latè Cancer. loc. cit. num. 215. cum sequen. Sic etiam hæres reuocat erroneam confessionem defuncti, l. non idcirco, C. de iur. & fact. ignor. Bald. in l. 1. C. ex delict. defunct. Afflict. decis. 233. Surd. decis. 130. Sic etiam acta gesta à defuncto contra legis prohibitionem, Bald. consil. 161. vol. 5. vbi tradit,

Digitized by Google

tradit, hæredem non teneri habere ratam dispositionem defuncti factam contra dispositionem, l. hac edictali, C. de secund. nupt. Ibidem tradunt Franch. Curt. consil. 1. Iaf. consil. 64. vol. 3. & consil. 168. col. fin. volum. 4. Crauett. consil. 200. Cancer. & Gabriel locis citatis, & facit tex. in l. si quis eum qui, ff. de condition. & demonstration. vbi non priuatur quis relicto si non paret voluntati testatoris, quę est contra legem.

Et licèt multi tradant, quod hæres etiam confecto inuentario nõ possit reuocare bona fidei commisso subiecta à defuncto alienata, & probat tex. in l. filiusfamilias in §. cum pater, vbi Glos. in verbo exhæredatos, ff. de legat. 1. alios allegat, & probat Peregrin. de fideicomiss. art. 33. per totum, latissimè etiã Barbos. in l. Lutius, num. 20. ff. sol. matrim. Vera tamen est resolutio, quod bona subiecta simplici fideicommisso, hæres etiam confecto inuentario, nõ reuocat, & ita procedit tex. in d. §. cum pater, cum concordantibus; quãdo tamen fideicommisso adiecta est expressa alienationis prohibitio, certum est posse reuocare, tenetur tamen ad refectionem interesse pro quantitate, quæ in defuncti alienantis hæreditate remansit, optimè post Rotam in dicta decis. 110. aduertit de Ponte, & dicit fuisse decisum in dicto consil. 33. & ita procedit dictum Pauli de Castr. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 3. vbi etiam Ambrosius Opizo num. 9. Loazes. num. 7. Et faciunt ad supradicta notabiliter tradita per Mol. de primogenit. Hispan. lib. 4. c. 1. vbi fundat alienantem bona maioratus, posse reuocare alienationem, ad quod allegat Aretinum consil. 123. Soccin. consil. 79. lib. 4. Crauett. consil. 200. Andr. ab Esea in cap. 1. num. 229. de pact. Gratum consil. 91. lib. 1. Afflict. in cap. 1. §. si Titius, num. 15. de feud. defunct. milit. fuer. controuers. & decis. 240. num. 8. Peralta in rubr. ff. de hæred. instit. num. 45. Quod tamen dicit non procedere existente alio ex vocatis ad maioratum, nam alienans non poterit reuocare ex quo priuatur maioratu, & fit locus alijs vocatis in maioratu, & ita procedit tex. in l. cùm pater, §. libertis, ff. de legat. 2. sic etiam hæres alienantis, ex quo tenetur habere ratum dicta l. cùm à matre, & dicta l. ex qua persona, non intelligitur pro eo tamen, quod possidet, & ita procedit tex. in dicto §. cùm pater, in verbo exhęredatus, faciunt ad supradicta, latè tradita per Pinel. in l. 1. in 3. par. in 7. ampliatione, num. 81. C. de bonis mater. & per Barbos. in dicta l. Lutius per Rotam de Ponte, & Cancer. locis citat.

Mutato rerum statu reuocantur gesta, vbi de Professi transeuntis ad aliam Religionem, vel in Episcopum assumpti, donationibus. Cap. X.

SEcundum communem resolutionem, rebus notabiliter mutatis, actus legitimè gestus reuocari potest. Et procedit conclusio, non solùm in foro fori, vt infra dicemus, sed etiam in foro conscientiæ; nam promissio mutatis rebus non obligat promittentem. Diuus Thom. 2. 2. quæst. 110. artic. 3. ad quintum citans Senecam de benefic. lib. 4. cap. 35. vbi ait (Ad hoc quod homo teneatur facere, quod promisit, requiritur, quod omnia immutata permaneant, alioquin nec fuit mendax in promittendo, quia promisit, quod habebat in mente, sub intellectis

Digitized by Google

lectis debitis conditionibus, nec etiam eſt infidelis non implendo, quod promiſit, quia eędem conditiones non extant,) & vt notat Diuus Thom. loc. cit. Diuus Paulus non fuit mentitus, dùm Corinthum non iuit, quo ſe iturum eſſe promiſerat. 2. ad Corinth. 1. quia mutatis rebus ceſſat promiſſionis obligatio; Idem probant Caiet. 2. 2. q. eſt. 88. art. 1. & q. 113. art. 1. in fin. Angel Syl. & Tab. in verbo pactum, Nauar. cap. 18. num. 7. Sot. Aragon. Angles, Lopez, Rodriq. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. in claui. reg. lib. 6. nu. 19. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 18. dubio 10. Ratio concluſionis eſt, quia vis obligationis dependet ab intentione promittentis, ſed non cenſetur iudicio prudentum in caſu tantæ mutationis promittentem voluiſſe ſe obligare, Caiet. dicta q 113. artic. 1. Sayr. & Leſſ. loc. cit.

Et procedit, etiamſi adfuiſſet iuramentum, nam iuramentum licèt firmet actum, regulatur tamen ſecundum naturam eiuſdē actus, qui cum non obliget mutatis rebus, vt dictũ eſt; ſic etiam erit, accedente iuramento, probatur in cap. breui, & cap. quemadmodum. de iur. iuran. cap. cum inter, vbi Butr. & Inol. de renunciation. & ex Ciuiliſtis, latè tradunt Pariſius conſ. 24. num. 27. lib. 2. Cephal. conſil. 495. num. 22. Riminal. Iun. conſil. 122. num. 23. Natta conſil. 525. Menoch. conſil. 212. num. 18. Turret. conſil. 35. nu. 16. & 63. numer. 10. lib. 2. Philipp. Teſtai allegat. 12. num 27. alios allegat, & refert deciſum Marta de clauſul. par. 1. clauſ. 123. Imò Victor. & Canus dixerunt, taliter promiſſionem iuratam in foro conſcientiæ ita non obligare, vt etiam abſque vlla iuramenti relaxatione, promittens non teneatur eam adimplere, ſed falluntur in hoc, quia ob reuerentiam iuris iurandi, petenda eſt relaxatio, cap. debitores, vbi omnes Canoniſtę, de iur. iurando, & in propijs terminis tradiderunt, Lopez par. 2. inſtructor. cap. 30. concluſ. 2. Rodriq. in ſumma par. 2. cap. 17. concl. 1. Sayr. loco cit. num. 19.

In foro autem exteriori, etiam certum eſt, omnem diſpoſitionem, omnemque actum habere in ſe implicitam conditionem, ſeù clauſulam, Rebus in eodem ſtatu permanentibus, ſubtiliter probat Natta d. conſil. 525. num. 12. Martha dicta clauſ. 123. Et quod in contractibus inſit talis conditio, probat tex. in l. quod Seruius, vbi Bar. & Ial. ff. de condit. cauſ. data cauſ. non ſeq. l. ſi conuenerit, ff. pro ſocio, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, concordantes allegat Surdus conſil. 133. num. 29. vol. 1. & conſil. 445. vol. 3. num. 36. & deciſ. 163. num. 13. Idem eſt in vltimis voluntatibus, l. Paula Callimacho, §. 1. ff. de legat. 3. l. Męnia, §. fin. ff. de annuis legat. l. inconfirmandum, & l. vtilitatem, ff. de confirman. tutor. l. ex facto, ff. de vulg. & pupillar. ſubſtitut. Bar. in l. quoties, §. ſi duo, ff. de hæredib. inſtituend. Idem eſt in priuilegio exemptionis, nam mutatis rebus, priuilegium etiam ceſſare debet, cap. ſugeſtum, de decim. notabiliter Natta, qui idem dicit eſſe in ſententia exemptionis, loco citat. & etiamſi adeſſet iuramentum, latè congerunt Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfatione, num. 166. C. de reuocand. donat. Cacheran. deciſ. Pedemont. 91. in principio. Idcirco renunciatio ſucceſſionis, intelligitur re in eodem ſtatu permanente, l. ſi actionem, C. de pact. cap. cum inter, vbi omnes Canon. de renunciationib. Bald. Paul. de Caſtr. & Dec. in l. pactum, quod dotali, C. de collation. Surd. locis citat. Molf. conſil. 1. & conſil. 38. propterea renunciatio facta à filia contemplatione maſculorum,

lorum, ipsis præmortuis non obstat renuncianti Napod. in consuet. si moriatur in verbo, ipsi successores, vbi Addentes referunt varias Sacri Consilij Neapolitani decisiones, latissimè Molfes. ad consuetudines Neapolitanas par. 4. quæst. 2. num. 5. & quæst. 12. & 17.

Hinc infertur. Primò, quod donatio facta à Clerico Ecclesiæ in qua fuit institutus, si matrimonium contrahat, ob quod Ecclesiæ beneficijs priuatur, reuocatur, nam censentur donata subconditione, si in eodem statu permanserit, cap. quod à te, vbi Glos. notabilis in verbo, redire, allegat concordantias, de cleric. coniugat.

Secundò infertur, quod donata à Regulari suo Monasterio tempore professionis, iuxta decretum Trident. sess. 25. de reform. cap. 16. si ad aliam Religionem ipse transferatur, reuocantur; Ratio est, quia censentur sub conditione donata, si ibi permanserit, ad instar dotis, l. vnica, §. cum autem, C. de rei vxor. action. Cardinal. & Abb. in d. cap. quod à te, num. 8. Surd. consil. 337. num. 61. & consil. 445. numer. 36. volum. 3. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 436.

Contra hanc opinionem dixerunt Petrus de Perusia, quem refert, & sequitur Syl. in verbo, Religio 4. nu. 10. Ias. in authen. ingressi, num. 13. C. de Sacrosanct. Eccles. Rodriq. de regular. tom. 2. disputat. 80. art. 2. per tex. in cap. vnico, 18. quæst. 1. vbi Glos. in verbo restituat.

Concordari tamen possunt opiniones quod ex vi translationis ex vna Religione ad aliam, indubitatum est, donata primæ Religioni fore restituenda, ex quo adest tacita clausula à iuris dispositione sub intellecta, videlicèt si ibi permanserit; Glos. in dicto cap. quod à te, in verbo, redire, in fine, Calderin. consil. 23. sub tit. de regular. Abb. loco citat. Socc. consil. 52. num. 18. lib. 4. alios allegat Menoch. dicto casu 436. num. 27. & ita procedit prima opinio. Ex vi tamen licentiæ obtentæ transeundi ex vna Religione ad aliam, quia non censetur Religio in proprium damnum consensisse, cùm nullus cedens censeatur contra se ipsum cedere, nec cessio contra cedentem operetur, l. fin. C. de procur. l. 2. C. de fideiussor. Mascar. de probat. concl. 1357. de Franch. decis. 260. & 427. Dicendum est nullo pacto posse donata reuocare, & ita procedit secunda opinio, pro qua consuluit Nauar. consil. 4. de regular. probans monialem translatam de vno monasterio ad aliud, dotes solutas non recuperare, nec etiam vestes, nec vtensilia secum adducere posse, & ita practicatum vidi tempore Gregorij XV. qui licentiam impartiuit cuidam moniali transeundi à laxiori Monasterio ad arctius, sicut regularis assumptus ad Episcopatum, non repetit *donata* suo Monasterio *tempore professionis*, vel quocunque modo per ipsum suo Monasterio acquisita, cap. vnico 18. quæst. 1. Ioannes And. & Abb. in cap. 1. de testamen. vbi etiam Couar. nu. 19. Menoch. dicto cas. 416. in fin. & hoc iure vtimur.

Et in casu supradicto quando regularis cum licentia Superioris transfertur ex vna Religione ad aliam, an recuperet bona, adest tertia opinio, & satis æqua, dicentium, vsum fructum bonorum patrimonialium primo Monasterio donatorum deberi secundæ Religioni, seù Monasterio, durante vita Regularis ex iusta causa translati, probant Cuccus in institut. maior. tit. de Regular. num. 135. Rodriq. de regular. dicta disp. 80. tom. 2. art. 2. Menoch. loc. citat. num. 20. licèt alij dicant tantum

Digitized by Google

tum alimenta deberi, Conar. dicto cap. 1. de teſtamen. num. 19. & 20. Vaſq. de redditib. Eccleſ. cap. 3. dub. 6. In puncto tamen iuris verior eſt opinio, bona quoquo modo donata reuocari; Ratio eſt, nam aut bona ad Monaſterium translata fuerunt in conſequentiam perſonæ, dùm quis tradendo ſe Religioni, tradit, & bona, iuxta tex. in authen. ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in hoc certum eſt ſubtracta perſona ex iuſta cauſa cum licentia Superioris, ſubtrahenda eſſe, & bona, ad hoc vt contrariorum eadem ſit diſciplina, l. 1. C. de cupreſſ. lib. 12. & in hoc eſt punctualis deciſio, Gloſ. quæ allegat Azonem in dicto cap. quod à te in verbo, redire, in fin. Aut bona fuerunt donata, & tunc certum eſt, adeſſe tacitam conditionem, ſi ibi permanſerit, vt ſupra ex doctrina Cardinal. Abb. Surd. & aliorum probatum eſt, & euidenter probat Menochius loco citato.

In vno tamen caſu procederet opinio Petri de Perugia, & Syl. quando fit elæmoſinæ donatum fuiſſet, elæmoſinæ enim præſtatio, efficitur irreuocabilis, nec datur caſus, in quo iam tradita reuocari poſſint, vt ſupra docuimus.

Tertiò infertur, quid dicendum de renunciatis à regulari tempore profeſſionis, conſanguineis, iuxta decretum Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 16. ſi is ad dignitatem Epiſcopatus aſſumatur, an reuocari poſſint; Et videtur dicendum, quod ſic, ex eadem ratione, quod renunciatio tempore profeſſionis facta, intelligitur, & vim habet, re in eod. ſtatu permanente, vt ſupra dictum eſt, & in puncto defendunt Aymo. Crauetta conſil. 192. Decius conſ. 86. nu. 5. Socc. Sen. inter conſilia Ruin. conſil. 204 volum. 1. Natta conſil. 180. num. 5. Rebuff. de priuileg. ſcholar. quæſt. 163. Tiraquel. ceſſante cauſa, num. 212. Gratian. in deciſ. Marchian. deciſ. 42. nu. 24. Borgnin. Caualc. in 5. deciſ. 28. Bonbin. conſil. 14. num. 31. Surd. qui alios allegat, conſ. 445. nu. 36. vol. 3. Molſ. conſil. 1. nu. 20. & 39. num. 2.

In contrarium latè ſcripſit Anna conſ. 45. pro qua opinione facit, quod ex iuris diſpoſitione renunciantibus, ad bona renunciata non datur regreſſus, l. ſequitur, §. ſi venditor, ff. de ædilit. edicto. Surd. conſ. 395. num. 4. vol. 3. & deciſ. 163. num. 3. Franch. deciſ. 239. num. 4. Et regularis effectus Epiſcopus, non eximitur voto paupertatis, Gloſ. in cap. de Monachis, 16. quæſt. 1. & in cap. quia tua, 12. quæſt. 1. Tab. in verbo Monachus, num. 6. Angel. in verbo, honor ſuperueniens, num. 7. alios allegat, Anna loco cit. num. 84. & Molſeſ. dicto conſil. 1. num. 6. Ad quod etiam fortius facit, quod durum eſt, contractum iam perfectum, ex cauſa ſuperuenienti reuocari, & ius alteri legitimè, ac bona fide quæſitum tolli, ob quod aliqui dixerunt, clauſulam ſupradictam, rebus in eodem ſtatu permanentibus, non habere locum in contractibus, nè detur occaſio proximum illudendi, & à iure omnis illuſio reprobata eſt, & in ſpecie dixerunt Alciatus de præſumption. regul. 2, præſump. 16. num. 4. & reſpon. 80. nu. 4. Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 37. nu. 32. & conſ. 1038. num. 3. volum. 2. Molſ. dicto conſ. 39. num. 11.

In hac difficultate, quæ licèt multoties contigerit in facto, nunquam tamen iudiciali ſententia terminata fuit, fateor ſemper in ea me fuiſſe ſententia, renunciata à Regulari, mediante contractu legitimè facto iuxta formam Concilij tempore profeſſionis, ex ſuperueniente Epi-

Digitized by Google

scopatu non reuocari.

Antequam rationem afferam, aduertendum puto, quod argumentum allegatum ab Anna in dicto cons. 45. non concludit, videlicèt quod per assumptionem ad Episcopatum, regularis non liberetur à voto paupertatis; Quia verum est, regularem effectum Episcopum, non liberari voto paupertatis, prout optimè probat Glos. in d. cap. quia tua, in verbo, seorsum, vbi etiam Præpositus, & Archidiac. Glos. etiam in cap. quorundam, in verbo, mendicantium, de elect. in 6. & in cap. de Monachis, in verbo, discedere, 16. quæst. 1. Ioannes Andr. in cap. 1. num. 6. vbi etiam Abb. & latissimè Couar. num. 18. de testament. Bald. in authen. licèt, num. 3. vbi etiam Paul. de Castr. nu. 2. C. de Episcop. & Cleric. Franch. in rubr. de testamen. in 6. num. 19. Ias. in auth. ingressi, num. 15. vbi etiam Tap. in verb. sua, cap. 6. num. 85. C. de Sacrosanct. Eccles. Mol. de primogenitis, cap. 10. num. 28. & ex Theolog. D. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 11. ad 4. & quæst. 185. art. 7. & 8. & in 4. senten. distint. 38. q. 1. art. 4. quæst. 1. ad 5. Less. lib. 2. de iust. & iur. cap. 40. dub. 14. nu. 113. Azor. Henriq. Aragon. Valen. Pet. de Ledes. & alij, quos refert, & probat Sanch. in summa lib. 6. cap. 6. num. 8.

Idem est etiam in regulari assumpto ad Cardinalatum, Bald. in auth. licentiam, C. de Episcop. & Cler. Bertrand. cons. 100. vol. 1. Martin. Laudensis in tract. de Cardinal. q. 1. Et idem esset si efficeretur Summus Pontifex, tradunt Franch. in d. rubr. de testamen. nu. 76. Nauar. de redditib. Eccles. quæst. 1. monitio 9. & 10. vbi dixit, Petrum Apostolum per assumptionem ad Vicariatum Christi, non fuisse absolutum à voto paupertatis, quod ipsum, antea, vna cum alijs Apostolis vouisse probant, D. August. lib. 9. de Ciuit. Dei cap. 10. Pelag. de planctu Ecclesiæ cap. 56. col. 7. & Franch. & Nauar. sententiam sequitur Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 11. colum. 1. sequitur etiam Sanch. loco cit. num. 9.

Quare, quod dixit Cardinal. in Clem. 2. §. sed & tales, de vit. & honestat. Cleric. quem sequuntur Sot. lib. 10. de iust. & iur. quæst. 5. art. 7. Nauar. comment. 2. de regular. num. 10. Azor. lib. 12. cap. 7. quæst. 2. Molf. dicto consil. 1. num. 35. Regularem effectum Episcopum, idem ius habere in fructibus beneficij, quod habent cæteri Episcopi, & videtur probari in cap. cæterum de donation. Cautè intelligendum est, videlicèt; Vt votum paupertatis non in totum tollatur, sed dilatetur, iuxta qualitates nouiter assumptas, vt & idem Nauar. in dicta monitione 9. & 10. videtur sentire, quod etiam apertè sentit, Molin. de iust. & iur. disput. 140. in fin. Quòd verò dicitur de dispositione fructuum beneficiorum, intelligendum est de dispensatione fructuum, videlicèt vt eodem modo fructus dispēset Episcopus Regularis, prout non regularis, prout latè probat allegans alios, Sanch. in summa lib. 6 cap. 6. non autem quoad dominium ipsorum fructuum, nam cum Regularis non sit liberatus voto paupertatis, facultas sibi concessa disponendi de fructibus beneficij, intelligitur iuxtà propriam qualitatem, & capacitatem, iuxta tex. in cap. plenum, §. Equitij, vbi Bald. de vsu, & habitat. & in specie tradit notabiliter Cardinal. Zabarel. in cap. fin. de pecul. cler. & huic nostræ opinioni fauet stylus Curiæ Romanæ, nam diuersimodè conceditur facultas à Summo Pontifice Episcopo non regulari disponendi de fructibus

beneſi-

Digitized by Google

beneficij, quàm Regulari.

Hæc tamen omnia, in quibus ſatis laborant Anna,& Molf. non faciunt ad punctum quæſtionis, nam certum eſt Epiſcopo Regulari competere ius ſuccedendi, cap. vnic. 18.quæſt.1. Certum eſt etiam omnes Regulares Præter Minores, & Cappuccinos eſſe capaces ſucceſſionis,ac poſſe habere proprium in communi, vt ex Trident. conſtat. Ergo nihil ad quæſtionem facit,an Epiſcopus regularis ſit ligatus voto paupertatis, vel non, ſed pũctus eſt, an aſsumptio ad dignitatem ſit talis conditionis, vt cenſeatur non præuiſa,neq; etiam implicitè quando regularis in profeſſione de bonis ſuis diſponit,quod ex hoc puncto decidendum eſt, nempè. An actus geſtus ex rerum mutatione reuocari poſſit; Et licèt aliqui dixerint, regulam ſupradictam non procedere in contractibus, prout dixerunt Alciat. & Menoch. de præſump. Verior tamen eſt opinio, etiam in contractibus vltro citroque obligatorijs locum habere regulam,quod mutatis rebus,contractus reuocari poſſit, dicta l. quod Seruius, innumeros allegat Tiraq. in præfat.l.ſi vnquam,num.166.C. de reuocan. donation. & poſt alios Surd.deciſ 326.num.31.

Diligenter hic eſt aduertendũ,quando dicatur ſtatus rerum mutari, & accidere nouum,ob quod actus geſtus reuocari poſſit; In hoc puncto ſubtiliter Bar.in d.l. quod Seruius, dixit,regulam illam,rebus ſic ſtantibus, intelligi ex iure, quod tempore actus erat in re, vel ſpe, idcirco ſi aliquid poſt actum geſtum,de quo fuerit cogitatum, vel præuiſum, vel potuerit præuideri, aduenìat,actus non reuocatur, Bar. ſententiam optimè explicant Roman. conſ.22.col.1.verſic.ſecundo, quia paciſcar Gozadin.conſil. 27. nu.9. Ruinus conſil.105.vol.5.in fin.vbi poſt Bar.Bald.Angel. & alios allegatos,dicit,nouam cauſam dici iuſtam ſi de nouo ſuperueniat, & ab initio ipſa non fuit cognita, neque pręuideri potuit, facit tex. in l.planè,in verbo,inopinatè,ff.vt in poſſ. legat.faciunt etiam dicta per Bald. in l. ædem, col.3. C.de locat. vbi allegat Senec.dicentem,quod proſpectus futurorum quamuis pertineat ad ſapientem virum, non tamen afficit damno non cogitantem, niſi ex preſenti ſtatu potuerit cogitari; Allegat etiam tex. in l. ſi quis domum,§.1.ff locat. nam aliàs totus mundus repleretur litibus,& nullus pacificè bona acquiſita valeret poſſidere; Et hanc doctinam latè probat Oſaſchus deciſ. Pedamont. 91. num.16. vbi etiam allegat Nat tam dicto conſ 525.Alciat. reſponſ.139.colum.1. & nouiſſimè Rota 19. Martij 1586. in vna Romana dotis coram Domino Robuſterio iudicauit, refert Martha in d. clauſ.123.nu.4. Quando ergo aliquid accidit poſt actum geſtum, quod erat in ſpe tempore actus,vel iudicio prudentis viri poterat prę-uideri,actus non reuocatur.

In caſu autem de quo agimus certum eſt, quod dum quis tempore profeſſionis ſe diuino ſeruitio mancipat,ac de ſuis bonis diſponit,poteſt eſſe ſpes altiora pendendi, & per altiorem ſtatum, qualis eſt Epiſcopatus,& probabiliter prævideri hic caſus, vt is, qui profeſſionẽ emittit efficiatur Epiſcopus, ſicuti multoties contigit. Igitur ex aduenìente dignitate non poteſt dici res taliter fuiſſe muratas, ob quod actus legitimè geſtus reuocari debeat, nam nihil inopinatum ſuccedit; Et licèt renuncians de hoc non cogitet,cogitare tamen potuit, propterea non poteſt dici taliter res fuiſſe mutatas, vt actus legitimè geſtus

reuocari

Digitized by Google

reuocari possit; Et communis opinio, quæ tradit, rebus notabiliter mutatis, & re in eodem statu non permanente reuocari posse actum legitimè gestum, procedit quando casus insolitus, vel inopinatus succedit, vt ex Bar. Roman. Gozadin. Ruin. Chacher. & Rota supra allegatis constat.

Casus autem inopinatus, vel insolitus dicitur, qui semel in mille annis euenire solet, Bar. in l. Seio, §. Medico, ff. de annu. legat. & Bar. sequuntur Ias. consil. 107. col 3. versic. 3. respondetur Gozadin. consil. 27. num. 9. & 24. Rubeus consil. 153. num. 2. Alban. cons. 1. num. 8. Dec. consil. 8. col. penult. Vel qui præter omnem cognitionem, & verisimilitudinem accidit, licèt à prudentissimo viro cogitari potuisset; Vel si semel infra centum annos euenit, Corneus cons. 12. lib. 4. & cons. 23. col. penult. lib. 2. Vel qui infra longissimum tempus succedit, vt puta infra quadraginta annos, Soc. Sen. cons. 123. num. 4. lib. 4. Ripa tract. de peste, in tit. de priuileg. contract. num. 102. sed nullus est annus, in quo non multi regulares ad Episcopatus dignitatem ascendant, vt notum est, ergo promotio ad Episcopatum nõ potest dici casus inopinatus, & insolitus, ita vt ipso adueniente dicatur, rem in eodem statu non permanere ex insolito, & inopinato euentu; Et regula iuris est renuncianti iuribus suis non dari regressum, l. quæritum, §. si venditor, ff. de edilit. edict. l. si maritus, §. si negauerit, ff. ad leg. Iul. de adulter. l. fin. C. de remiss. pignor. Et renunciatio extinguit ius in renunciante, & transfert in eum, in cuius beneficiũ renunciatur, Alex. consil. 90. lib. 5. Glos. & DD. in l. 1. C. de pact. latè Tusch. in verbo renunciantibus, concl. 175. & in generali renunciatione procedit regula, sufficere fuisse cogitatum, vel potuisse in genere de aliquo cogitari, l. qui militari, ff. de testamen. milit. Anton. Gabr. comm. conclus. lib. 6. de regul. iur. conc. 4. Decian. resp. 39. nu. 51. vol. 2. Aluar. Valasc. consil. 39. num. 9. Cancer. variar. resolut. par. 3. cap. 15. de renunciat. num. 152.

Vel dicendum est, casum inopinatum, & insolitum, iudicandum esse arbitrio Iudicis, Ripa d. tit. de priuileg. contract. num. 103. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo, omnia, nu. 31. C. de reuocand. donat. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 80. num. 8. Et in puncto, de quo agimus, quando possit reuocari actus gestus ex rerum mutatione ex causa inopinata, quod standum sit arbitrio Iudicis, tradit Sayr. in claui. reg. lib. 6. n. 19. versic. quę mutatio, sed nullus prudens Iudex renunciata tempore professionis iudicabit fore reuocanda ex assumptione ad Episcopatum, nam totus mundus repleretur litibus, cùm facilè euenire posset, bona renunciata *fuisse à donatario alienata pretiumque consumptum*. Dominia etiam rerum essent in incerto, quod lex abhorret, l. fin. ff. pro suo; Rationi etiã naturali cõuenit, vt legitimè possessa, ex futuris euentibus nõ auocẽtur à possessoribus, id circo vtraq; lex Ciuilis, & Canonica præscriptiones introduxit, vt tot. tit. ff. & C. depręscr. & de prę scri. *in 6.* & extra, & habetur in cap. clerici, & in cap. inter memoratos 16. quæst. 3. D. Thom. quæst. 12. artic. 24. & 25. Sot. lib. 4. de iustit. & iur. quæst. 5. art. 4. latè Couar. in cap. possessor in initio tertiæ partis de regul. iur. in 6. latissimè congerit Sayr. lib. 9. cap. 12.

De

Digitized by Google

De amotione Beneficiarij manualis, & Vicarij Epiſcopalis. Cap. XI.

BEneficia manualia cùm ſint ſua natura reuocabilia, Clemen. 1. § præmiſſa, vbi Cardinal. Anchar. & Imol. de ſupplend. neglig. Pręla. poſſunt ad nutum reuocari, hoc eſt, ex quacunque libera voluntate, hoc enim ſignificat verbũ illud, *ad nutum*, nam idem eſt ac, *pro libera voluntate*, Felin. in cap. per tuas, n. 3. de maior. & obedien. Mandoſ. in Regul. Cancell. regul. 34. quæſt. 11. & verbum, voluntas, liberam, & non coarctatam voluntatem ſignificat, Felin. cap. 1. de conſtitut. nu. 51. Iaſ. in l. ſi ſic, nu. 27. ff. de legat. 1. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 7. num. 2.

Et licèt dubium ſit, an Cappellania amouibilis ad nutum, dicatur verè beneficium, vera, & communis eſt opinio, quod ſi abſque Epiſcopi authoritate *fuit* erecta non dicitur beneficiũ, ſed ſtipendium, Stafileus de litter. gratiæ in 9. forma expectat. num. 29. Gambar. de offic. delegat. lib. 4. rubrica 1 num. 1. Gomeſius de ſpectatiu. num. 29. Petr. Gregor. de benefic. cap. 11. nu. 12. Zerol. in prax. Epiſcopal. par. 1. in verbo beneficium, §. 1. Nauar. conſ. 9. de offic. ordinar. & conſil. 27. de præbend. ſi autem authoritate Epiſcopi fuit inſtituta, dicitur beneficium, vt per ſupracitatos, & poſſidens talem Cappellaniam ad nutum amouibilem gaudet priuilegio fori, iuxta decretum Tridentin. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. & tenetur ad horas Canonicas, quamdiù Cappellaniam poſſidet, Azor. in ſumma lib. 10. cap. 4. quæſt. 2. Non tamen poterit ordinari ad titulum talis benificij, Maiol. de irregularit. lib. 4. cap. 15. numer. 4. Salzedo ad Diaz in prax. canonic. cap. 18. Pariſius de reſignatione beneficij lib. 2. quæſt. 6. num. 2. vbi teſtatur de communi, Genuen. in prax. cap. 81. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 14. Ratio eſt, quia titulus ad quem ordinatur clericus debet eſſe perpetuus ex parte dantis, & recipientis, conſtat ex Trid. ſeſſ 21. de reformat. cap. 2. latè tradit Garz. de benefic. par. 1. cap. 2. num. 83.

Quod beneficia manualia, ſeù ad nutum conceſſa, liberè poſſint reuocari, eſt opinio communiter recepta, apud Italos, licèt alibi contrarium teruetur, Ioannes And. in cap. cùm ſingula, num. 1. de præbend. in 6. vbi Geminian. num. 10. Dec. in cap. ad noſtram, num. 7. verſ. ſed in Italia, vbi Abb. num. 26. de confirmat. vtil. vel inutil. Rota deciſ. 1. de reſtitutione ſpoliat. in antiquis, & deciſ. 6. in nouis eodem tit. & deciſ. 778. par. 1. diuerſor. & in vna Burgenſi amotionis Magiſtri Cappellæ 11. Decembris 1581. coram Blanchetto, referunt Gonzal. de alternat. §. 5. Gloſ. 6. num. 47. Garz. d. cap. 2. nu. 85, Ratio eſt, quia reuocans beneficium ad nutum amouibile, vtitur iure ſuo, nec remotus poteſt conqueri, cùm nulla ſibi inferatur iniuria, l. 1. §. 1. ff. de iniur. cap. cùm Eccleſia vulterana, vbi Gloſ. in verbo iniuria, de election. Biſignet. deciſ. 2. de rerum permut. Nec poſſidens ſi amoueatur poteſt iuuari regula de triennali poſſeſſore, Mandoſ. d. regula 34. quæſt. 11. Moedanus deciſ. 10. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Boer. dec. 149. Capyc. deciſ. 119. Et licèt aliqui defendant contrarium. Videlicèt non poſſe abſque iuſta cauſa Cappellaniam ad nutum amouibilẽ reuocari, & ſic dicat multoties in Hiſpania fuiſſe iudicatum, prout etiam idem in Francia per varia arreſta, Boer. d. deciſ. 149.

Digitized by Google

decis. 149. In Italia tamen absque dubio procedit opinio supra firmata.

Procedit suprafirmata cõclusio, multò magis in regularibus, qui nõ sõlũ ab Officijs, in quibus à Superiore fuerunt deputati, sed etiam à loco, vbi fuerunt assignati ad nutum Superioris reuocari possunt, cap. cùm singula, vbi Glos. in verbo eligibilis, de præbend. in 6. & cap. 2. vbi Glos. in verbo non mutentur, de stat. monachor. & cap. cùm ad Monasterium, ibi (sed cum oportuerit amoueri sine contradictione qualibet reuocetur) eod. tit.

Hoc autem licèt indubitatum sit, non tamen procedit tempore visitationis, contradicentibus Visitatoribus, qui cum possint cępta visitatione cogere omnes ad comparendum coram ipsis, ac ad explendum ea, quę ad visitationem pertinent, Ioannes Andr. Hostiens. Innocent. Abb. & alij in cap. in singulis, de stat. monachor. Tusch. in verbo visitationes, concl. 216. & 220. possunt etiam impedire ne pendente visitatione regularis de loco ad locum transferatur; Ratio est, ne visitatio illudatur, & potius Visitatoribus impedientibus translationem de loco ad locum obediendum est, quam Generali transferenti de loco ad locum, Federic. de Sen. consil. 145. faciunt dicta per Lapum allegat. 55. & per Tusch. in d. conclus. 216. & 220.

Nec etiã procedũt, quæ dicta sunt de amotione regularium quando officij priuatio, vel amotio de loco ad locum fieret à Superiore malo animo, vt puta, se vindicandi, videlicèt si cępta accusatione, vel inquisitione à regulari contra Superiorem instructa amoueretur, Rota in dicta decis. 1. de restitutione spoliat. & in dicta decis. 778. in 1. par. diuers. Nauar. in cap. non dicatis 12. q. 1. num. 66. Et huc pertinet illa notabilis decisio Innocentij in cap. insinuante, num. 2. versic. quod si occurreret casus. Quando clericus, vel vouen. quem sequuntur Abb. in cap. ad nostram, num. 12. & Dec. ibidem num. 7. de confir. vtil. vel inutil. Milius in repertor. in verbo beneficium manuale, Rebuffus in tract. de pacif. possess. numer. 275. versic. 2. intellige, cuius verba sunt hæc; *Quod si occurreret casus, in quo Abbas, vel Superior vellent ex malitia remouere Monachum à loco, quẽ ei deputauit, posset Superiori supplicari, & Superior eum audire deberet ad similitudinem serui, l. 1 C. de præcibus Imperat. offer. & §. sed maior, Institut. de his, qui sunt sui, vel alien. iur subiect.* Et decisio Innoc. potest confirmari, ex regula, quod malitijs non est indulgendum, in l. fundo, ff. de rei vendic. cap. sedes, de rescrip. & in puncto tradunt Gonzal. loco citat. Gratian. disceptat. forens. cap. 167.

Regulariter tamen non solùm possunt regulares ad nutum amoueri à loco, & etiam officijs priuari, sed etiamsi sint in dignitate per canonicam electionem constituti, licèt requiratur causa ad ipsos remouendos, cap. 2. §. fin. ibi (nisi pro manifesto, & rationabili causa non mutetur) de stat. monachor. vbi Glos. allegat concordantes. Facilius tamen deponitur regularis in dignitate constitutus, quàm sæcularis, cap. per tuas de Simon. & si omnis variatio à iure reprobetur, l. serui electione, ff. de legat. 1. cap. licèt, de procurat. in 6. cap. quod semel, de regul. iur. in 6. Achill. de Grass. decis. 13. & 14. de pensionib.

Potest etiam ad nutum amoueri Vicarius Episcopi, Glos. in Clemen. vnic. de procurator. & in d. Clem. 2. in verb. per electionem, vbi Cardinal. & cæteri Canonistæ de rescript.

scripe. Sbrotius vbi alios allegat de offic. Vicarij lib. 3. cap. 32. latè Ricc. decis. 158. par. 1. Barbos. de offic. & potestat. Episc. allegat. 54. num. 170. Et Episcopus non solùm potest ad nutũ reuocare Vicarium, sed etiam causam coram ipso pendentem auocare, & alteri committere, Geminian. in cap. licèt, num. 11. de offic. Vicar. in 6. vbi etiam Franc. num. 2. Calderin. consil. 2. de offic. Vicar. Abbas, Decian. & Franch. in cap. vt nostrum de appellation. Et data reuocatione, seù amotione alicuius causæ, omnia acta postea facta à Vicario sunt nulla, Dec. & Franchus in d. cap. vt nostrum. Procedunt supradicta etiamsi Vicarius causam aliquam particularem alicui delegasset, nam posset Episcopus etiam ab illo reuocare, Bart. in l. iudicium soluitur, ff. de iudic. Bertachin. de Episcop. lib. 4 par. 5. nu. 52. Ricc. d. decis. 158. idem est etiamsi Vicarius Subuicarium cõstituisset, quod *potest facere ex iusta causa, & ad modicum tempus*, Genuen. in prax. cap. 84. num. 13. Puteus decis. 168. lib. 1. Sbrotius de offic. Vicar. q. 66. latè Ricc. in prax. variar. resol. tom. 1. resolut. 113. Quæ autem diximus de Vicario ad nutũ Episcopi amouibili, non procedunt in Vicario Capituli Sedę Vacante, sic fuit per Sacram Congregationem declaratum, vt post Ricc. refert Barbos. in d. alleg 54. num. 171.

Et quod dictum est de Vicario Episcopi, procedit etiam in omnibus Episcopi Officialibus, Glos. in dicta Clemen. 2, in verb. per electionem, Boerius in d. decis. 149. Bouadil. in politic. lib 1. cap. 16. Et etiam in Notario, seù Tabellione, qui vulgo dicitur Magister Actorum. Nàm cùm Episcopus non possit bancam, seù notariatum vendere, vel locare Sot. de iust. & iur. lib. 3. quæst. 6. artic. 4. Et post omnes latè, probat Ricc. in prax variar. resolut. tom. 3. resolut. 501. & ita multoties fuit à Sacra Congregatione resolutum; Erit amouibilis ad nutum.

Quis nam actus dicatur iudicialis, & quis nam extraiudicialis.

QVÆST. XXII.

Visitatio, Beneficij, collatio, vnio Beneficiorum, examen instituendorum, Dispensationes, &c. Iudiciales nè sint, an extraiudiciales actus. Cap. I.

IVdicialis actus est, qui fit à Iudice in forma iuridica procedente; Extraiudicialis autem, qui fit ab eodem Iudice ministrando iustitiam, non tamen iuridicè procedendo, constat ex cap. forus de verbo, & rer. signif. Abb. Dec. & alij in rubr. de iudic. latè Maran. in specul. par. 1. num. 11. & seq. Colligitur etiam ex D. Thom. 2. 2. quæst. 60. artic. 1. in corp. vbi ait iudicium propriè dici actum à Iudice gestum inquantum Iudex est, & sic iuridicè procedendo, Nauar. in rubr. de iudic. num. 14. Paz in prax. de iudic. in 1. annot. num. 2. Dicitur autem actus extraiudicialis, etiamsi interponatur Iudicis decretum, nam non ex eo quod decretum interponitur, dicitur actus iudicialis; iudicium enim præcisè requirit ministerium trium personarum, videlicèt Iudicis, Actoris, & Rei, d. cap. forus; decretum autem multoties à Iudice interponitur pro conualidatione

Digitized by Google

actus, idcircò dicitur actus extraiudicialis, Bal. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconſ. & in l. non aliter, C. de adoption. facit tex. in l. hac conſultiſſima, §. penul. verſic. decernimus, C. de teſtamen. Exemplum eſt in decreto pro alienatione bonorum minoris, vel pupilli, l. magis puto, §. ob es alienum, ff. de præd. minor. Idem eſt in decreto pro alienatione rei Eccleſiæ, Rota deciſ. 166. par. 2. diuerſ. Gonzal. de menſib. alternat. §. 7. in proem. nu. 233. Idem eſt in decreto ſuper tranſactione alimentorum, vel circa tutoris inuentarium, & adminiſtrationem, vel inſinuationem donationis, & ſimilia, quæ latè congerit Afflict. deciſ. 261. Octauius Simoncell. in tractat. de decret. in præfat. Quæ ſupradicta decreta habent vim ſententiæ interloquutoriæ Hoſtienſ. Imol. & Franch. in cap. conſtitutis il ſecondo de appellat. & ſemper intelliguntur, abſque tertij præiudicio, Bal. in l. 1. ff. de conſtitut. nec tranſeunt in rem iudicatam; & eodem modo corruunt, quo ipſi actus in quibus apponuntur, cap. 1. de in integr. reſtitution. latè Couar. lib 2. variar. reſolut. cap. 17.

Viſitatio etiam dicitur actus extraiudicialis, Federic. de Sen. conſil. 55. & hoc procedit tàm in viſitatione Regularium, de qua loquitur tex. in cap. in ſingulis, de ſtat. monachor. & generaliter de omni viſitatione, loquitur tex. in cap. Romana, §. ſanè de cenſibus in 6. & Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. de Reformat. latè explicat Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg. 73. 74. & 75. idcircò non datur iuramentum, d. cap. Romana, §. ſanè, ibi, (abſque coactione, & exactione, qualibet iuramenti ad ipſorum emendationem, &c.) Et ratio eſſe poteſt, quia quando examinantur teſtes ad informandum animum Iudicis, non requiritur iuramentum, cap. cùm in tua, vbi Innoc. de ſponſal. & in cap. 1. vbi Butr. & Abb. de poſtulat. Prælat. Maſcard. de probat. concl. 1368. Hoc autem ſic intelligendum eſt, vt à principio non poſſint Viſitatores exigere generale iuramentum à viſitandis circa propalationem delictorum, ſicut Epiſcopus viſitans ſuam Diœceſim, non poteſt ſubditis præcipere ſub pœna excommunicationis, vt crimina detegant, ſic reſpondit Sacra Congregatio, vt refert Armendar. tit. 6. de viſitat. lib. 5. §. 2. num. 16. Barboſ. d. alleg. 73. nu. 22. Benè tamen poterit quilibet Viſitator in particularibus negotijs, ſi ſic putauerit expedire, iuramentum exigere circa alicuius criminis detectionem, nàm aliàs redderetur vana viſitatio, Gloſ. in d. §. ſanè, in verbo coactione, vbi Hoſtienſ. Archidiac. & Ioan. Monac. Sylu. in verbo viſitatio, num. 5. verſic. quartum; Et etiam præcipere ſub pœna excommunicationis, Zerol. in prax. in verbo viſitatio, nu. 4. verſ. ad quintum, ibi ſecundò circa clericos, &c. & facit regula, quod quando adeſt periculum animarum, etiam quod teſtes examinentur ad Iudicis informationem præſtãdum eſt iuramentum, Felyn. in cap. tuis de teſtib. & quando eſt capiẽda diligens informatio, adhibendum eſt examinatis iuramentum, Soccin. regul. 424. fallen. 4.

Beneficiorum quoque collatio dicitur extraiudicialis actus, cap. cùm inter, de elect. c. vt circa, de elect. in 6. c. concertationi, de appellation. in 6. Gemin. & Franch. in d. cap. concertationi, Mareſcot. lib. 1. var. reſol. cap. 52. num. 78.

Item vnio beneficiorum, Gemin. conſil. 87. Item deputatio Oeconomi ſubdellegatio cauſæ, Lapus allegat. 82. Idem dicitur de confirmatione, & inſtitutione, quæ in beneficijs de iure

Digitized by Google

de iure patronatus fiunt, nam etiam dicuntur actus extraiudiciales, Hostiens. Imol. & Abb. in cap. constitutis, il secondo de appellation. Franch. in cap. final. de elect. in 6. Gonsal. loc. cit. Glos. 9. §. 1. in annotatione contra nullitates, num. 108. Prouisio quoque Parochialium, quæ fit per concursum iuxtà decretum Trident. sess. 24. de Reformat. cap. 18. dicitur actus extraiudicialis, licèt cum magna diligentia fiat indagatio de habilitate, idoneitate, & titulis promouendorum; nam illa indagatio, seù informatio dicitur actus extraiudicialis, nam fit ad informandum animum promouentis, seù instituentis, Marescot. d. cap. 52. Rota in vna Mediolanensi Parochiali 19. Iunij 1599. coram Seraphino, in qua extraiudiciali prouisione, potest Iudex ex varijs causarum figuris animum suum informare, cap. in præsentia, de renunciat. cap. Pastoralis, de caus. possess. & propriet. Et quotiescũq; aliquid cõmittitur conscientiæ, vel prudentiæ alicuius, non est necessaria probatio iudicialis, cap. statutum, §. assessorem, vbi Glos. in verbo relinquatur, & Franch. nu. 6. de rescript. in 6 notabiliter, Lapus alleg. 61. Nec requiritur, quod collator beneficij formet processum, aliquem citando, est communis opinio, in cap. fin. de præsumpt. & in cap. de cætero, de re iudic. vel processum publicare, sed sufficit animum suum informare, Bal. in l. 2. C. de fideicomm. & in l. certum, C. vndè legitimi, & in l. neque naturaliter, num. 9. C. de probation. Alex. in l. de vnoquoque, de re iudic. Abb. consil. 41. Rota decis. 160. num. 7. & 8. in 2. par. diuersor. Gonzal. loc. cit. in prœm. §. 7. num. 227. & 233. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 151. Et quando capitur informatio, & examinantur testes circa habilitatem, vel inhabilitatem personæ promouendæ ad aliquam dignitatem, non requiritur partis citatio, Imol. Anton. de But. Abb. Felyn. & Dec. in cap. 2. de testib. Roman. singul. 369. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 682. nu. 17. nec testes citantur, nec ab eis iuramentum exigitur; Ratio est, quia talis informatio non est iudicialis, sed fit ad informandum animum Iudicis, Innoc. in cap. cum in tua in fin. de sponsal. & in cap. 1. vbi Butr. & Abb. de postulat. Prælat. Bal. in l. 3. §. si tibi, ff. de condit. ob turp. caus. Gabriel. comm. concluf. lib. 2. tit. de citat. concluf. 1. num. 328. Mascard. loc. cit. concluf. 1368. sed in promotione ad Cathedrales pro quibus formatur processus, iuxtà Trident. sess. 24. cap. 1. de Reformat. & Bullas Pontificias, testes examinantur cum iuramento, Paris. de resign. benefic. lib. 8. quæst. 5. nu. 11. in expositione Bullæ Greg. Idem est in cæteris beneficij consistorialibus, vt per eundem quæst. 6. loco cit. & hoc iure vtimur. Supradicta tamen non procedunt quando agitur de remouendo aliquo promoto, nam tunc requiritur formalis processus, Abb. Aretin. Felyn. & Dec. in d. cap. 1. de testib. Farinac. tract. de testib. quæst. 72. num. 52. Marescott. d. lib. 2. cap. 1. num. 80.

Examen, quod requiritur in beneficijs, quæ per concursum conferuntur, dicitur actus extraiudicialis, Thesaur. fori Ecclesiastic. cap. 17. nu. 14. & cap. 22. num. 10. Marius Anton. lib. 1. variar. resol. resol. 39. vbi alios allegat. Nec requirit particularem citationem, Thesaur. for. Eccl. & Antonin. loc. supracit. nam sufficit, vt supradictum est, quod is, qui, beneficium conferre habet, vel aliquem confirmare, vel instituere, animum suum informet, nec tenetur testibus examinatis credere, si

contrarium sibi constet de veritate, Garzias de benef. par. 6. dub. 8. num. 151. & 252. Ratio est, quia grauata est conscientia promouentis, vel instituentis, vt dignè conferat, vel instituat.

Hæc collatio beneficij, institutio, vel cõfirmatio potest etiam die feriato in honorẽ Dei fieri; Ratio est, quia dicitur actus extraiudicialis, latè Lambertin. in tract. de iure patron. lib. 2. in 3. art. 2. quæstionis prin. in 2. par. Sicut etiam potest fieri extrà Diœcesim, ex quo non dicitur actus iudicialis, sed extraiudicialis, & pertinet ad voluntariam iurisdictionem, cap. post electionem, de concess. præbend. cap. qua fronte de appellat. secus tamen esset si iudicialiter in contradictorio iudicio fuisset processum, quia tunc requiritur sententia iuris ordine seruato, cap. constitutio de elect. in 6. cap. exhibita de iudic. Clemen. dispendiosam, de iudic. Clem. dudum, de elect. Lambertin. loc. cit. in 6. art. 2. quæst. princ. 2. partis.

Dispensationes etiam, quæ locorum Ordinarijs committuntur, dicuntur actus extraiudiciales, sic constat ex Triden. sess. 22. cap. 5. de Reformation. ibi, (nisi prius ab eisdem tanquam Delegatis Apostolicis Summatiæ tantùm, & extraiudicialiter congnoscatur) licèt autem dicatur Sacram Congregationem declarasse requiri citationem, hoc intelligitur stante legitimo contradictore, sic Rota declarauit, vide Gonzal. & Garz. prout etiam est in dispensationibus matrimonialibus, quę Ordinarijs committuntur cum clausula, quod diligenter se informent, & si repererint, quod præces veritate nitantur, dispenset; nam licèt sufficiat extraiudicialis informatio, nec testes in forma iuridica sint recipiendi, nec aliquis citandus, Put. decis. 473. lib. 2. Gonzal. in d. Glos. 9. in annot. contra nullitates, nu. 2. Garsias loc. cit. dicto dub. 8. num. 105 & 249. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 8. vbi agit de dispensatione Episcopi circa monitiones pro matrimonio contrahendo, & lib. 8. disp. 35. num. 15. apparente tamen legitimo contradictore erit citandus, Gonz. Garz. & Sanch. locis supracitatis.

Supradicta etiam procedunt in exequutore ad beneficia conferenda qui non tenetur aliquem citare, sed sufficit extraiudicialiter per testes, vel aliter animum suum informare, Thesaur. for. Eccles. cap. 17. nu. 14. & cap. 22. num. 10. in 2. par. Anton. lib. 1. variar. resolut. resol. 39. nu. 3. Nec requiritur iuramentum in testium depositione, nam etiam ex testibus non iuratis potest Iudicis conscientia informari, Ripa in l. admonendi, n. 197. vbi etiam Roman. num. 99. C. de iure iur. testes enim non iurati non faciunt plenam probationem, sed sufficiunt ad Iudicis informationem, Felin. in cap. cuis de testib. Catelianus Cotta in Memorabilib. in verbo testi non iurato; Fallit tamen hoc dictum, quando in commissione adesset clausula (vt te diligenter informes) prout solet esse in commissione pro alienatione rerum Ecclesiasticarum; nàm tunc depositio testium debet esse jurata, Socc. reg 424 fallent. 4. Mascard. de probation. lib. 2. conclus. 1362. sed de hoc aliàs dicemus; existente autem legitimo contradictore, tenetur exequutor ipsũ citare, & tunc dicitur assumere partes Iudicis, cap. exhibita de iudicijs; & de mero exequutore efficitur mixtus, Felyn. in d. cap. exhibita, Garz. de benefic. par. 6. cap. 2. nu. 111. Campanil. in Diuers. rubr. 11. cap. 13. num. 260. & tunc dicetur iudicialiter procedere, Marescott. d. cap. 1. num. 80. & regulariter

ter semper apparente contradictore in qualibet collatione beneficij à quocunque facienda, iudicialiter est procedendum, Lambertin. in d. tract. de iur. patron. art. 12. 9. quæst. princ. in 2. par. latè Gaeta in repet. cap. fin. de elect. in 6.

Licèt autem in actibus extraiudicialibus nunquam dicatur lis introducta Doctor. in d. cap. fin. de elect. in 6. Gonzal. loc. cit. in annot. nu. 32. Nec per actum extraiudicialem, res efficiatur litigiosa, Bar. in l. res litigiosa. C. de litigiosis, Gonzal. loc. cit. num. 18. Nec etiam per appellationem à collatione, seù institutione beneficij præsentatam Superiori, beneficium efficiatur litigiosum, Lancellott. de attentatis par. 2. cap. 4. in præfat. num. 188. Gratian. disceptat. forens. tom. 1. cap. 66. num. 38. & actus extraiudiciales non transeant in rem iudicatam, Imol. in cap. fin. num. 5. & 12. vbi Abb. numer. 15. de præsumpt. idem Abb. in cap. in 13 de his, quæ fiu. à maior. par. capit. Gonz. loc. cit. Glos. 9. in annot. nu. 31. Potest tamen appellari infra decem dies, & etiam elapso dicto tempore per viam recursus audiri à Superiore, cap. concertationi, de appellat. in 6. & exclusus ab appellatione non excludatur, quin non possit per viã recursus, seù quærelæ audiri à Superiore, Glos. Io. Andr. & Franch. in d. c. concertationi, Scacc. in tra. de appellat. 9. 12. num. 105. & appellatio ab actu extraiudiciali non suspendat iudicatum; propterea Iudex procedendo ad vlteriora, non dicitur attentare, Glos. in cap. non solùm, de elect. in 6. Abb. in cap. cum nobis, de elect. Franch. & Præpositi. in cap. bonè, de appellat. Couar. pract. qq. cap. 24. num. 5. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 64. nu. 20. Apparente tamen legitimo contradictore, licèt collatio beneficij dicatur actus extraiudicialis, efficitur iudicialis, & propterea edictum, quod proponitur pro cõferendo beneficio, habet vim citationis, cap. fin. vbi Doct. notant, de elect. in 6.

Concursus plurimorum inuicem se opponentium, quilibet instando pro institutione, facit insurgere litis contestationem, Rota in vna Calauritana beneficij coram Domino Augustino 25. Ianuarij 1554. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. & de attentatis lite pendente in præfat. nu. 155. & dicitur iudicialiter procedi, Gonzal. loc. cit. Glos. 9. in annot. num. 33. & collatio, seù institutio postea subsequens, dicitur sententia, à qua si fuerit appellatum non solùm deuoluitur, sed etiam suspenditur, & collator, seù institutor procedendo ad vlteriora, dicitur attentare, cap. à collatione de elect. in 6. Clemen. dispendiosam, de iudic Clemen. sæpè, de verb. & rer. signif. est communis resolutio omnium, Abb. Butr. Dec. & Franc. in cap. constitutis il secondo de appellat. Campanil. in diuers. rubr. 11. cap. 13. num. 476. Marescott. lib. 2. var. resol. cap. 64. & tex. in d. cap. constitutis il secondo, in quo deciditur possessionem beneficij pendente appellatione non esse attentatam, procedit quando collator, seù institutor extraiudicialiter procedit, secus tamen quando iudicialiter: Quòd non solùm est, apparente legitimo contradictore, vel pluribus concurrentibus, vt supradictum est, sed etiam quando Superior nullo apparente contradictore, vacante aliquo beneficio de iure patronatus, discutit negotium cum Promotore Fiscali, qui contra præsentatum, vel contra patronos præsentantes, vel contra formam præsentationis, aliquid opponit, quia tunc dicitur iudicialiter proce-

Digitized by Google

procedere, Gaeta, & Lambert. loc. cit. Ioann. Andr. Hostiens. Imol. & Butr. in cap. constitutis il secondo de appellat. & si fuerit appellatum suspenditur exequutio, vt dictum est.

Non procedunt autem supradicta in collatione, seù institutione Ecclesiæ Parochialis, nàm quoquo modo fuerit processum, siuè iudicialiter, siuè extraiudicialiter, appellatio non impedit exequutionem, nec suspendit iudicatum, & propterea prouisus immitti debet in possessionem, Trid. sess. 24. de Reform. cap. 18. ibi, (nec prædictorum examinatorum relationem quo minus exequutionem habeat, vlla deuolutio, aut appellatio etiam ad Sedem Apostolicam, siuè eiusdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuntios, seù Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas, interposita, impediat, aut suspendat) extat etiam Bulla Pij V. incipiens in conferendis beneficijs, anni 1566. & licèt detur recursus, via tamen misericordiæ, vt grauatus in examine, possit iterum examinari, Felyn. in cap. significasti, de homicid. ex illa ratione, quia graue est, esse reprobatum in examine, non tamen habet effectum suspensiuum, sed tantùm deuolutiuum, Rot. Roman. in vna legionensi beneficij 13 Februarij 1588. coram Panfilio, refert Genuens. in prax. cap. 66. numer. 6. & 10. Ratio est, quia in Parochialibus viget fauor animarum, quibus ex dilatione prouisionis Parochorum, maximum periculum adesse potest, cap. si Apostolica. de præben. in 6. & quæ celerem expeditionem requirunt, appellationem non admittunt, Specul. de appellat. §. in quibus, num. 8. Franc. in cap. qua fronte, nu. 8. de appellat. Et dum Tridentinũ determinat, non obstante appellatione prouisionem, seù institutionem forè exequendam, necessariò intelligendum est, qnando iudicialiter fuit processum, nàm aliàs esset superflua decisio, cùm satis clarum esset de iure cõmuni, quamlibet prouisionem beneficij extraiudicialiter factam, per appellationem non suspendi, vt in d. cap. constitutis. Confirmatur etiam, quia, noua constitutio prohibens *appellationem in possessorijs, intelligitur in casibus*, in quibus licita erat appellatio, Aretin. consil. 106. Put. decis. 293. lib. 3. latè Surd. consil. 164. Sic etiam rescriptum possessorium cum clausula, appellatione remota, *intelligitur in casibus*, in quibus appellatio licita esset, Fran. in cap. Pastoralis, num. 12. de appellat. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 114.

De transitu ex actu extraiudiciali ad Iudicialem; & è contra. Cap. II.

IN rescripto, in quo adest clausula, vocatis vocandis, certum est aliquando ex actu extraiudiciali fieri transitum ad actum iudicialem; Nam ex virtute huius clausulę, demonstratur iuridicè fore procedendum, Felyn. in cap. exhibita de iudic. Put. decis. 473. Gabr. comm. concluſ. tit de citat. concl. 1. num. 291. Sicut etiam quando in rescripto fit mentio litis, videlicèt (in lite procedat) vel (litem dirimas) ex eo quia hoc nomen, litis, licèt possit in extraiudicialibus verificari, propriè tamen iudiciale forum significat, l. litis nomen, ff. de verb. signif. l. nulli, C. de procurator. cap. ex parte de verb. signif. Felyn. in cap. super quæstion. de offic. delegat. & quando adest supradicta

clausula

clausula vocatis &c. merus exequutor assumit partes Iudicis,& efficitur mixtus, d. cap. exhibita, vbi Felyn. Garz. de benef. par. 6. cap. 2. nu. 111. Campanil. in Diuers. rubr. 11. cap. 13. num. 260. intelligitur tamen, legitimo existente contradictore, nam nullo existente licèt possit iudicialiter procedere, non tamen tenetur, Marescott. lib. 2. cap. 1. num. 80.

Addēdum est etiam supradictis, quod licèt is, qui habet iurisdictionem in prouisione aliqua facienda, possit extraiudicialiter, & iudicialiter procedere, si tamen cępit iudicialiter procedere, non potest mutare formam cognitionis, & à maiori cognitione, quæ est iudicialis, regredi ad extraiudicialem, nàm aliàs actus esset nullus, Glos. in Clemen. sæpè in verb. irritandus, de verb. signif. Giurb. decis. 74. Ratio est, quia lex fauet causæ cognitioni, Glos. & Doctor. in d. Clem. sæpè, & seruare ordinem iudicialem, non potest nocere, Innoc. in cap. innotuit, de iudic. Bal. in l. testamenta, C. de testamen. Felyn. in cap. cum dilecta num. 4 de rescript. Idque neque de consensu partium, nam causa summaria potest de consensu partium effici ordinaria, non tamen è contra Giurb. d. decis. 74. nu. 12.

Et licèt aliqui dixerint, quod is, qui potest iudicialiter, & extraiudicialiter procedere, potest iudiciariam formam cęptam omittere, & ad extraiudicialem modum recurrere, inter quos fuit Bal. in l. nec tales, num. 10. C. de probation, vbi dixit, quod officium exequutoris ad beneficia, dicitur extraiudiciale, & propterea si assumpsit partes Iudicis citando, potest non expectare, & recedere ab hac via. Idem dixit in cap. fin. de præsumption. quod vbi exequutor cępit cognoscere tanquam Iudex, potest omissa via iudicij, transire ad aliam viam, arg. cap. Pastoralis de caus. possess. & propriet. & potius dicitur citasse ad cautelam, quam vt pręcludat, sibi viam potestatis, arg. l. 3. ff. de militar. testam. in quo tex. etiam dixit Bal. quod is, qui potest summariè, & de plano procedere, si cępit procedere ordinariè per libellum, potest viam ordinariam omittere, & reliquum processus summariè expedire.

Contrarium tamen est tenēdum, nam ab actu iudiciali ad extraiudicialem non datur regressus, & tenetur Iudex cęptam viam sequi; Probatur. Primò ex regula, quod via, quam quis semel elegit sibi patere debet, l. si mulier, §. fin. ff. quod met. cau. l. quod in hæredi, §. eligere, ff. de tributor. act. l. si duo actu, ff. de noxalib. action. & non potest cępta via, variando mutari, l. si dominium, ff. de furtis, l. si quis iusiurandum, C. de reb. credit. si cert. pet. & eo magis procedit in Ecclesiasticis Iudicibus, quibus magis prohibita est variatio, quàm secularibus, cap. cùm autem de iur. patron. Clem. 1. de renunciat. Secundò, qui potest agere via exequutiua, & ordinaria contra debitorem, si cępit agere via ordinaria, non potest ad exequutiuam redire, nec se pœnitendo, variare, l. minor 25. annis, cui fideicommissum, ff. de minor. Bald. in l. per diuersas, quæst. 10. C. mandat. Cæsar. de Grass. decis. 2. de senten. excomm. Gonz. de alternatiu. glos. 6. nu. 192. Guttier. pract. qq. q. 39. Gratian. discept. fores. tom. 1. cap. 118. num. 43. Giurb. d. decis. 74. num. 11. & decis. 100. num. 53. nisi tamen adesset pactum in instrumēto, vel adesset protestatio. Tertiò, causa semel effecta ordinaria, semper remanet ordinaria, Rota decis. 132. in 1. par. diuers. & facit Glos. notab. in l. proindè, §. notandum, in fin.

in fin. ff. ad leg. aquil. vbi causa, quę sollemniter cæpta est, sollemniter est terminanda, & propterea si requirebatur libellus, & fuit oblatus, via ordinaria terminanda est. Et facit etiam quod semel alterata natura rei, semper remanet alterata, Mol. de primogen. Hispanor. lib. 3. cap. 4. numer. 13. Vrtill. ad Afflict. decil. 338. num. 6. Gonzal. loc. cit. Glos. 24. num. 94. & Glos. 6. num. 200. latè congerit Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. Glos. 1. num. 6. & 8. Quartò, citatio, licèt non necessaria, constituit citatum legitimum contradictorem, nec potest procedi ad aliquam exequutionem, donec de iuribus citati discutiatur, Innoc. in cap. cum inter de exception. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. numer. 611. cum seq. ergò non potest Iudex variare, extraiudicialiter procedendo, constituto iam legitimo contradictore, Bar. in l. fin. num. 21. vbi etiam Bal. num. 42. & Ias. num. 23. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Confirmatur vltimò ex communi opinione, quod stante cõpromisso facto in aliquẽ tãquã in arbitrũ, & arbitratorem, si cępit iudicialiter procedere tanquam arbitrer, non poterit variare extraiudicialiter proceden do tanquam arbitrator, Dinus, & Bart. in l. societatem, §. abitrorum, ff. de receptis arbitris, Io. Baptista de Sancto Blasio in tract. de arbitr. & arbitrat. q. 4. versic. 12. & q. 48. & 67. Mascar. de probat. cõcl. 125.

Hinc collige, quod si in aliqua Religione possit in aliquem delinquentem iudicialiter procedi iuxtà Sacrorum Canonum, & Tridentini Decreta, & si quæ extant in dicta Religione, ac item summariè, & extraiudicialiter iuxtà regularem obseruantiam, si cęptum sit iudicialiter contra eum procedi, non potest Superior ordinariam viam derelinquere, & extraiudicialiter, reo tamen contradicente, procedere, constat ex dictis. Idem dicendum in Episcopo, qui decimas coram Iudice laico petijt, nam non potest lite pendente excommunicare, pro vt prius poterat, ex Triden. de Reformat. sess. 25. cap. 12. legendus Federic. de senis. consil. 245.

Præscriptio regulæ de *triennali*, non interrumpitur per actum extraiudicialem. Cap. III.

VLtimò pro complemento materiæ actus iudicialis, & extraiudicialis, notandum est, quod actus extraiudicialis, non interrumpit præscriptionem regulę de triennali Puteus dec. 174. sicut quælibet denunciatio extraiudicialis, aut protestatio, nullam præscriptionem interrumpit, l. alienam, ff. pro emptor. cap. nihil, vbi Felyn. num. 5. & in cap. illud, nu. 17. de præscript. Gonzal. de alternat. glos. 9. *in annot.* num. 33. & seq.

Fallit tamen supradicta regula in extraiudiciali monitione facta à Summo Pontifice, qui cùm sit Iudex maximus omnium Iudicum, nec habeat Iudicem coram quo habeat aliquem conuenire per excommunicationem, quæ in die Cenę Domini solet publicari, per quam excommunicantur omnes detentores bonorum Ecclesiæ interrumpitur quælibet præscriptio, Felyn. in cap. cùm non liceat, colum. vlt. de præscript. & licèt dicta excommunicatio sit actus extraiudicialis; ex quo procedit à Summo Pontifice habet vicem specialis, & iuridicæ interpellationis, Innoc. Io. Andr. & Abb. in c. cũ non liceat de prę scrip. Felyn. in cap. nihil cum scandalo, de

Digitized by Google

de præscript. Contrarium tamen latè probat Ruin. cons. 37. n. 12. & 17. lib. 4. vbi probat, quòd generalis monitio nõ sufficit, sed requiritur specialis; pro authoritate tamẽ Summi Pontificis sufficit, quòd sit extraiudicialis, sed debet esse specialis, & sic facilè secũdũ ipsũ concludi posset Bullã Cœnę Domini non interrumpere præscriptionem legitimè cæptam, prout in specie fundat Couarr. in cap. possessor. in 2. par. relect. §. 12. num. 5.

De obligationibus consequentibus effectiorem actus.

QVÆST. XXIII.

Contrahentes ligantur legibus de contractu loquentibus. Cap. I.

CErtum est, quod qui aliquem actum facit, ligatur legibus de illo actu loquentibus, l. si duo, vbi Glos. & Bal. ff. de acquir. hæredit. Felyn. in cap. causam, quæ. nu. 13. de rescript. Dec. in auth. præterea, num. 10. vbi Curtius Iun. num. 23. C. vndè vir, & vxor, Ruin. cons. 86. nu. 16. & 145. vol. 3. & dicit Glos. in d. l. si duo, in verb. adire, quod est fictio, contra quam non admittitur probatio incontrarium, Bal. in d. l. si duo, dicit esse notandum, Natta consil. 45 & 114 num. 11. Becius consil. 101. latè Surd. consil. 198. nu. 10. vol. 2. & consil. 374. & 375. Ratio est, quia nemo potest facere, quin leges in humanis actionibus locum non habeant, l. nemo potest, vbi Bar. & communiter scribentes, ff. de leg. 1. Item dum quis facit actum censetur approbare omnia requisita necessaria ad actum, siuè antecedentia, siuè consequentia sint, cap. cum super, ibi, (per consequentiam confessus est) de offic. deleg. Dec. ibidem in 3. notab. facit tex. in cap. ex literis, de constit. & cap. sedes de rescript. Surd. dict. consil. 198. num. 14. Ideò qui contrahit cum aliquo tanquam tali, censetur fateri illum esse talem, l. si proponas, 1. ff. de inoffic. testamen. Dec. in d. cap. cũ super n. 4. Et qui producit instrumentum, videtur confiteri omnia, quæ in instrumento continentur, Innoc. in cap. in venerabilibus de exception. Abb. in d. cap. cum super.

Hoc autem procedit in his tantum, quæ pendent à voluntate facientis actum, Alex. consil. 72. lib. 4. vbi, qui litigauit cum aliquo tanquam procuratore alicuius, potest excipere de mandato, Bar. in l. Pomponius, § ratihabitionis, ff. de procurator. Dec. in d. cto cap. cum super; Ratio est, quia mandatum procuratoris non pendet à voluntate litigantis cum illo tanquam procuratore talis personæ. Et è contra, qui scit propriam causam à falso procuratore agi, videtur consentire, atque mandare, Archidiac. & Io. Andr. in cap. qui ad agendum de procurat. in 6. facit. tex. in cap. inter dilectos de fid. instrum. congerit Alex. consil. 158. num. nu. 12. lib. 2.

Prædicta procedunt etiam in statuto, idcircò contrahens in aliquo loco, licèt non subditus, tenetur seruare sollemnitatem requisitam à statuto loci, Bar. in l. cunctos populos, vol. 6. C. de Sum. Trin. & Fid. Cath. Ancharan. in cap. Canonum statuta, col. 49. de constit. Alex. consil. 44. vol. 5. Hoc autem non solum in contractibus procedit, sed etiam in iudicijs, in quibus dicitur quasi

Digitized by Google

contrahi, l. 1. § idem rescribit, ff. de pecul. Idcircò Fiscus, & si non subditus, litigans in aliquo Tribunali, ligatur, statutis illius Tribunalis, Surd. decis. 13. per tex. in l. hæres absens, § proindè, & l. interdum, §. fin ff de iudic. cap. fin. de for. competenti, sic etiam clericus litigans coram sæculari, & si non subditus, ligatur statutis illius Tribunalis, quoad ordinatoria iudicij, l. cum clericis, vbi Cyaus, C. de Sacrosanct. Eccles. Alex. consil. 164. Roland à Valle consil. 48. numer. 20. vol. 3. Abb. in cap. quod clericis, numer. 10. de iudic. Dec. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ numer. 11. de constitut. Item qui sequitur forum alicuius, tenetur sequi iura illius fori, l. 2. vbi glos. ff. de constit. pecun. Soccin. consil. 93 numer. 4. lib. 1. vbi agit de clerico litigante coram laico; Ratio est, quia qui facit actum, ligatur legibus de actu illo loquentibus, Bar. in l. iusiurandum, § si liber, ff. de oper. libertor. Angel. in l. tres fratres, ff. de pact. Crauett. consil. 186. num. 9. Natta consil. 49. Roland. de lucro dotis, quæst. 94. nu. 14. Surd. cons. 22. & dec. 13. Et qui vtitur aliquo statuto, tenetur ad qualitates à statuto requisitas, Bar. in l. 1. §. quod autem, ff. ne quid in flum. publ. Felyn. in cap. 2. de rescript Dec. consil. 520. num. 11. Berou. consil. 29. num. 29 vol. 2. Crauett. in respons. pro genero, num. 26. & 31. Surd. decis 60. num. 4.

Idem est in consuetudine vigente in aliquo loco, nam contrahens, vel disponens in illo loco ligatur consuetudine, nec potest facere, quia ius consuetudinis locum non habeat, Io. Faber. § fin. Instit. de legat. Gutt. in repetit. l. nemo potest, nu. 85 ff. de leg. 1.

Adde etiam testatorem conficiendo testamentum, non solum ligari legibus de ipsius confectione extantibus, sed etiam circa eius aperturam, de quibus in l. 2. ff. quemadm. testam. aperiant. quare non potest mandare, vt testamentum sine solemnitate aperiatur, Bal. in l. nemo potest, ff de legat. 1. vbi latè Alex. Lancellot. & Dec. & sic fuisse decisum testatur de Franch. decision. 429.

Emphiteutæ obligationes aliquę. Cap. II.

EX supradictis. Primò infertur, quod emphiteuta ex vi contractus emphiteotici, absque vlla declaratione censetur se obligare ad integri Canonis solutionem, non obstante quacumque sterilitate, Natta consil. 49. nu. 22. Ratio est, quia ex iuris dispositione emphiteuta sustinet omnes casus fortuitos, §. lex itaque, versic. dudum autem, vbi Glos. in verb. secus, auth. de non alienan. Alex. in l. interdum, § ex naufragio, ff. de acquiren. possess. & est communis opinio, quod semper debetur Canon, nisi res in totum pereat, l. 1. ibi, (cum nihil reliquum permansit) C. de iur. emphit. etiamsi minima pars superfit, vt puta si ex octo partibus septem pereant, Azo in summa, C. de iur. emphit. Glos. Odoffredus, Dynus, Bar. Salicet. & Ias. qui testatur de communi in d. l. 1. nu. 77. cap. potuit, vbi omnes Canon. de locat. & cond. vel si remaneat tantùm solum, siuè area, destructo penitus ædificio, Imol. in d. cap. potuit, Ias. loc. cit numer. 15. & 78. Ratio est, quia Canon non soluitur ratione fructum, sed in recognitionem directi dominij, Bar. in d. l. 1. num. 4. Alex. in d. §. ex naufragio, idcircò lex statuit etiam demptis fructibus deberi, ad quod emphi-

teuta

teuta simpliciter contrahens absq; vlla declaratione, tacitè obligatur, Natta consil. 99. nu. 12. Surd. cons. 48 97. & 98. vol. 1.

Secundò infertur, quod emphiteuta absque vlla speciali obligatione eo ipso, quod fundum recipit in emphiteusim, tenetur ad collectas imponendas, l. 2. vbi S. licet. & alij, C. de iur. emphit. l. si pendentes, §. si quid cloacarij, ff. de vsufruct. est communis opinio in dicta l. 2. licèt contrarium dixerint, Bar. in l. priuati, C. de exculation. muner. lib. 10. Andr. de Iser. in cap. 1. §. & plaustrorum, colum. 2. Quæ sint regalia; Ratio communis opinionis est, quia onus collectarum pertinet ad possessorem fructuum, l. fin. C. sine censu, vel reliquis &c. l. hactenus, §. 1. vbi Bal. & Angel. ff. de vsufruct. Et vir possidens fundum dotale emphiteoticum pro subeũdis oneribus matrimonij, iuxtà tex. in l. pro oneribus, C. de iur. dot. tenetur ad collectas, nec mulieri in restitutione dotium imputantur, l. neque, ff. de impens. in rebus dotalib. factis; Ratio est, quia eo ipso, quod fundum emphiteoticum in dotem recipit, subijcitur legi statuẽti onus collectarum ad dominũ fructuum pertinere, latè Natta consil. 114. lib. 1. per totum, sicut emphiteuta Ecclesiæ tenetur ad collectas, licèt Ecclesia ipsa non teneatur, quia res sumit conditionem à persona, l. 1. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10. Andr. de Isern. in cap. 1. Quę sint regalia, Alex. cons. 101. vol. 1. vbi dicit sic seruari de consuetudine, Natta loc. cit. n. 18.

De obligatione eius, qui ciuilitatem in aliquo loco est assecutus. Cap. III.

TErtiò infertur, quod acquirens ciuilitatem in aliquo loco, censetur se obligare ad omnia onera, etiam ignorata, quæ ciuibus imponuntur, Paul. de Castr. in d. l. si duo, ff. de acquir. hæred. Cagnol. in l. qui cum alio, num. 8. ff. de reg. iur. Et procedit etiamsi ex gratia speciali, ciuilitas concederetur, Petr. & Bal. in l. quod fauore, ff. de legib. Ratio est, quia ad ea, quæ ex natura rei, vel ex iuris dispositione ciuilitati cõueniunt, eo ipso quòd quis efficitur ciuis, obligatur, cùm non detur ciuis absque onere, Bar. in l. penul. ff. ad municip. & de Incol. Ias. & Dec. in l. si Ruffinus, C. de testam. milit. Conrad. in Templo Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. versic. 21. num. 10. Rouit. pragm. 5. de administrat. vniuersit. num. 23. Idem est etiam quoad commodum, & dignitatem, vt per supracitatos, quibus addendus est, Thuscus in verb. ciuilitas concl. 276. num. 45. Non tamen procedit in commodo bursali, quod ex aliqua solutione à ciuibus, vel nobilibus olim facta, dependet, Ias. in d. l. si Ruffinus, in fin. Thusc. loc. cit. Sunt notanda hæc, pro aggregatis ad Sedilia Ciuitatis Surrenti, quibus non competit gaudere de beneficijs Montiũ, nec Monasteriorum ibidem pro puellis nobilibus erectis.

Et licèt ciuilitas, vel nobilitas ex priuilegio alicui concessa, non faciat cessare antiquum priuilegium, quia quæ conceduntur in fauorem, non debent esse in damnum, l. 3. §. si emancipatus, vbi Bar. ff. de bonor.

Digitized by Google

poss. ff. contra tabu. Idcircò, scholaris si ex vi statuti efficiatur ciuis non amittit priuilegium, quod antea tanquam scholaris habebat, Bar. d. §. si emancipatus, Bald. & Angel. in l. si Rufinus, C. de testamen. milit. & in l. ea lege, C. de condit. ob caus. & probatur in leg. Alexandrinis, vbi Bar. C. de decurion. lib. 10. Sicut Doctor popularis, qui per viginti annos publicè professus est, efficitur Comes Palatinus, nō tamen amittit ius, quod tanquam popularis habebat, quin possit ad officia popularia admitti, quia dignitas superueniens, non debet esse ad diminutionem prioris status, Io. de Plat. in dicta l. Alexandrinis, & forensis effectus ciuis non repellitur, quin possit ex vi alicuius priuilegij, assumi ad aliquam dignitatem ad quam antea poterat admitti, Alex. consil. 103. num. 9. lib. 2. & dignitas, seù honor superueniens nō mutat priorem conditionem, quamuis augeat statum, l. falsa, §. si cui, vbi Bal. ff. de condit. & demonstrat. Sic Tabellio effectus Doctor, potest conficere instrumenta, quia non desinit esse Tabellio, Bal. loc. cit. facit tex. in l. si quis decurio, vbi Cynus, C. de falsis, & l. 3. vbi Glos. C. de dignit. lib. 12.

Ad onera tamen ciuilitati annexa ex natura rei, vel ex iuris dispositione talis ciuis, omninò tenetur, idcircò non solùm tenetur ad collectas, vt dictū est, & taliter tenetur, quod non potest debitum collectarum cum alio credito compensari, sicut regulariter potest fieri in alij debitis, & creditis, vt notum est, sic Bar. in §. 1. in auth. de collatoribus, Lancellottus de attentatis, cap. 4. limit. 25. Rouit. in pragm. 5. de administr. vniuers. num. 25. sed etiam excluditur ab administratione officiorum, quæ ciuibus in propria patria prohibentur, Roma. cons. 216. numer. 2. Thusc. in verb. ciuilitas, concluſ. 276 num. 45. de iure enim communi regulariter loquendo, nullus potest in propria patria Magistratum exercere, l. si eadem, ff. de offic. Assessor. l. 3. C. de diuers. offic. & apparit. lib. 12. vbi Lucas de Penn. l. in Consiliarijs, C. de offic. Assessor. l. fin. C. de crim. falsi. l. hi, qui, vbi Glos. cum l. seq. ff. quib. caus. maior. latè Aula cap. 4. prætor. Glos. 1. Bouadigl. lib. 1. polit. cap. 12. num. 23. multæ enim sunt rationes, ob quas de iure, hoc statutum fuit, de quibus latè Mastr. tom. 1. de magistratib. cap. 7. & in specie ad euitandas suspiciones litigantium, nam Iudex eiusdem nationis, iure licito potest tanquam suspectus recusari, cap. accedens il 2. ibi, (de terra vxoris tuę oriundus) Vt lite non contestata. & eadem natio inducit suspicionem, Abb. in cap. fin. de appellat. Bar. in l. fin. ff. de offic. Assessor. sic etiam officialis ex loco odioso, & non confidenti, potest ab Vniuersitate non admitti, Rouit. in pragm. 6. de Baronib. in fine; & hoc etiam in hoc Regno procedit, cùm nullus possit esse Capitaneus, vel Assessor in propria patria, nisi ex Principis priuilegio, Franc. decis. 479. in prin. Tapp. de Iur. Regn. sub tit. de creation. official. Imbrianus de Iudicib. Reg. par. vlt. num. 10 & hoc etiam procedit in Magistro Actorum, cùm veniat appellatione officialium, & militat eadem ratio suspitionis, & periculum subornationis, Franc. decis. 98. vbi Amend. in addit. refert pluries decisum. Roa. pragmat. 1. de official. Idem est in Locumtenente Capitanei, seù Magistratus, ex regula illa, quod subrogatus debet esse eiusdem conditionis, & iuris, cuius est ille, in cuius locum subrogatur, l. Parabolani, vbi

ni, vbi Bal. C. de Episc. & Cleric. Bar. in l. 1. C. de præpos. agentib. num 5. Lucas de Penn. in l. penult. C. de agentib. in reb. lib. 12. Marsil. sing. 553. Nisi tamen substitutio esset ad modicum tempus, Guttier. pract. qq. ciuil. lib. 1. quæst. 34. Bolognett. in l. 1. num. 9. ff. de offic. Assessor. Et in hoc Regno communis est praxis, quod per 15. dies possit fieri substitutio etiam in persona ciuis, Franc. Rouit. & Amend, locis supracitatis, nouissimè Constant. in l. nullus, num. 47. C. de decurion. lib. 10.

Substituens aliquem in proprio officio, quando teneatur pro delictis, & culpis substituti. Cap. IV.

QVartò infertur, quod substituens aliquem in proprio officio, eo ipso obligatur pro delictis, & culpis substituti absque alia promissione, l. ad similitudinem, & l. nullus, C. de Episcop. & Cleric. l. agentes in rebus, vbi Luc. de Penn. C. de agent. in reb. lib. 2. l. neminem, C. de decurion. lib. 10. Ratio est, quia ex iuris dispositione substitutus gerit officium periculo substituentis, l. nullus, qui nexu, C. de decurion. lib. 10. & mala electio est in culpa, §. præterea Instit. quib. mod. contrah. oblig. Idcircò eum eligendo, obligatur ex iuris dispositione, Io. de Platea in d. l. nullus, qui nexu, num. 3. dixit, quod si ædificium ruat culpa substitutorum ab operarijs, ipsi operarij tenentur, latè Roman. consil. 297. Paris. de Puteo tract. de Syndic. in verbo substitutus, cap. 2. per totum. Et Capitaneus tenetur in Syndicatu pro delictis, & culpis sui substituti, Paris. loc. cit. Cancer. variar. resol. par. 2. cap. 2. de iurisdict. omn. iud. num. 87. vbi dicit, quod Ordinarius tenetur pro malè gestis à suo Locumtenente, sic etiam Baiulus de culpis Subaiuli, & Vicarius de culpis Subuicarij, sic etiam in hoc Regno probant Rouit. pragmat. 5. num. 53. & 55. de Sindic. official. Constant. in d. l. nullus, num. 57. & 58.

Procedunt tamẽ supradicta. Primò de delictis cõmissis in officio, nõ autẽ de alijs, l. 1. C. ad l. Iul. repetund. gl. in l. 1. Cod. vt omn. iud. tàm ciuil. quàm crimin. & in l. Consiliarius, C. de Assessor. Auil. Rouit. locis citatis, sic etiam Notarius tenetur pro suo substituto in concernentibus ad officium, Bar. in l. 1. §. familiæ, ff. de publ. & vectigal.

Secundò, quando substitutio fit ex voluntate, secus tamen si ex necessitate: exemplum ponit, Cancer. in Vicario Villafranchę habente Subuicarium in Villa Sancti Petri, qui hoc modo creatur, videlicèt Vniuersitas illius Villę nominat Oriũdos Villæ, ex quibus Vicarius vnũ eligit in Subuicarium, & propterea de culpis illius non tenetur, quia electio non est voluntaria, sed necessaria, & potius dicitur, Vniuersitatem eligere, quàm Vicarium approbantem, arg. tex. l. vnus ex familia, §. si de falcidia, ff. de leg. 2. & Bar. notabiliter in l. more, n. 5. ff. de iurisd. omn. iud. Idcircò fuit iudicatum in Sacro Consilio Neapolitano, quod Vniuersitas, quæ ex antiquo more tenetur dare Baroni Camerarium, siuè Aerarium quolibet anno, & propterea nominat tres, quorum vnum eligit Baro, si reperiatur non soluendo tempore finitæ administrationis, tenetur de proprio reficere, Gizzarell. decis. 31. & illa ratione, quia periculum nominatorum spectat ad nominantes, l. 1. & 2. C. de pericul. nominat.

& Ba-

Digitized by Google

& Baro eligens iustè petit sibi refici damnum ; quia electio fuit necessaria . Idem practicatur in Syndicis, qui ab Vniuersitatibus eligũtur pro seruitio Regis ad colligenda tributa, & collectas, Gizzarell. & Constant. locis citatis. Idem est etiam in Barone, qui licèt dicatur Iudex Ordinarius vassallorum, Andreas de Isern. in cap. 1. nu. 2. Quid sit inuestitura Frecc. de Subfeudis author. 13. de Ponte de potestat. Proreg. tit. de prouision. fieri solit. §. 1. ex quo tenetur Capitaneum, seù Iudicem eligere, Frecc. loc. citat. num. 7. Rouit. pragm. 2. & 3. de suspic. offic. non tenetur de culpis, & delictis Capitanei, Constant. loc. citat. numer. 67. Secus in Officiali eligente sibi Assessorem, nàm de culpis illius tenetur, nec etiam ipsum exhibendo tempore Syndicatus, liberatur, Auil. cap. 4. prætor. in verb. entregare, Bouadil. lib. 1. polit. cap. 12. num. 45. Rouit. in pragm. 1. de Syndic. offic.

Tertiò, supradicta procedunt in habente facultatem substituendi ex iuris dispositione, secus tamen si facto hominis, nam substituens non tenetur, si non fuit in culpa in eligendo exemplum est in procuratore cum potestate substituendi, nam procurator substituens non tenetur de excessibus substituti, nisi fuerit in culpa in substituendo, quia substitutus censetur datus ab ipso domino, Glos. in cap. 1. in verb. substituendi, de procurator. in 6. Franch. in dicto capit. 1. §. licet, Salicet. in l. quod quis in 5. quæst. ff. de procurator. Franch. dec. 212.

Ad quid teneatur Pater pro Filio dotem recipiente, vel facto Decurione, & emptor rei, qui promisit rem emptam, semper, & quandocunque retrouendere. Cap. V.

QVintò infertur, quod pater consentiens matrimonio filij, censetur se obligare pro dotis conseruatione, & restitutione, absque aliqua speciali promissione, l. si cũ dotem, §. transgrediamur, vbi Dyn. Bar. & Alex. nu. 5. ff. solut. matrim. Ratio est, quia lex disponit patrem obligari debere pro dote à filio recepta, idcircò consentiendo in matrimonio, tacitè se videtur obligasse, & obligatio, quæ de iure erat dèbita, censetur inducta quoad effectum, Surd. decis 62. num. 14. & 33. vbi alios allegat, faciunt dicta per Dec. in auth. præterea in primo notab. C. vnd. vir. & vxor. Cefal. consil. 671. Afflict. in cap. 1. notab. 13 de prohib. feud. alienat. per Federic. Et quod inducatur tacita hypoteca in bonis patris assentientis matrimonio filij pro dotis restitutione, latissimè Corn. cons. 256. lib. 1. Fabius Turrectus consil. 45. lib. 3. Procedit etiam talis obligatio etiam in feudis patris absque Regio assensu, in beneficium tamen mulierum huius Ciuitatis, Frecc. de subfeud. lib. 2 quæst. 13. num. 2. Philipp. Pascal. de iurib. Patriæ potest. par. 2. cap. 7. num. 79. cum seq.

Et procedit supradicta tacita obligatio non solùm respectu cõseruationis, & restitutionis dotis, sed etiam pro solutione dotarij, quod vulgo antefatum dicimus, Ias. in §. fuerat, col. fin.

Digitized by Google

col. fin. versic. vlt. aduertas Instit. de action. Mastrill. decis. 48. in 1. part. Item etiamsi pater consentiens protestetur se nolle obligare, Iaſ. in d. §. fuerat, num. 108. Palatius Ruuius in repet. rubr. de donation. inter vir. & vxor. §. 1. nu 6. Barbos. in d. §. transgrediamur, nu. 9. Ratio est, quia in his, quæ procedunt ex iuris dispositione protestatio hominis nihil operatur, Glos. in l. alimenta, C. de negot. gest. & nemo potest facere, quin leges in propijs actibus locum nó habeant, d. l. nemo potest, ff. de leg. 1. Barbos. loc. cit.

Idem prorsus dicẽdum de patre consentiente, vt filius efficiatur Decurio, nam eo ipso censetur se obligare tanquam fideiussor pro mala filij administratione, l. 1. C. de filij famil. & quemadmod. patr. tenean. l. 2. ff. ad municipal. & de incol. l. & filios in potestate, C. de Decurion. lib. 10. Io. de Plat. in l. 1. C. de Decurion. lib. 10. Palatius Ruuius in d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 21. num. 9. Et procedunt supradicta in omnibus publicis officijs, quæ à filijsfamilias cum consensu patris assumuntur, latè congerit Pascalis in d. tract. de iurib. patr. potest. par. 1. 16. num. 81. & eo ipso quod pater expressè non dissentit, quando filius publicum officium assumit, censetur consentire, & eo ipso obligatur, d. l. 1. C. de filijs famil. &c. ibi, (consentire autem is videtur, qui non testificatur dissentire nominationi) & supradicta obligatio non solùm procedit pro indemnitate Reipublicæ, sed etiam priuatorum, quando tamen ab ipsa causâ publica, priuatorum causa dependet, exemplum est, in filio Decurione, cui ex causa officij data fuit tutela, nam pater de mala administratione tutelæ etiam tenetur, d. l. 2. ff. ad municip. & de incol. Corn. & Barbos. latè locis citatis; Et ratio esse potest, quia sicut consensu ad actum trahitur ad omnia consequutiua actus, Bal. in l. si legatarius, §. potest, ff. de leg. 3. Bar. in l. 3. §. sufficit, ff. de contr. iudic. tutel. Frec. de subfeud. lib. 2. quæst. 3. annot. 5. ità & obligatio, vt per supracitatos.

Sextò, infertur, quòd promittens retrouendere semper, & quandocunque rem emptam, non tenetur, nisi infra spatium 30. annorum, Bald. consil. 303. vol. 1. Iaſ. Curt. Iun. & Iacobin. de Sancto Georg. in l. petens, C. de pactis, Couar. variat. resolut. lib. 1. cap. 9. num. 1. & 2. latè Tiraquell. de retractu conuentionali, §. 1. Glos. 2. num. 7. Cefal. consil. 43. Menoch. consil. 201. num. 85. Ratio est, nam ex iuris dispositione tale pactum retrouendendi, spatio 30. annorum restrictum fuit, cap. 1. vbi Glos. Iſern. Bal. Laudens. Aluarot. & alij, de feudo dato in vicem legis Commissor. in vsib. feudor. Glos. in cap. 1. in verb. præscriptionem, C. de bonis mater, & in l. prima, C. de concussion. Tiraquell. in d. Glos. 2. nu. 9. & dùm partes conttahendo aponunt pactum reemendi, ligantur legibus de tali pacto statuentibus, Surd. decis. 2. num. 14.

An teneat prohibitio Testatoris, quod Episcopus non procedat ad exequutionem piarum dispositionum. Cap. VI.

SEptimò, infertur, quod testator disponendo aliquid ad pias causas non potest prohibere, quin Episcopus in casu negligentiæ hæredum, vel exequutorum non procedat ad exequutionem piarum dispositionum, c. tua nos, vbi Abb. & Couar.

Digitized by Google

Couar. de testam. l. nulli, & Auth. item testator, C. de Episc. & Cler. Ratio est, quia de iure Episcopus est exequutor omnium piarum dispositionum, dicto cap. tua nos, vbi glos. in verb. interdici, & c. requisisti, de testamen. Clem. 1. de testam. §. si quis autem pro redemptione captiuorum, auth. de Ecclesiast. tit. Rota Roman. decis. 611. apud Seraph. num. 7. par. 1. Imò ex decisione Sacr. Concil. Triden. sess. 22. de Reformat. cap. 8. Episcopi procedunt ad exequutionem piorum legatorum, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ibi, (Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati in casibus à iure conceſſis omnium piarum dispositionum, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos sunt exequutores) Idcircò etiam exemptos cogere possunt, vt de Regularibus exequutoribus testamentorum loquitur, tex. in Clemen. vnic. de testamen. Nisi tamen exemptio talis esset, vt nullo modo possint ab Ordinario puniri, Riccard. in 4. dist. 45. art. 5. quæst. 2. Syl. verb. testamentum 2. q. 2. d. 4. Mol. de iust. dist. 247. Rodriq. de reg. tom. 3. quæst. 70. artic. vltim. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. num. 22. Et de Officialibus Sanctæ Inquisitionis exemptis ab Ordinarij iurisdictione, quod possunt etiam cogi, tradunt Thesaur. for. Eccles. par. 2. cap. vltim. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 82. num. 14. Et ob negligentiam hæredum, vel exequutorum testamentariorum, deuoluitur facultas ad Episcopum transacto anno, d. cap. tua nobis, & cap. requisisti, & cap. si hæredes, vbi Couar. Guttier. pract. qq. q. 44. & 45. Genuens. in prax. cap. 69. Barbos. loc. cit. Idcircò non potest, testator prohibere, quin Episcopus in casu negligentiæ non procedat, vt per supra citata iura.

Dictis addenda sunt, tradita per Spinum in specul. testamen. par. 1. in rubr. nu. 9. Tel. Fernandez ad leges Tauri leg. 36. num. 5. Valenzuola consil. 53. num. 29. & seq. Molf. ad consuetud. tom. 1. par. 3. quæst. 10. & tom. 2. eadem quæst. & in 2. par. Summ. tract. 13. de vltim. volunt. cap. 5. numer. 105. alios congerit Barbos. loc. citat. num. 27. Nam eo ipso, quod disponit ad pias causas, obligatur legibus de dicta materia loquentibus, d. l. nemo potest, vbi post alios, latè Guttier. Sicut non potest testator prohibere, nè exequutores rationem reddere teneãtur, Ripa in d. l. nemo potest, num. 127. Spin. loc. cit. Glos. 28. Couar. in d. cap. tua nos, num. 6. Iacob. de canib. tract. de exequutor. vltim. volunt. par. 2. §. nouissimè, num. 2. & seq. facit tex. in l. quidam decedens. ff. de admin. tutor. ibi, (nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus, aut mutare formam antiquibus constitutam) licèt quando testator remittit redditionem computorum intelligitur de scrupulosa, & stricta redditione, vt nõ teneatur de leui, vel leuissima culpa, & ità procedit tex. in l. Aurelio, §. fin. & l. si quis rationes, & l. petitur, ff. de liberat. legat. Sic etiam fundans Cappellaniam, vel ius patronatus, non potest apponere conditionem, nè sit sub Episcopi potestate, Bart. in l. quoties, §. fin. ff. de administr. tutor. Abb. in cap. dilectus notab. 4. de consuetud. & in cap. requisisti, nu. 22. de testamen. & in cap. nobis de iur. patron. Felyn. in cap. cùm venerabilis, num. 33. de exception. Couar. in d. cap. tua nos, Barbos. loc. cit. num. 29. Ratio est, quia regulariter omnia pia opera Episcopi iurisdictioni subduntur, idcircò ad ipsũ pertinet visitatio, emendatio, & exequutio, vt in d. c. 8. Trid.

Ampliæ

Ampliatur suprafirmata illatio, vt procedat etiamsi in dispositione ad pias causas adesset clausula annullatiua, videlicèt, vt eo ipso, quod Episcopus se ingerit pro exequutione, dispositio habeatur pro non facta, vel legatum non censeatur pium, vel alteri applicetur; Est communis opinio, vt per Ripam, Felyn. Couar. & alios locis citatis, Valq. de successionum creatione, lib. 1. §. 7. num. 17. vbi dicit esse communem, licèt ipse contrarium probet, sed malè, & meritò improbatur à Guttier. in d. l. nemo potest nu. 451. Probatur communis opinio; Nã in vltimis voluntatibus reijcitur conditio contra bonos mores apposita, & dispositio sustinetur, l. conditiones, quæ contra bonos mores, ff. de condit. institut. licèt secus sit in contractibus, ex illa ratione, quia lex reijcit malam coditionem sustinendo dispositionem in vltima voluntate, non tamen malam conditionem appositam in contractu, quia contrahentes possunt sibimet consulere, latè Sarmiento lib. 2. select. qq. cap. 3. num. vltim. latè agit Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 34. numer. 1. & 2. Sed conditio nè Episcopus requirat in casu negligentiæ hæredum, vel exequutorum post annum, iuxtà tex. in cap. nos quidem, de testament. dicitur esse contra bonos mores, quia repugnat dispositioni iuris communis ciuilis, & canonici, quam immutare non potest, cap. requisisti, de testam. l. nemo potest, ff. de leg. 1. Glos. in dict. cap. tua nos, in verb. interdici, ergo; optimè ponderant Valenz. & Guttier. locis citatis.

Confirmantur supradicta: licèt in donatione, quæ fit Ecclesiæ possit apponi conditio, quæ omninò seruanda est, cap. verum de condit. insert. tamen in conditione Ecclesiæ non potest apponi pactum, vel conditio reuocationis, cap. 2. & cap. si quis basilicam 10. quæst. 1. cap. 1. de consecrat. dist. 1. cap. 1. de censibus; Ratio est, quia reuocatis bonis, status Ecclesiæ ad nihilum reduceretur, cùm sinè temporalibus spiritualia ministrari non possint, cap. si quis adiecerit, 2. quæst. 3. Ancharan. consil. 197. & ità pluries Rota resoluit, Farinacius in diuers. decision. decis. 566. Molses. d. quæst. 10. & semel Deo dicata, pro animarum salute non debent ad alios vsus conuerti, cap. benè quidem, 96. distint. cap. semel, vbi Dynus, de regul. iur. in 6. Loffred. consil. 48. num. 24. Gregor. Lopez leg. 64. tit. 4. par. 1. Glos. 6. Propterea legatum pium, nunquam efficitur caducum, & si non poterit specificè adimpleri iuxtà voluntatem testatoris, in aliud opus arbitrio Episcopi commutandum erit, dict. cap. nos quidem, vbi Abb. & Couar. l. legatum, ff. de vsufruct. leg. Mol. de iustit. & iur. disp. 249. Et quando fit commutatio vltimarum voluntatum à Summo Pontifice, iuxtà tex. in Clem. quia contingit, de relig. domib. etiam Episcopus summariè, & extraiudicialiter cognoscere debet si præces veritate nitantur, priusquam commutatio executioni demandetur, Trident. sess. 22. cap. 6. de Reformat. Ergò clausula annullatiua, nullo modo potest officere, quin Episcopus non vtatur suo iure circa exequutionem piorum legatorum.

In locum Episcoporum hodiè successit Tribunal Reuerendæ Fabricæ ex varijs Bullis Summorum Pontificum, videlicèt Pauli Tertij, Iulij Secundi, & aliorum; De hoc Tribunali, latè agit Ricc. in prax. var. resolut. tom. 1. resolut. 374. cum multis sequentibus, sed si quis vellet Reuerendam Fabricam in sua

Digitized by Google

dispositione locum non habere, poterit aliquid confidentialiter amico legare, nam non dicitur exequutor is, cuius cõfidentię aliquid legatum est, Bar. in l. cum quidam, ff. de leg. 2. Abb. in dicto cap. nos quidem, num. 12.

Quousque se extendat obligatio Regulæ in Regularibus. Cap. VII.

OCtauò infertur, quod Regularis, eo ipso, quòd Regulam approbatam profitetur, non solùm obligatur obedire Prælato, aliquid præcipienti ex contentis in Regula, vt notum est, sed etiam in omnibus, quæ ad regulam pertinent explicitè, vel implicitè, D. Bonau. in regul. S. Franc. c. 20. vel directè, seù indirectè ad regulam pertinent D. Thom. 2. sent. dist. vlt. q. 10. art. 10. vbi inquit, (ad regulam pertinere intelligenda sunt, non solùm ea, quæ expressè continentur in regula, sed etiam illa, quæ quocunq; modo ad regulam reducuntur, & obedire in his est de necessitate obedientiæ.) Idem probat Sylu. V. religio 6. §. 6. Caiet. 2. 2. quęst. 88. art. 8. dub. vlt. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. numer. 77. Tappia in Auth. ingressi in verb. ipso ingresso, cap. 1. nu. 44. & 59. Rodriq. de regular. tom. 1. quæst. 44. art. 1. Sanch. in Sum. lib. 6. cap. 2. num. 9. Mirand. in manual. Prælat. quæst. 26. art. 7. Sicut suscipiens ordinem sacrum, eo ipso absque aliqua declaratione, vel promissione obligatur ad continentiam, cap. à multis, de ætat. & qual. & ad recitationem horarum canonicarum, cap. 1. de celebr. miss. vbi omne canon. Nau. cap. 7. de oration. Ratio est, quia eo ipso, quòd quis actum aliquem facit, obligatur ad omnia, quæ ad actum ipsum ex iuris dispositione pertinent.

Supradicta procedunt etiam in professe Religionem relaxatam, nam tenetur ad obseruantiam votorum, non tamen ad obseruantias, quę lapsu temporis, vel ex Superiorum expressa, vel tacita dispensatione aboleta sunt, D. Thom. in 4. dist. 38 quæst. 1. art. 3. quęstiunc. 1. ad 3. vbi Carthusian. q. 2. circa medium, Sylu. V. religio 3. §. 12. Lopez in 1. par. instruct. cap. 4. col. 2. Rodriq. 2. tom. sum. cap. 95. Tap. loc. cit. num. 64. & 65. & ex Canonistis Innoc. & Abb. in cap. super eo, de regul. Felyn. in cap. nam concupiscentia de constit. Sanch. d. cap. 2. n. 26. Ratio conclusionis est, quia tria vota continentur, sub regula tanquam omninò substantiale Religionis, idcircò stante Religione, nullus vsus, aut dispensatio facere potuit, quin non obliget, cap. cùm ad monasterium de stat. monach. vbi dicitur, quod Summus Pontifex potest facere de monacho non monachum, sed non, monachum proprietarium; Reliquæ verò obseruantiæ continentur sub voto non tanquam, quid substantiale Religionis, sed tanquam leges Religioni adiũctę pro bono ipsius; Idcircò longo vsu, vel Superioris dispensatione, prout aliæ leges tolli possunt, Caiet. 2. 2. quæst. 198. art. 9. in fin. Nau. d. cap. 12. nu. 50. & alij supracitati.

Tenerentur tamen Professi in Religione relaxata si pro maiori parte reformaretur, regulam instauratam obseruare, Innoc. d. cap. super eo, vbi Anton. num. 9. Anchar. n. 4. Abb. nu. 6. Dec. in cap. ad nostram de appellat. alios allegat Sanchez loc. cit. nu. 35. Mirand. in manuali Prælatorum, quæst. 26. numer. 10. concl. 2. Hoc autem non procederet in

Digitized by Google

ret in foro conſcientiæ, quando profitentes habuerunt animum ſe obligandi eo modo, quo tunc viuebatur,& non aliter, Anton. de Butr.in d.cap. ſuper eo, Tabien. in verb. religio,q.11. nu.22. Armil. eodem verb num.9. Nauar.lib. 3. Conſil.ſub tit.de regul.conſil.9.& 45.Azor.in ſum.lib.13.cap.11. q. 17.Sanch.loc.cit.numer.39. Non tamen hoc procederet,quando inſtauratio tenderet ad bonam obſeruantiam votorum, Abb.in dicto cap.ſuper eo,Syl.Sanch. & alij ſupracit. Ratio eſt,quia qui profitetur in aliqua Religione profitetur regulam, & non conſuetudinem, cap.ex parte,ibi, (regulam ſecundum formam ordinis profiteantur, & ſeruent, Eccleſiaſtica Cenſura compellas) de regular.Idcircò iurè Bonifacius Octauus potuit moniales obligare ad clauſuram, quæ tunc temporis non erat,cap. vnic. de ſtat. regular. in 6. quod poſtea confirmarunt Sac.Concil.Triden. ſeſſ.25.de regul.c.5. Pius Quintus in Bull.incip.Cura Paſtoralis ann. 1566.& Gregorius Decimuſtertius in Bul.incip.Deo ſacris ann.1572. Ratio fuit, quia clauſura monialium pertinebat ad obſeruantiam voti caſtitatis, quod ex vagatione monialium difficilè obſeruabatur, vt d.cap.vnic.ibi, (laſciuiendi opportunitate ſublata eidem corda ſua, & corpora in omni Sanctimonia diligentiùs cuſtodire) ſic Gl.in eodem cap. in verb.preſentes, vbi etiam Monach.n.1. Dominic.n.5. Franch.numer.5.Dec.in d.cap. ad noſtram,num.19.Sylu.in verb.religio,6.quæſt 6. Carthuſ.in opuſc. de Reformat.monial. art. 1. cum tribus ſeqq.Rodriq de regul. dicta quæſt.44.art.1.Mirand.loc.cit.ſic etiam meritò Pius Quintus in ann. 1567. eiecit quoſdam Religioſos à Regnis Hyſpaniæ, quos arctauit ad profitendum in alijs Religionibus, in quibus religiosè viuendo poſſent promiſſa vota ſeruare; Iuſta fuit Sanctiſſimi Pontificis ſententia, nam Regulares ſæculariter viuendo, à proprijs monaſterijs eijciendi ſunt, & alij eiuſdem Ordinis ſubſtituendi,quibus non exiſtentibus, alijs alteriùs Ordinis ea tradenda ſunt ad hoc, vt inquit tex.in c.relati,Ne cler.vel monac. (vt labores impiorum iuſti edant, & illi tamen rubore perfuſi, ad ſui Ordinis obſeruantiam reuertantur) Et licèt arctior vita iam profeſſis imponi non poſſit, cap. ad audientiam, il ſecondo,de Eccleſ. edific. Gl.d.c.relatum in ver.eis eiectis,& in proprijs terminis eiectionis dictorum Religioſorum.Nau.in cap. ſtatuimus 12.quæſt.2. num. 21. & conſil.17.numer.7.de regular. Ad profitendum tamen in alijs Religionibus, vbi vota ſeruentur cogi poſſunt,d.cap.ex parte,de regular. Dec. in cap. ad audientiam,de appellat.Sanch.loc.cit.num.44.

Quæres an Regulares tempore peſtis poſſint à proprio Prælato cogi fratribus eiuſdem Conuentus inſeruire, Cáiet.opuſc.tom.3. tract. 9. de vincul. obedient. quæſt. vnic. Rodriq.de regular.to.3.quæſt.31. Sanch. loc.cit.nu. 56. reſpondent affirmatiuè; Hæc enim obligatio ex ratione ſtatus, & ex vi regulæ implicitè deſcendit, vt mutua ſeruitia Regulares ad inuicem ſibi exhibeant,& niſi talis adeſſet obligatio,in caſu peſtilentiæ minùs rectè eſſet prouiſum Regulari Reipublicæ,& ſtatui regulari,Rodriq.loc. cit. Licèt autem cum periculo vitæ,quis non teneatur Prælato obedire, hoc tamem non procedit, quando ratio boni communis, & cóſeruationis ſtatus regularis aliud expoſcit, exemplum eſt in militæ, qui Principe præcipiente tenetur,

Digitized by Google

etiam cum periculo vitæ militare, vt notum est, & iustè præcipitur, ab homine id, ad quod quis ex debito legali tenetur, D. Thom. 2.2. quęst. 123. art. 5. Sic etiam superior conuentus tenetur tempore pestis proprium Monasterium non derelinquere, quia ipse est Parochus suorum subditorum, Rodriq. in summ. tom. 2. cap. 9. num. 2. & de regul. d. quæst. 31. artic. 3. Sanch. loc. citat. num. 55.

Quòd verò ad sæculares pestilentia affectos, certum est, quòd Regulares Monasticam vitam profitentes, qui non habent ex instituto proximorum spirituali saluti intendere, non possunt cogi Sacramenta ministrare, imò possunt à loco pestifero aufugere, Caiet. 2.2. quæst. 26. art. 5. Bagnos. 2 2 quæst. 33. art. 3. Armil. in verb. Epidemia Rutil. Benzon. tract. de fuga tempore pestis lib. 1. q. 1. concl. 10. Sanch. loc. cit. num. 59. Rodriq. d. art. 3 versic. dico 2. vbi inter varias Religiones, quas nominat, nempè Carthusianos, Camaldulenses, Heremitas, nominat etiam Theatinos, in quo valdè fallitur, quia Sacra nostra Religio proximorum spirituali saluti satis incumbit, ac prædicationi Verbi Dei, & Sacramentorum administrationi, vt ex Constitutionibus patet, imò gaudet priuilegijs Mendicantibus concessis, vt patet ex priuilegijs Clementis VII. & Pauli IV. & aliorum Summorum Pontificum, vt latè per Peregrin. in Compendio.

Quòd verò ad Regulares Mendicantes certum est, quod in defectum Parochorum tenentur Sacramenta sæcularibus tempore pestis ministrare; Ratio est, quia ex instituto tenentur proximorum saluti spirituali incumbere, D. Thom. 2.2. q. 188. art. 2. vbi ait, (*conuenientissimum est ad prædicandum ad Confessiones audiendum, & ad alia huiusmodi, quæ pertinent ad salutem animarum, aliquam Religionem instituì procurando vtilitatem proximorum, per ea, quæ pertinent ad spiritualem animę salutem*) & in eadem quæst. art. 4. ad 2. dicit, (*& ità subseruire Prælatis in tali ministerio, est huiusmodi Religionis proprium,*) & in eodem art. ad 5. dicit, (*opportunum autem fuit, vt Prater Ordinarios Prælatos, alij assumerentur ad huiusmodi officia, propter multitudinem fidelis populi, & difficultatem inueniendi sufficienter personas distribuendas singulis plebibus,*) & Caiet. ibidem dicit, (*quia de facto malè consultum Populo Christiano inuenitur, sine huiusmodi supplemento, quod Deus dedit, & Romanus Pontifex gratiosè suscipiendo approbauit*) ergò adueniente necessitate, iustè potest Prælatus præcipere, & ex vi professionis tenentur obedire, vt supra probatum fuit.

Confirmantur etiam dicta, nam Regulares Mendicantes dicũtur cooperatores, & coadiutores Parochorum, Clem. dudum ibi, (tanquam cooperatores eorum idoneos, & laborum suorum participes, prompta benignitate recipiant) de sepult. & Parochos teneri certum est, Nau. in summ. cap. 24 num. 12. & alij.

Communis itaque opinio est Mendicantes in subsidium Parochorum teneri, quam probant post D. Tho. in opusc. 18. cap. 16. in fin. Rutil. Benson. lib. 1. d. disp. 1. q. 1. concl. 10. per totum, Rodriq. d. q. 31. de Regul. art. 4. Sanch. loc. cit. nu. 60. & sic fuit à Sacra Congregatione resolutum tempore, quo pestis Mediolani grassabatur, instante Sacto Carolo Borromeo tunc Archiepiscopo.

Supradicta multò fortiùs procedunt in Regularibus, qui ex voto Ministerio

Digitized by Google

sterio infirmorum obligantur, nam ex debito professionis, & ex vi voti, tenentur Sæcularibus pestilentia ægrotantibus ministrare, vt optimè aduertit Rodriq. d. art. 3. in fin.

Omnes Regularium obligationes, de quibus hactenus loquuti sumus descendunt ex vi Professionis, quam liberè emittendo, obligantur ad omnia, quæ in ipsa continentur, atque ex iuris dispositione dependent, & verificatur regula in principio posita; Quod qui facit actum, obligatur legibus de actu illo loquentibus, dicta l. si duo, vbi Bald. de acquir. hæred.

Quodnam temporis interuallum, actus continuationi officiat.

QVÆST. XXIV.

Ex pluribus iuribus, & exemplis probatur aliqualem interruptionem nihil obesse. Cap. I.

STatuenda est Regula generalis, quod actus dicitur continuè fieri, etiam quòd aliquod adsit temporis interuallum, Glos. in cap. fin. in verb. continuè, de verbor. & rer. signific. in 6. & in cap. sicut tibi il primo, in verb. quotidiana de consecrat. dist. 5. Abb. in cap. cùm causam, num. 2. de elect. Felyn. in proem. Decretal. in veb. Rex pacificus, num. 3. Roman. consil. 263. & 264 & in l. 1 num. 18. vbi Rip. nu. 105. ff. sol. matr. Capyc. decis. 37 num. 5 Cened. qq. Canon. q. 1. nu. 37. Multa possunt adduci, quæ id confirmant, & Primò aqua quotidiana dicitur, quæ quotidie duci solet, etiamsi aliquando ducta non sit, l. 1. vers. quotidiana, ff. de aqua quotid. & estiu.

Secundò, qui tenetur, aliquid continuatè gerere, potest habere aliquot dies ad quiescendum, Glos. in cap. quàmuis, in verb. continuatis, de offic. Ordinar. in 6. Quare valida est consuetudo, vt qui peregrè aduenerit propter negotia Ecclesiæ possit triduo domi manere ad quiescendum, & interim lucrari distributiones quotidianas, Gemin. in cap. vnic. nu. 3. vbi etiam Franch. num. 2. de cleric. non resident. in 6. Monet. de distribut. quotidian. par. 2. q. 12. numer. 49. Cened. loc. cit. & si in aliqua Religione adesset constitutio, quod hospites per triduum essent immunes ab oneribus Communitatis, prout est in Nostra, & habetur, par. 2. Constitut. cap. 9. esset laudabilis, & rationabilis.

Tertiò successores in aliqua dignitate dicuntur continuatè esse, licèt adfuerit aliquod temporis interuallum, cap. cùm causa. vbi Abb. num. 2. de elect. Nam verbum illud, continuò, intelligitur cum aliquo temperamento, licèt ex sui natura denotet, vt actus fiat sine interuallo, cap. cæterum, vbi Abb. num. 4. de relcript. & ibi additio, l. ità stipulatus sum Damam, vbi Ias. num. 2. de verbor. oblig. recipit tamen congruam interpretationem, & ciuiliter debet intelligi, idest, horis, & temporibus competentibus, Iason. loc. cit. Cened. Sing. 74.

Quartò, de iure antiquo homicida voluntarius continuo debebat stare ad Ianuam Ecclesiæ, cap. si quis voluntate, 50. dist. intelligitur tamen statutis horis, & temporibus, cap. Sacrosancta, 22. dist. cap. si

quis

Digitized by Google

quis vult, 26. diſtinctione.

Quintò, teſtes deponentes ſe continuo vidiſſe aliquos certam rem poſſidere, non vitiantur eorum dicta, ſi aliquo ſpatio temporis non viderunt, ſufficit enim ſi pro maiori parte viderunt, & ſi pro eodem tempore principales poſſederunt, Iaſ. in d. l. ità ſtipulatus ſum, Abb. Felyn. & alij ſupra allegati Capyc. d. deciſ. 37.

Sextò, ſi teſtator legat domum Eccleſſiæ ſub conditione, vt ſuo hæredi ſoluat decem in tribus terminis continuatis, conſequetur legatum, etiamſi temporibus interpellatis ſoluerit, Roman. in l. ſi ità ſtipulatus eſſem, cum leg. ſeq. in fin. ff. de verb. oblig. Felyn. in d. verb. Rex pacificus.

Septimò, ſeruus, cui Dominus libertatem reliquit, ſi per triennium continuò Titio ſeruierit, licèt antè triennij conſumationem aufugerit, reuerſus tamen triennium compleuit, libertatem conſequetur, nec oberit interruptio, l. Paulus, §. Gaius, ff de liberal. cauſ. (Hæc notanda ſunt pro pænitentijs certo loco ſeruiendi, quas Sacra Pœnitentiaria ſolet imponere, nam ſufficit ſi ſtatuto tempore, inſeruiet diſcretè, & non continuè.)

Octauò, experientia à frigidis, & maleficiatis facienda per triennium continuum, cap. fin. ibi, (per continuum triennium) de frigid. & malef. non impeditur, ſi ad aliqua negotia diuertant, ſufficit enim ſi interpellatis temporibus triennium compleatur, Abb. in d. cap. fin. in fin. l. ex facto, §. reum, ff. de hæred. inſtituend.

Nonò, ſtante ſtatuto, quòd qui per decennium habitauerit in aliquo loco, efficiatur ciuis illius loci, nihil refert ſi aliquando infrà decennium diuerterit, ſufficit enim ſi pro maiori parte anni habitauerit, Bart. in l. cum delanionis, §. Sabinus, ff. de fund. inſtruct. & inſtru. legat. Roman. Singul. 681. incipiente communiter &c.

Decimò, qui tenetur quotidiè celebrare poteſt aliquando intermittere, cap. ſignificatum, de præbend.

Vndecimò, ſtante ſtatuto, quod detentus in carcere per annum, liberetur ob amorem Dei, qui duplici Semeſtri interpellato detentus fuit in carcere, poterit liberari, Iaſ. in l. ſi idem cum eodem in princ. ff. de iuriſd. omn. iud.

Duodecimò, indultum Summi Pontificis, quod Regularis poſſit triennio ciuilibus ſtudijs vacare, intelligitur etiamſi tempore interpellato triennium non excedat, Bald. in l. non ſolùm, ff. de excuſation. tutor.

Ratio eſt, quia licèt tempus, aliud dicatur cõtinuum, quod currit etiam diebus feriatis, & impeditis, & aliud vtilè, & temporis appellatione venit continuum, gloſ. in Clem. vnic. in verb. continuum de in integr. reſtit. & in rubr. ff. de diuerſ. tempor. præſcript. Abb. in cap. ſuper eo, de appellat. & c. beneficia de conceſſ. præbend. Et inſuper verum ſit, quod tempus ſimpliciter appellatum, interpretatur de anno, cap. omni tempore, vbi gloſ. 1. de conſecrat. diſt. 4. & Bart. in l. ſi legatum in 4. not. ff. de ann. legat. dixit, quod promiſſio de ſoluendo in tribus terminis, intelligitur de tribus annis, nam quilibet terminus, ſeù quodlibet tempus, verificatur in anno, Gloſ. in l. vſuræ, in verb. ſolutæ, vbi etiam Bald. C. de vſur. Quæ Gloſ. ſupradicta probat ſuam opinionem ex Verbis Sacræ Scripturæ, Daniel. 12. vbi agens de Antichriſto ſub his verbis loquitur. (Quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis) quæ verba exponuntur per annum, & duos annos, & dimidium anni,

refert,

Digitized by Google

refert,& ſequitur Mandoſ.in regu. Cancel.reg 10.q.4.num.11.Tempus tamen continuum non currit ſtante aliquo impedimento, cap. quia diuerſitatem,de conceſſ.præbend.Abb.in cap.ſuper eo,num.5. Item modicum tempus pro non tempore habetur,l.Titius,§.Lutius ff. de liber. & poſthum. vbi natus parum poſt teſtamentum, pro non nato habetur. Concordat tex. in cap.nam,& ego de ver.ſignific.vbi non dicitur extitiſſe, qui ſtatim obijt. Quod facit ad quæſtionem. An dicatur extitiſſe maſculus ad excluſionē fœminæ,quando ſtatim mortuus fuit, de quo latè, Gloſ. Bal. & Aluarot.de ſucceſſ. feud. in vſib.feudor.facit etiam tex. in l. ſi debitori,ibi,(neque enim magnum damnum eſt in mora modici temporis) ff.de iudic.

Quare licèt dies interpellet pro homine, & conſtituat in mora, l. magnam, C. de contrab. empt. ſi tamen pauci dies elapſi ſunt non conſtituit, Bald. in cap. domino guerram,§.ſed hoc, Hic finitur lex Conradi in vſib.feudor.nam parua mora non dicitur mora,Alberic.in l.1.C.de verbor.ſignific. facit tex. in l.ſi poſt tres,ff.ſi quis cautionib. & in cap.licèt cauſam in verb.modica, vel nulla de probation. ſicut paruum interuallum non inducit actuum diuerſitatem,Bal.in c.cum ideò,de reſcript.Ancharan.in cap. fin.de offic. deleg. in 6. latè Tiraq. in tract.de iudic.in reb.exig.nu.62. Idcircò vaſſallus dimittens dominum in prælio amittit feudum, non tamen ſi modico tempore, & denuò reuertatur, Bal. in cap. 1. verſic. ſed pone, quib. mod. feud. amitt. Tiraquell. loc. cit num. 60. ſicut officialis non ſeruans iura in leuibus,non eſt ſindicandus, Bald. in l. quamuis, ff. de condit. & demonſtr. per tex. in l. obſeruare, §. proficiſci,ff. de re iudic. tranſgreſſio enim in leuibus non eſt punibilis, d. l.quamuis,& ſecundum Ariſtot.lib.2.ethic. cap. vlt. & lib. 4. cap. 5. qui parum tranſgreditur, non vituperatur, idem probat Bal. in l.2.in 12.q.C.de reſcind. vend. & in l.quicunque,col.2.C.de ſeru. fugit. Ideò, qui parum tranſgreditur non mortificatur, Bal. in l. 1. col. vlt. ff. de legib.& in cap.cùm adeò, & in cap.ſi proponente, de reſcript.per tex.in d.l. quamuis, ſi enim parum declinetur à medio, non eſt contra virtutem; Sed ſi multum, tunc corrumpitur virtus in ſuo actu,Io.Calderin. in c. cùm ex iniũcta de hæretic. Idcircò quæ parum durant non ſunt conſiderabilia, ſicut pretium, quod vno die currit, ſeù durat, non eſt conſiderabile ad iuſtum valorem liquidandum, ſed quod pluribus diebus, Bart. in l.pretia rerum, §. fin. ff. ad leg. falcid. & in l.2.C. de reſcind. vendit. Angel. Aret. in §. ſi quis agens inſtit.de action.col.5.

Non tamen procedit poſita concluſio, quando tempus requiritur pro forma actus,vt ex dicendis patebit, nam actus,qui certo die,vel hora faciendus eſt,& propterea pars citatur, ſi tali die, vel hora non fiat, dicitur factus clàm,& parte non citata,l.fin.§.fin.ff.quod vi, aut clàm Hyppolit.Marſil.ſingul. 48. Facit hoc dictum pro formatione proceſſuum Canonizationum, in quibus teſtes citantur pro certo die,& hora, quæ ſi varientur, depoſitio erit nulla; Adde etiam dicta per Raphael.Cuman.in l.de pupillo,& ibi Iaſ.num.1.ff.de oper.nou.nuntiat. quod quando tempus profertur à lege ad ſubſtinendum aliquem actum,intelligitur immediatè, & ſine vllo medio, de quo latè agit Cened. ſing. 74. de diction. continuò,& confeſtim, num. 4.

Adden-

Digitized by Google

Addendum est etiam, quod fauore Ecclesiæ, vel alterius piæ causæ tempora interrupta coniunguntur, latè tradit Roman. in auth. similiter, C. ad leg. falcid. patebit ex dicendis per tex. in l. Paulus, §. Gaius, ff. de liberal. caus. optimè probat Genuens. in practicabil. Eccl. q. 592. quibus adiungenda sunt dicta per Cancer. in c. 11. de sponsal. & matr. n. 180. quod stante priuilegio concesso Fraternitati Architectorum, vt nullus possit fieri, Magister in dicta arte, nisi steterit per tres annos in Trocinio cum aliquo Architecto, si ex modico interuallo tempus interrũpatur potest admitti ad Magisterium; Ratio esse potest, quia sumus in fauorabilibus, pro quo faciunt, latè dicta per Ias. in d. l. si idem cũ eod. & sic in fauorabilibus tempora concernantur, quod tamen in odiosis nullo modo procedit, & sic possunt omnia supradicta ad concordiam reduci.

Regularis habitum dimittens, quando in Censuras incurrat. Cap. II.

HInc infertur Primò; Quod licèt Regularis semper teneatur habitum suæ Religionis deferre, cap. vidua 20. q. 1. cap. Sanctimoniales 23 dist. Nau. cap. 27. nu. 131. licèt ex legitima causa possit aliquando illum dimittere, & occultare, Glos. in cap. clerici, in verbo relaxauerit, de vit. & honest. cleric. & in cap. 2. in ver. temere Ne cler. vel monac. in 6. vbi Dominic. & Franc. Monach. in cap. 1. de sent. excom. in 6. Breuis tamen habitus dimissio, & si culpabilis, non facit incurre Censuram latam contra Regulares habitum dimittens, de qua in d. cap. 2. Ne cler. vel monac. Ratio est, quia non dicitur dimitti, quod breui tempore sumendum est, l. diuortium, ff. de diuort. & repud. Probant hanc opinionem Probus ad Monach. in d. cap. 2. num. 7. Syl. in verb. excommunicatio 5. cas. 23. Nau. cap. 27. num. 131. Suar. de Censur. disp. 23. sec. 4. numer. 27. Rodriq. de regul. tom. 2. quæst. 76. Sanch. lib. 6. sum. cap. 8. num. 55. Et procedunt supradicta etiamsi Regularis dimittens habitum paruo tempore, alio inducatur, nempè virgata, vel sæculari veste, Cardin. in Clem. 2. nu. 4. de vit. & honest. cler. Sylu. in verb. excommunicatio, q. not. 3. Nau. Rodriq. & Sanchez locis citatis; Idem est si gratia comodius fornicandi, vel furandi dimittat, Syl. Nau. Sanch. & alij supracitati, Sayr. de Censur. lib. 3. cap. 33. num. 13.

An autem si causa vagandi, vel eundi ad lupanar habitum dimittat, ne agnoscatur, incidat in excommunicationem, dubium est, & *multi* tenent, quod sic; *Nam sententia excommunicationis, de qua in d. cap. 2. statuta fuit, quando habitus dimissio est ad vagandum ordinata*, probant Syl. Nau. & Suar. locis citatis, Sayr. d. cap. 33 numer. 19. Rodriq. in sum. tom. 1. cap. 43. & Bagnesius dicit esse indubitatum, apud omnes 2. 2. q. 12. art. 2. dub. 2. concl. 2. Alij tamen contrarium tenent, nempè illũ non incurrere; Nàm licèt dimissio illa propter accessum ad lupanar ex causa dictæ malitiæ dicatur grauis, in se ipsa tamen leuis est, quia non dicitur vera dimissio, cum breui tempore fiat, & cum animo assumendi, & tex. in d. cap. 2. non excommunicat Regulares habitu se spoliantes, sed habitũ dimittentes, dimissio ergo habitus moraliter intelligenda est, nec dicitur dimissum, quod breui spatio assumitur, dicta l. diuortium, &

hanc

Digitized by Google

hanc opinionem dicit probabilem Sanch.loc.cit.num. 31. & probant Tolet.in sum.lib.4.c.18.Emanuel. Sà in verb.excommunicatio.num. 9.Azor.lib.12.cap. 13.q.5. Idem est, quando habitus dimittitur à Regulari,ne deprehensus in crimine agnoscatur,Sanch.loc.cit. licèt contrarium sentiat, Sylu. in verb. habitus,quæst.2.verb. Anton.par. 3. tit. 16. cap. 6.

De integritate Anni Probationis in Nouitio. Cap. III.

INfertur Secundò, quòd licèt annus probationis in Religione continuus, & integer esse debeat, cap. 1.ibi, (quod si per totum sequentem annum) de regul.in 6.& Trid. sess.25.cap.15.de regular.ibi, (per annum post susceptum habitum in probatione steterit ad professionem admittatur,) si tamen per duos,vel tres dies interrumpatur, non obest quin professio,validè fieri possit,Franc.in cap.1.num.3. de Regular. in 6. Bixiensis in tit.de statu Monach §.qualiter,q.37.nu. 43.Archidiac.cap.non solùm,de Regular in 6.Bonifac. Vitalinus in Clem. fin. numer.47. de Regular. Alexand.cons.54 vol.4.Mysincer. de tempore vtili,cap.3.nu.9. facit Glos.in cap.eum,qui in fin.de reg. iur.in 6.Ant.Gomes. in Bulla Cruciatę clausa.5.n.7 Ratio est,quia parum pro nihilo reputatur, vt suprà probatum est; Item quia modici temporis interruptio possessionem, vel præscriptionem, non interrumpit,latè Tiraquell.de iudicio in rebus exiguis,numer.80.& 81. Item quia præscriptio complenda inter paucos dies habetur pro completa l. si fundum, ff.de fund. dotal. & si fortè interrumpatur, potest peti in integrum restitutio ad hoc, vt fructus præscriptionis percipiantur, Dinus, & Bart.in l.qui fundum, §. qui bona,ff. pro emptor. est communis opinio, quàm latè probat Tiraquel loc,cit.num. 78.

In contrarium tamen est veritas,nam requiritur annus continuus completus probatur Primò. Quoties in aliquo decreto fit mentio temporis, intelligitur de continuo, Glos. in cap. 2. in verb. per annum, vbi Franch.& cæt.Canon.de tempor. ordinat.in 6.Glos.in rubr.ff de diuers.tempor.præscript.vbi Bart. & alij Ciuilistæ, c.cupientes, & cap. proindè de Eccles. in 6. l. 3. cum Glos.penult. & l. Naturaliter, & l. nunquam,ff de vsucap.Soccin.in l. cùm filius, §. in hac, ff. de verbor. oblig Gomes.variar.resolut. lib. 3. cap. 1.num.3.Guttier. qq. Canon. lib. 1.cap.12. Hinc pœna carceris per triginta dies imposita blasphemo à lege Hispaniarum,non adimpletur, nisi carcer sit triginta dierum continuorum, Gregor. Lopez in l.2.tit.28.partit. 7. in Glos. primiera vez,quod probat,quia quando ius apponit tempus,intelligitur de continuo,cap. 1. vbi Io.Andr.de vit.& honest.cler.in 6.cap. laudabilem,de frigid. & maleficiatis, sicut è contra, pœna pecuniaria imposita à Lege Regia contra perseuerantes in excommunicatione per triginta dies, non debetur, si quis non continuatè perseuerauit, nempè quia fuit absolutus, licèt denuò reinciderit, & vna simul labatur tempus triginta dierum,Guttier.loc.cit.num. 23. De validitate tamen supradictæ legis imponentis pœnam contra excommunicatos, latè agunt Couar.in cap.alma mater,q.1.§ 7.num.10.Simanch.de Cathol.Institut.tit.27.nu.6. Adde quod tempus appositum à iure ad

Digitized by Google

sustinendum aliquem actum, dicitur esse de forma actus, auth. quæ supplicatio, ibi, (nisi sub hac forma) vbi Bald. Salyc. & Ias. C. de precib. Imper. offerend. sed in his, quæ sunt de forma actus, quilibet leuis defectus vitiat, Bald. Imol. & Paul. de Castr. in l. 1. ff. de liber. & posthum. & formæ omissio in qualibet minima parte actus vitiat totum actum, Anton. de Butr. & Abb. in cap. ex tua, de Restitut. spoliat. Felin. in cap. cum dilecta de Rescription. & etiam vnius horæ omissio vitiat, Bald. in cap. 1. col. 2. de milite vassal. qui contumax est in vsib. feud. Petr. Anchar. in cap. ea, quę, col. 12. de regul. iur. Tiraquell. loc. cit. num. 12. & 111. ergò.

Secundò, Sacr. Concil. Trident. loc. supracit. hæc sunt verba (Nec qui minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit) dictio, per, apposita tempori, significat continuationem temporis, l. Stichus, vers. per octo annos, vbi Paul. de Castr. n. 2. & 3. ff. de condit. indeb. Bart. in l. quinquaginta, ff. de excusation. tutor. Salicet. in l. 2. n. 8. vers. quæro, an hoc triennium, C. de iur. emphyteot. Io. Andr. in addit. ad speculat. tit. de emphyt. §. nunc aliqua q. 27. numer. 28. versic. pro tribus annis, Bald. in l. si cui, ff. de legat. 1. latè Cened. singul. 76. de dictione, per, & in propria materia nouitiatus, tradit Nau. cons. 2. & 24. de Regular. allegat Lapum in allegat. 46. Ant. de Butr. & Franch. in cap. constitutionem de regular. in 6. latè Henriq. in sum. lib. 13. cap. 40. num. 2. lit. T.

Tertiò, annus probationis datur ad experiendas asperitates Religionis, nam grauis culpa est in expertis, Dei seruitio mancipare, cap. Monasterijs, 19. q. 3. l. contrà publicam, C. de re milit. lib. 10. l. prętor, §. fin. ff. de vacat. muner. sed continuitas temporis absque intermissione satis confert ad asperitates gustandas, exemplum in ieiunio quadragesimali, quod magis mortificat ex continuatione temporis, quam ex ipsomet ieiunio si discretè, & non continuatè fieret, ergò continuus annus absque intermissione requiritur.

Quartò, sicut in odiosis non fit coaceruatio summarum, l. si idem cum eodem, vbi latè Ias. ff. de iurisdict. om. iud. in quo tex. probatur, quod summæ non iunguntur ad exclusionem ordinariæ iurisdictionis, & propterea debitor in quinquaginta, & quinquaginta non dicitur debitor in centum; Vndè stante statuto, quod debitor in centum libris auri posset occidi, qui debet quinquaginta, & quinquaginta non comprehenditur, quia inodiosis non fit coaceruatio summarum Glos. notab. in l. vbi fideiussor, vbi Bar. ff. de solut. idem Bart. *in l. 2. §. 1. vbi etiam Bal. & alij, ff. de cond. institut.* Bal. *in cap. in omni negotio de testib. est communis opinio*, quam probat Ias. in d. l. si idem cum eodem numer. 4. Sic etiam non fit coaceruatio temporum in odiosis, Angel. in §. hęc autem tria in proemio, ff. vbi concludit, quod stante statuto, quod retinens bannitum in domo duobus diebus, puniatur, si intermissè retineat, non punietur, facit Glos. in d. §. hæc autem tria, in verb. denarum, sic etiam, stante statuto, quod potestas non possit retinere aliquem in palatio, nisi per quinq; dies, si interpellatè retinuit non punietur, refert, & sequitur Ias. in d. l. si idem cum eodem num. 7. Sed certum est obligationem ad Religionē esse odiosam, licèt status sit fauorabilis, Gl. notab. in cap. ad nostram in verb. antè consumationem de regular.

per

per hęc verba (in regulæ obſeruatione grauitas eſt, & labor, & ſic odium) Gloſ. ſequuntur Anchar. in c. ſi annum, de iudic. in 6. Abb. in dicto cap. ad noſtram, verſic. in Gloſa 2. ergò.

Quintò, modicitas temporis, tunc actum non interrumpit quando ad actum contrarium non diuertitur, Abb. in cap. cauſam, numer. 2. de election. ſed nouitius Religionem egrediendo ad actum contrarium nouitiatus diuertitur ſæcularem habitum induendo, ergò etiamſi modico tempore annus nouitiatus deſtruitur, nam ex illa intermiſſione, & diuerſi ſtatus apprehenſione diuerſificantur mores, & opera, l. ſi non ſortem, §. Libertus, ff. de condit. indeb. Abb. in cap. ad Apoſtolicam de regular. vbi hanc opinionem probat.

Hanc opinionem, quod etiam modicitas temporis deſtruat tempus probationis, probant Lapus dicta alleg. 47. num. 2. & 3. vbi loquitur de interrumptione quatuor horarum, Nau. conſil. 32. & 42. de regular. vbi loquitur de interruptione trium dierum, Ancharan. & Ab. in d. cap. ad Apoſtolicam, Bart. & Paul. de Caſt. in l. interdum, §. quoties per illum tex. in quo deciditur, quod is dicitur Nouitius, qui per annum continuum ſtetit, ff. de publican. & vectigalib. Iacob. Cancer. var. reſolut. cap. 11. de ſponſal. & matrim. nu. 178. & ſeq. Henriq. loc. citat. D. Anton. Sylu. Armil. Azor. Emanuel Sà, & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. lib. 5. ſum. cap. 4. num. 31. & ſeq.

Ampliatur hæc concluſio, etiamſi Nouitius habitu retento, & regulam ſeruans fugiſſet extra clauſtra, quia per fugam iugum obedientiæ violauit, Syl. in verb. Religio 5. q. 4. Roſel. in verb. Nouitius, nu. 29. Rodriq. 1. tom. ſum. cap. 8. num. 4. Secus tamen eſt ſi animo redeundi, noctu exilet ad fornicandum, vel comiuandum, etiamſi interim habitum deponat; Ratio eſt, quia tunc verè Religionem non deſerit, ſed occultat ſe, vt faciliùs peccet, Sanch. loc. cit. nu. 33. & patet ex ſupradictis.

Ampliatur, ſecundò, vt procedat non obſtante quouis priuilegio ante Tridentinum conceſſo, & in ſpecie, priuilegio Iulij II. per quod, Rodriq. Regular. tom. 2. q. 73. art. 3. dixit, poſſe Fratres Minores annum Nouitiatus interumptum continuari facere, & profeſſionem concedere, & addit hoc fuiſſe à multis iuris peritis reſolutum, ac etiam in ſua Religione practicatum; ſed tuta non eſt Rodriq. opinio, nec amplectenda certum enim eſt Tridentin. loc. ſupracit. requirere annũ continuum, vt dictum eſt ſupra ex multis, & in eadem ſeſſ. 25. cap. fin. de Regular. mandat omnia, & ſingula in Superioribus Decretis contenta obſeruari in omnibus Cœnobijs, ac Monaſterijs, &c. cũm clauſula, (non obſtantibus eorum omnium, & ſingulorum priuilegijs, ſub quibuſcumque formulis verborum conceptis, ac mare magnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, nec non Conſtitutionibus, & regulis etiam iuratis, atq; etiam conſuetudinibus, vel præſcriptionibus, etiam immemorabilibus) ergò neceſſariò annus continuus, & non diſcretus requiritur, & eo pacto dicitur fuiſſe ſæpiùs à Cardinalibus Congregationis Concilij declaratum.

Aduertendum tamen eſt, quod ſupradicta non procedunt, quando Nouitius ex Superioris licentia, & ex rationabili cauſa, retento tamen habitu, per aliquod tempus extrà clauſtra maneret, nempè ex cauſa infirmitatis, vel alterius rationabi-

Digitized by Google

lis causæ; Nam illud tempus computabitur in anno probationis ex regula illa, quod in Claustro dicitur esse, qui cum licentia ex rationabili causa extrà Claustrum manet, Abb. in cap. ex rescripto, nu. 5. de iur. iurand. & in cap. ad nostram, n. 3. de Regular. Nau. commen. 4. de regular. notab. 3. nu. 74. & cons. 2. 41. & 43. de Regular. Azor. lib. 12. cap. 2. q. 8. in fin. Sanch. loc. cit. nu. 28. & ità quotidie practicatur.

Quo pacto sint valida gesta, quorum vna causa existente vera, altera falsa est.

QVÆST. XXV.

Esse valida probatur iuribus, & ratione. Cap. I.

REspondeo, quod actus factus ex duplici causa, altera existente falsa, ob quod actus deberet corruere, sustinetur ex vera causa, l. si non lex, ff. de hæred. instituen. S. affinitatis instit. de nupt. l. cum hi, §. si prætor, ff. de transact. Glos. in l. si ventri, §. fin. ff. de priuileg. creditor. & in cap. 2. in verb. perpetuo de rescript. Lapus allegation. 23. Bellamer. decis. 280. de rescript. Rota decis. 68. & 175. eodem tit. de rescript. Crauett. consil. 141. volum. 1. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 20. num. 42. Hinc fit, vt Collatio Canonicatus facta ab Ordinario ex duplici causa vna existente falsa Collatio sustineatur ex vera cum in vtroque casu habeat iurisdictionem, Gemin. consil. 52. Abb. in cap. licèt causam, num. 30. & ibidem Felin. nu. 40. de probat.

Sic etiam appellatio ab admissione articulorum, quia impertinentes, & defectiui, iustificatur vno ex suprà dictis probato, Rota decis. 360. de rescrip. in antiquis Bellamer. decis. 444.

Et rescriptum continens duas causas, quarum quælibet erat sufficiens ad mouendum Summum Pontificem, existente vna falsa valet rescriptū, nec in aliquo vitiatur, c. inter cæteras, & c. olim ex litteris, vbi glos. in verb. ad omnia, & in c. 2. in verb. ex perpetuo, de rescript. Lap. alleg. 24. & 54. Roman. cons. 369. col. 16. in vers. quoad octauū Butr. in c. exhibita num. 14. & 31. de Iudic. Puteus decis. 70. faciunt tradita per Franc. in c. cum cessante, de appellat. Guttierez qq. canon. c. 15. num. 56.

Sic etiam impetrans beneficium, quod dixit vacare ex capite incompatibilitatis, & quia infra annum non fuit promotus probato vno modo vacationis, tenet *rescriptū* Butrius in c. exhibita *num. 31. de Iudic.* & in c. 2. num. 5. de rescript. vbi Rip. nu. 60. Geminian. in c. omnes leges de testib. in 6. Ancharan. in c. præsentium §. testes de testib. Iaſ. in l. si ex falsis num. 4. vbi Alciat. nu. 13. C. de iudic. Menoch. cons. 385. num. 2. lib. 4.

Adde quod Rescriptum Papæ continens diuersas gratias, si in vna contineat subreptionem, non vitiatur quoad alias c. si eo tempore de rescript. in 6. c. exhibita, vbi Anton. de Butr. de Iudic. Iaſ. in l. 1. §. sed & mihi num. 15. ff. de verb. obligat.

Sic. impetrans beneficium, quod asseruit pluribus modis vacare, non caret impetratis si probet vnum modum vacationis d. c. 2. de rescript. Anton. de Butr. in d. c. exhibita Cardinal. in clement. constitutum de elect. Idem est sententia ex

diuer-

Digitized by Google

diuersis causis lata, nam vna existente vera, sustinetur Cardinal. cons. 19. Mascard. de probation. cõclus. 325. num. 7.

Ratio conclusionis est, quia quando plures causæ disiunctiuè proponuntur ad rescriptum obtinendum, sufficit alteram esse veram d.c. inter cęteras, & d.c. 2. vbi glos. in verb. & perpetuo, & omn. canon. de rescript. Et quando plures causæ cõiunctiuè narrantur, quarum altera non sufficit, omnes debent esse veræ, alias actus corruit, c. olim de rescript. Tiraquell. qui alios cumulat in tractatu, cessante causa, limitatione 12. num. 15. sed quando quælibet causa sufficienter influit in effectum, sufficit, quod vna sit vera, nam alias, falsitas vnius facit corruere alias, c. quoniam frequenter § porro, vbi Abb. vt lite non contestata Bar. in extrauag. ad reprimendum in verb. nè eorum absentia, Bal. in l. generaliter la 2. C. de Episcop. & Cleric. Decisio Pedemontana 18. num. 6. Guttier. loc. cit. num. 66. Idcirco, quando plura copulatiuè narrantur, quorum alterum sufficit ad dispositionem, quæ prætenditur, copulatiua resoluitur in disiunctiuam c. cũ iam dudum, ibi, (aut aliquid aliud) vbi Abb. & alij de Præben. in quo tex. opponebatur contra electionẽ, quod electus haberet plures dignitates, & etiam, quod antè confirmationem electionis, & post cassatam electionem ministrasset, mandat Summus Pontifex; quod quolibet impedimento ex supradictis reperto, perpetuum silentium imponatur electo, idem probat tex. in c. significante, vbi Abb. et Dec. de Appellation. Bellamer. decis. 374 et 375. Nau. cons. 20. de pœnitent. et remiss. latè Guttier. Mascard. et Sanch. locis citatis.

Vera sunt hucusque dicta in conclusione etiamsi exponens plures causas, iurasset omnia narrata esse vera; quia idem est respondendum, vt supra conclusum fuit, Glos. in cap. vt circa in verb. probare de elect. in 6. & in d. cap. 2. in verb. ex perpetuo de Rescript. Felyn. in c. licèt causam in prima limitatione de probat. Mascard. loc. cit. nu. 9.

Quid dicendum in Rescriptis gratiosis. Cap. II.

AN autem supradicta procedant in rescriptis gratiosis, maxima est difficultas, nam in rescriptis iustitiæ, quia de iure certas habent causas, ex quibus iustificantur, idcircò nihil refert si ex pluribus causis allegatis, aliquę falsæ sint, nam sufficit vnam adesse ex prescriptis à iure; In gratiosis autem, quia totum dependet à voluntate concedentis videtur, quod nisi omnia exposita vera sint, actus corruat, & probatur.

Primò, in gratiosis omnes causæ allegatę considerantur à concedente, ergò omnes causæ debent verificari; Probatur antecedens ex clausula, quæ in rescripto gratioso apponitur videlicèt (si præces veritate nitantur, super quo tuam conscientiam oneramus) verbum illud, præces, omnia enarrata comprehendit, ergò omnia verificanda, & vno deficiente actus corruere debet; sic etiam, verbum super quo, facit ad rem, nam verbum illud, super quo, est collectiuum omnium narratorum, & refertur ad narrata, cap. olim de Rescriptis ibi. (Nos igitur; Respondemus, quod clausula, illa ad omnia debet superiora referri) ergò omnia probanda sunt, ad hoc, vt conscientia, quę onerata fuit tuta permaneat.

Se-

Digitized by Google

Secundò, quando aliquid sub certis modificationibus mandatur illæ modificationes dicuntur esse de forma, Anchar. consil. 241. Felyn. in cap. cum dilecta, num. 6. de Rescript. Dec. consil. 262. numer. 4. Franciscus Beccius consil. 12. nu. 24. & consil. 62. nu. 43. Et quando in dispositione hominis, vel legis aliquid ponitur conditionaliter, illud dicitur esse de forma, Bald. in auth. matri, & auiæ, C. quando mulier tutel. off. fung. poss. Felyn. in d. cap. cum. dilecta, num. 6. per tex. in l. Meuius, ff. de condition. & demonstrat. Dec. consil. 466. num. 18. & 532. num. 4. Quę autem sunt de forma, sunt indiuisibilia, Bald. in l. si seruus, ff. si quis caution. Alex. in l. si is, qui quadringenta, §. quædam, ff. ad leg. falcid. Becc. consil. 12. num. 30. Et quando plura requirũtur pro forma, omnia debent obseruari, Riminald. consil. 190. num. 33. & in his, quæ sunt de forma, vtile per inutile vitiatur, Becc. loc. cit. & etiam in minimo omisso formæ vitiat, Anton. de Butr. in cap. fin. in 7. notab. de restitut. spoliat. Felyn. in d. cap. cum dilecto, num. 10. Dec. in cap. prudentiam in 4. notab. de offic. deleg. latè ad propositum quando modica omissio vitiet, tradit Glos. in cap. si proponente, in verb. minus competens de Rescript. ergò nisi omnia exposita vera sint, rescriptum corruit.

Tertiò, rescripta iustitię certas habent de iure causas, ex qnibus iustificantur, idcircò parum refert si ex causis allegatis aliqua falsa reperiatur, quia sufficit vnam adesse ex dispositis, & tassatis, sicut appellatio fundata in diuersis grauaminibus, sufficit si vnum probetur, cap. exhibita, ibi, (si ex dictis grauaminibus, vel aliquo ipsorum) de iudic. cap. significauit, de appellat. cap. cùm iam dudum de præbend. cap. ex parte de rescript. sic etiam Actor, qui plura copulatiuè deducit in libello si vnũ sufficit nõ tenetur omnia probare, Bar. in l. Falcinius, § cũ hoc edictũ, ff. ex quib. causis in poss. eatur, & in l. Diuus. ff. de re iudic. vbi Alex. num. 11. Tiraq. de retract. con. ad finem, num. 98. Menoch. consil. 385. numer. 2. In gratiosis verò, quia nihil reperitur in iure cautum, sed totum dependet à voluntate concedentis, omnes causæ debent esse verę, quia voluntas concedentis totum apprehendit, & ignoratur ob quam causam concedens moueatur. Et ex iuris dispositione dispensatio, absque causæ expressione facta, censetur ex pluribus causis facta, ex regula, quod vbi non est expressa ratio non præsumitur vna tantũ, sed plures censentur, Salicet. in l. serui vestri, num. 31. C. de noxalib. action. & dicenti plures fuisse rationes creditur, asserenti autem vnam fuisse, incumbit onus probandi, Corn. consil. 253. lib. 4. Parisius consil. 41. lib. 3. Crauett. consil. 73. latè Mascard. de probat. in verb. dispensationem, conclus. 523. ergò necessariò omnes causæ expositę verificandę sunt in rescriptis gratiosis; Hanc opinionem probant Rota decis. 17. de rescript. in recollect. ab Acorambono, Mãdosius in addit. ad Lapum allegat. 23. Guttier. qq. Canon. lib. 2. cap. 15. num. 68. & 108. Mascard. de probat. concl. 325.

In contrarium tamen, quod in gratiosis, allegatis pluribus causis sufficiat causam finalem esse veram, probatur; Nàm licèt dubium sit, an falsitas causæ impulsiuæ, ob quam Princeps difficiliùs concederet, vitiet rescriptũ gratiosum, nec ne, vera tamen est opinio, quod tantùm falsitas causæ finalis vitiet, Gl. in cap.

Digitized by Google

in cap.dudum in verb.de ipſa de præbend.in.6.& in cap.ex parte,il ſecondo, in verb.falſa de conuerſion.coniugator.ſpeculat.in tit.de diſpenſat.§.dicendum reſtat,num. 12.Innoc.in cap.dudum, il ſecondo,nu.15. de elect. & in cap.ſuper litteris in fin. de Tranſaction. vbi Hoſtienſ. num. 8. Lapus alleg. 89. Dec.in cap.poſtulaſti, num. 11. & in cap.ſuper litteris,num. 33. de reſcript.Sylu.in verb. Reſcriptum, q.6.& in verb.legitimus,q.3. dict. 4.Nau.in ſum. cap.17. num. 107. Emanuel Sà in verb. Gratia, Sanchez de matrim.lib.8.diſp. 22. nu. 11.& 32.Et licèt multi teneant falſitatatem cauſæ impulſiuæ, ob quã Princeps difficiliùs concederet,vitiare reſcriptum gratioſum,ex tex. in cap. poſtulaſti, vbi Abb. Felyn. & Dec.& in cap.ſi proponente,& in cap.ad aures,& in cap. ſuper litteris, vbi Felyn. de Reſcript. & in cap.non poteſt,vbi Gloſ.& in cap. ſi motu.proprio de præbend.in.6. Vera tamen eſt reſolutio,quòd veritas cauſæ impulſiuæ ſecundum ſubiectam materiam,arbitrio Iudicis conſideranda eſt; ſi enim talis eſſet, quod notabiliter moueret animum Principis ad concedendum, vel difficiliorem redderet, ipſa exiſtente falſa reſcriptum gratioſum corruit,ſi autẽ eodẽ modo, ſed cũ aliqua difficultate Princeps conceſſiſſet, nihil refert, ſi falſa ſit, Nau.in cap.ſi quando in 3.except. de reſcript.Menoch.de arbitr. Iudic. caſ. 201. Igitur, cum plures in reſcripto gratioſo allegentur, quarum quælibet ſufficiens eſt admouendum Principem ad concedendum, vel ſolita ſit ſcundum ſtilum Curiæ eſſe ſufficiens ad impetrandum,ſufficit vnam eſſe veram, Nau.d.cap.17.num.107. & conſil. 7.de Reſcript.Melchior. Palaez de Maioratu par. 1. quæſt. 8. Sanchez loc.citat.numer. 44.

Confirmatur,Clauſula ſi præces veritate nitantur,non reddit reſcriptũ conditionale,quia tacitè ineſt iux. tex.in conditiones, quæ extrinſecus,vbi Bar.ff.de condition.& demonſtrat. Gloſ. in cap. ſignificaſti in verb. conditione de elect. Bald.in rubr.C. de inſtitut. & ſubſtit. nu. 2. ſic refert deciſum Mart. de clauſul. clauſ. 148. Idem eſt in clauſula,ſi ità eſt,nam ex quo ineſt in reſcripto,cap.2.de reſcript. non reddit gratiã conditionalem, nec requirit partis citationem, Lapus alleg.60.Felyn.in cap.fin de præſumpt Marth.clauſ. 137. vbi refert deciſum; Idcircò clauſulæ ſupradictæ, ſi præces veritate nitantur, vel,ſi ità,eſt,referuntur ad ſubſtantialia reſcripti,propterea deficiente vna ex cauſis allegatis, non vitiatur, nam ſufficit alteram adeſſe, ſicut quando duę ſunt cauſæ finales, ſi vna deficiat, ſufficit adeſſe alteram, §. affinitatis, Inſtitut. de nupt.§.ſi plures, Inſtit.de excuſat. tutor.& in propria materia,de qua agimus, latè probat Guttier. qq. Canon.lib.2.cap. 15.num.129.

Confirmantur ſupradicta ex notabili doctrina Innoc. in cap. ex parte Abbatiſſæ num.1. de priuileg. vbi tradit,quod impetrans priuilegiũ, vel litteras gratioſas, tenetur probare veram fuiſſe cauſam enarratam in priuilegio, vel litteris, ſed hoc procedit quando cauſa enarrata eſſet talis ſine qua priuilegiũ conceſſum non fuiſſet, vel litteræ expeditæ, & propterea licèt allegans diſpenſationem teneatur ipſe probare,cap.1. & fin. vbi Cardin. de Schiſmat. & etiam cauſam diſpenſationis fuiſſe veram alio prætendente eſſe falſam, Speculat. in tit.de exception.§ nunc videndũ, verſ.licèt impetrans,Oldrad.conſ. 256.num. 2. Cardinal. & alij in d.

cap. 2.

Digitized by Google

cap. 2. de Schismat. Nec non, & dispensantem habere ius dispensandi, cap. fin. de Simon. cap. quod autem de iur. patron. secus tamen est quando dispensatio etiam processisset, si causa allegata non fuisset vera, vel non fuisset allegata, optimè Mascard. in verb. dispensationem concl. 323. Et supradicta procedunt etiamsi post dispensationem causa cessasset, quia non reuocatur dispensatio, cap. ex tua, vbi Glos. in verb. irritari de filijs presbyt. sicut nec iniuriæ remissio, c. si illic, 27. q. 4. quia beneficium decet esse mansurum, cap. beneficium de regul. iur. in 6. & actus à principio legitimè gestus, non debet ex subsequenti euentu tolli, vel reuocari, l. si vt proponis, C. de confirman. tutor. l. Sancimus, C. de administr. tutor. Et non est nouum, quod quæ vtiliter constituta sunt, durént, licèt adueniat casus, à quo initium capere non poterant, l. in ambiguis, §. non est nouum, ff. de reg iur. l. verbis, §. fin. ff ad leg. falcid. Oldrad. consil. 247.

Et ex supradictis volentes tenere hanc opinionem, quam etiam in dispensatione matrimoniali veram esse, tradunt Menoch. consil. 385. vol. 4 Loazes de matrimon. Regis Angliæ dub. 5. num. 40. Sanchez loc. citat. numer. 44. poterunt respondere allegatis pro alia parte.

An sit subreptitia dispensatio in matrimonio obtenta ratione copulæ sequutæ, & scandali vitandi si matrimonium non contraheretur, quando verè copula non fuit subsequuta. Cap. III.

ADdit supradictis Sanch. loc. cit. ea adeo esse vera, vt dispensatio obtenta à Summo Pontifice ratione copulæ subsequutæ, & scãdali euitandi si matrimonium non contraheretur, non sit subreptitia etiamsi copula non fuisset sequuta Probat ex eo, quia ratio principalis dispensandi est scandali euasio, non autem copula, cum pro copula imponatur pœna pecuniaria, si pœna imponitur, quia *delictum* est, ergo ipsum *non potest esse* causa *dispensationis* Couar. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 10. nu. 13. Gallieg. de cognat. spirituali c. 24. nu. 10 & dum Summus Pontifex solet dispensare ad euitandam iacturam famæ, & ne mulier innupta remaneat, nihil refert si intercesserit copula, Gaeta in c. ad limina 30. q. 1. §. 4 q. 134. num. 365.

Displicet tamen mihi opinio Sanch. nam omninò exponenda est qualitas copulæ subsequutę, & ità practicatum vidi in quadam dispensatione, nam petita prima dispensatione, quia copula interfuit ante expeditionem, fuit obtenta secunda cum explicatione copulæ, & soluta fuit compositio; Ratio conclusionis est, quia de Stylo Curiæ solet explicari copula, vt constat ex Stylo Datariæ, & Penitentiariæ, nam Dataria imponit

Digitized by Google

nit pœnam pecuniariam, Sacra verò Pœnitentiaria pœnam corporis afflictiuam, vt constat ex formulis. Et vera est conclusio, quod qualitas, quæ ex Stylo Curiæ explicanda, nullo pacto potest omitti, licet sit talis, qua explicata, vel tacita eodem modo Summus Pontifex dispensasset Dec. in cap. ad aures concl. 2. nu. 2. de rescript. Rebuff. in concordatis in forma mandati Apostolici num. 30. Gutier. qq. canon. lib. 2. c. 15. num. 51. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 10. q. 2. num. 14. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 201. num. 28. Mascard. de probation. conclus. 846. nu. 8. & hoc procedit etiam in foro conscientiæ, licet contrarium defendat Henriq. in Summ. tit. de matrim. c. 3. num. 7. quem impugnat Sanch. loc. cit. num. 16. Ratio est, quia Stylus Curiæ facit ius cap. quam graui, de crim. falsi. Nec ab eo recedendum est Mascard. de probation. conclus. 1317. & latè diximus in quæst. illa *stylus, & practica*, quid operentur; & sicut qualites etiam modica explicanda est, quando ius mandat ipsam explicari, c. si proponente de rescript. vbi glos. in verb. minus competens c. si motu proprio de rescript. in 6. Et hoc etiam si concedens eodem modo concessisset qualitate non explicata Anton. de Butr. & Franch. in c. dudum num. 15. de præbend. in 6. Couar. lib. 1. Variar. resolut. c. 20. num. 20. Menoch. d. c. 201. num. 27. Sanch. loc. cit. num. 13. ergo eodem modo quando stylus qui pro lege habetur l. minimè ff. de legib. mandat aliquid explicari.

Confirmantur supradicta: Dispensatio petita, vt committatur Archiepiscopo Neapolitano si ex errore committatur Surrentino non potest à Neapolitano Archiepiscopo expediri, licet eodem modo si error non adfuisset, Summus Pontifex concessisset, Ratio est quia rescriptum non extenditur de casu ad casum, qui sub verbis non comprehenditur, licèt pro casu omisso simile rescriptum fuisset impetratum Innoc. in c. super litteris n. 13. ibid. Io. Andr. n. 5. Abb. n. 3. Dec. n. 13. de rescrip. probat notabiliter Bal. in l. præscriptione num. 15. C. si contr. ius, vel vtilit. publ. vbi dicit, quod si quis narret se in Ciuitate Perusina numerasse pecuniam, & proinde impetret rescriptum destinans Iudicem in ea Ciuitate, vt compellat debitores ad soluendum, si in alia Ciuitate fuit facta numeratio, non potest Iudex delegatus procedere, quia subreptitium est rescriptum, licet eodé modo in alia Ciuitate Princeps concessisset, Sanch. loc. cit. num. 39. ergò ità etiam, & in casu nostro dicendum, vt dispensatio tacita copula non suffragetur.

An requiratur facultas Superioris ad reficiendum opus, in cuius constructione illa fuit necessaria.

QVÆST. XXVI.

REspondeo opus aliquod, pro quo faciendo licentia Superioris est necessaria, posse refici absque licentia, quotiescunque contigerit illum esse destructum, Glos. in cap. cùm accessissent in fin. de constitution. vbi Abb. & Felyn. nu. 33. probatur in cap. consuluit, & in cap. Iudæi, il primo de Iudæis, & in l. fin. C. de Iudeis, in quibus iuribus deciditur prohibitum esse Iudæis

Digitized by Google

nouas Synagogas construere, non tamen veteres reparare; Propterea prohibitio construendi nouum ædificium non habet locum in refectione ædificij, & sic Regulares, qui nõ possunt nouas Ecclesias, & Monasteria construere absq; licentia Episcopi, cap. de Monachis, 18. q. 2. de quo extant Bullæ Clementis Octaui, & Vrbani Octaui, benè possũt antiqua reparare, & reficere, Glos. in d. cap. de Monachis, Hostiens. in sum. in tit. de Eccles. ædificand. §. fin. Brun. in tract. de refect. in 17. tomo tractatuum; Ità nunciatio noui operis non habet locum in refectione, l. 1. §. qui ædificium, ff. de oper. nou. nunciat. Idem est in Molendino refecto, nam non dicitur nouum Molendinum, nisi in totum priùs fuerit destructum, Ias. in l. quominus, q. vlt. ff. de flumin. per Glos. in l. qui vsum fructum in verb. legatum, ff. de vsufruct. Bar. in d §. si quis ædificium, Lanarius consil. 2.

Vndè Collaterale Consilium Neapolitanum declarauit Regias prohibitiones non ædificandi in suburbijs Ciuitatis Neapolis, & in locis, vbi ædificia officere possunt munitioni Ciuitatis, quas latè congerit de Pont. in tract. de potest. Proregis, tit. de abundantia Ciuitatis, §. 3. non habere locum in refectione ædificiorum, cum aliud sit de nouo facere, & aliud reficere, l. 3. §. reficere, ff. de itiner. actuq. priuat. l. 1. §. si quis ædificium, ff. de oper. nou. nunc. de Ponte loc. citat. §. 2. numer. 19. Quæ tamen declaratio Collateralis Consilij, nam procedit quando antiquum ædificium esset penitus destructum, quia tunc vigeret Regia prohibitio, quia esset noua constructio, l. quid autem, §. in nouis, ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. Glos. in d. cap. de Monachis, Ias. in d. l. 1. §. si quis ædificium; & sicut muri Ciuitatis inconsulto Principe non possunt ædificari, sic nec refici, l. sacram, §. fin. ff. de rer. diuis.

Et stante statuto, quod noua arx inconsulto Principe non construatur, si fuerit penitus destructa absq; ipsius licentia refici non poterit, Innoc. in cap. Pisanus de restitut. spoliat. Bald. in l. si vt proponis, nu. 2. C. de nupt. sic etiam Ecclesia penitus destructa, si reædificetur, dicitur noua Ecclesia, & acquiritur ius patronatus à reficiente, cap. 3. vbi glos. de iur. patron. ac denuò consecranda est, etiamsi ex eisdem lapidibus, & cementis construatur, Innoc. in c. 1. de consec. Eccles. vel altar. Sic dicitur noua domus si reædificetur, antiqua penitus destructa, licèt sola aræa remanserit, l. domum, ff. de contrah. empt. quia solùm, siuè areæa destrui non potest, Bald. in rubr. ff. de rer. diuis. Idcircò non dicitur eadem, sed noua domus, Glos. Bar. & alij in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. obligat. Et *vsufructus ob domus destructionem amittitur, nec reuiuiscit si reficiatur*, l. quid tamẽ, §. nauis, ff. quib. mod. vsusfruct. amittatur; Cessat etiam legatum domus si destruatur, nec reuiuiscit, si reficiatur, l. si ità legatum, 1. ff. de legat. 1. Idem est in legato serui, qui postea fuit manumissus, nam si in seruitutem reincidat, non debetur legatum, ex quo dicitur nouus homo, l. cùm seruus, ff. de adimen. legat. latè Brunus in loco supracitato.

Probatur primò principalis conclusio ex tex. in cap. fin. vbi Glos. in verb. inuestire de feud. & ex latè traditis per Andr. de Isern. Afflict. & alios in cap. 1. de his, qui feudum dare possunt in vsib. feudor. nam licèt Prælatus non possit bona Ecclesiæ de nouo infeudare, benè

tamen

Digitized by Google

tamen poterit antiquum feudum concedere non obstante iuramento de non infeudando, sic etiam potest Prælatus donationem bonorum Ecclesiæ à prædecessore factam cum assensu Summi Pontificis perficere, licèt ipse donare non possit absque assensu, cap. per tuas de donat. Quia nouum non dicitur, quod ab alio factum fuit, & illud quod quis nõ potest absq; authoritate Sũmi Pontificis inchoare, benè potest inchoatum ab alio, cùm authoritate Sedis Apostolicę absque noua licentia perficere, l. 1. §. opus nouum, ff. de oper. nou. nunciat. Emulta permittuntur fieri ex consequentia Prioris actus, & idem iudicatur, quod de ipso actu, l. si mulier, ibi, (ex consequentia suæ fragilitatis) C. ad Velleian. l. 3. §. Sed io, ff. de minor. Et sufficit Summum Pontificem à principio assensisse, Glos. in d. cap. per tuas in verb. de nouo.

Ex supradictis respondi in facto, quod licèt minor, qui veneam ætatis à Rege impetrauit, non possit immobilia bona absque Iudicis decreto hipotecare, vel vendere, l. 3. C. de his, qui veni. ætat. impetran. benè tamen poterit hipotecam, vel venditionem à tutore cum decreto factam, ratam habere; Nam sufficit decretũ Iudicis semel pro actus validitate extitisse, vt supra de assensu Apostolico dictum est.

Probatur etiam secundò, nam noua dignitas nõ potest in Ecclesia erigi absque Summi Pontificis licentia, cap. 1. vbi Glos. in verb. omnes 22. dist. cap. cùm olim, vbi Glos. in verb. concessimus de consuetud. l. 1. §. optamus, ibi, (*secundum voluntatem, & timorem Dei, & nostram ordinationem,*) C. de offic. Præfect. Prætor. Africæ, benè tamen potest antiqua reparari, & refici, cap. cum accessissent de constit. vbi Glos. & omn. canon. Ratio est, quia sufficit, quod semel dignitas existat, l. in substitutione, ff. de vulgar. & pupill. Archidiac. in c. statutum, nu. 5. de rescript. Bald. in l. generaliter, col. 6. C. de Episcop. & Cleric. Paris. de resignat. beneficior. lib. 1. q. 11. num. 11. Et licèt dignitas cesset in actu, remanet tamen in habitu, & cessante exercitio, remanet denominatio, Iacob. Butricar. & Bar. in proem. ff. Abb. in proem. Decretalis; Sic multæ appellantur Ciuitates, quæ Episcopum habuerunt, licèt ad præsens eo careant, Bar. in extrauag. Quis inter rebelles, in verb. Lõbardiæ, n. 5. & de multis Ciuitatibus in Alemania absq; Episcopis, tradit Additio ad Bar. loc. cit. in verb. Ciuitas; Item finito officio Prætoris, Iudicis, vel Aduocati, remanet titulus dignitatis, nã sufficit semel eã extitisse, l. 2. C. de Præpositi. Sacri Cubicul. in princ. vbi Glos. Io. de Platea, & Rebuff. allegant iura concordantia, l. Maximarum, vbi Bald. Cod. de escusation. muner. lib. 10. Bar. in l. 3. Cod. de Silentiar. & Decurion. lib. 12. l. 2. vbi Glos. in verb. vacantes, C. vt dign. ord. seru. lib. 12. l. eos, C. de fabricensib. lib. 11. latè de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Official. §. 8. Sicut etiam dicitur de Episcopo alicuius Ciuitatis, qui & si cedat loco, & administrationi, titulum tamen dignitatis non amittit, cap. 1. de ordinat. ab Episcopo, qui renunt. Episc. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 68. num. 52. Sic Ecclesia curata dicitur etiam illa, quæ ad præsens populum non habet, nam sufficit illum habuisse, Bald. in l. sed, & milites, §. primi pilaris, ff. de excusat. tutor. Cardinal. in Clemen. 1. q. 21. de offic. Vicar. sicut Ecclesia Cathedralis etiam dicetur illa, quæ ad præsens caret clero, & popolo, nam sufficit ali-

Digitized by Google

quando eum adfuisse, Imol. in Clemen. in plerisq. col. 2. numer. 9. de elect. Gratian. tom. 2. Discept. Forens. cap. 291. in fin.

Ampliatur suprafirmata conclusio, etiamsi dignitas exitens in Ecclesia fuisset per statutum Canonicorum à Summo Pontifice confirmatum annihilata, nam absque noua licentia Summi Pontificis poterit restaurari, vt in d. cap. cum accessissent, vbi Abb. Felyn. & ceteri, canon. Ratio conclusionis est, nam confirmatio Summi Pontificis sustinet vicem priuilegij, Abb. & Felyn. in d. cap. cum accessissent, & certum est posse Canonicos priuilegio concesso renuntiare, cap. pro illorum de præbend. cap. priuilegium 11. q. 3. l. 2. C. de iur. domin. impetr. Et in specie quod statutum factum à subditis confirmatum à Superiore possit absque speciali licentia tolli, & redire ad ius commune, decidit Bar. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. Abb. in d. cap. cum accessissent, vbi latè additio ad ipsum, Brun. in dicto tract. de restaurat.

Aduertendum tamen est, quod regula non procedit quando statutũ non solùm concernit bonum statuentium, sed etiam publicum, nam si fuerit à Superiore confirmatum, non poterit absque ipsius licentia tolli, quia tunc Superior confirmando, videtur nouam dispositionem facere, ex regula, quod omnia nostra facimus, quibus nostram authoritatem impartimur, cap. si Apostolicæ, de præbend. in 6. l. 1. circa medium, C. de veter. iur. enuclean.

Sicut de excommunicatione lata ad instantiam partis, quæ licèt vires obtineat ab intentione Iudicis proferentis sententiam, Glos. in cap. 1. de iudic & in cap. 2. de testib. cogen. & in cap. P. & G. de offic. deleg. Abb. in cap. ex parte, il primo de offic. ordinar. & intentio Iudicis excommunicantis ad instantiam partis reguletur à mente ipsius partis, cap. bonæ memoriæ, il primo de offic. & potest. Prælat. Angel. in verb. excommunicatio 3. nu. 16. latè Suar. de censur. disp. 3. sect. 6. num. 9. taliter quod illi ligantur quos pars ligare intendit, & potest subtrahi materia excommunicationis ab ipsamet parte absq; Iudicis minysterio debitum remittendo, vel terminum prolongando; Non tamen dicta procedunt, quando Iudex non solùm partis instantiam considerauit, sed etiam aliquod bonum commune intendit, nam tunc non solùm requiritur consensus partis cedentis iuri suo, sed etiam Iudicis, Suar. d. disp. 3 sect. 6. num. 10. Et ità respondi in facto in excõmunicatione Summi Pontificis de non commodanda Sacra Suppellectili lata ad instantiam Aeconomorum *Hospitalis Sanctissimæ Annunciationis huius Ciuitatis*.

Secundò ampliatur, etiamsi dignitas non solùm fuisset suppressa, sed etiã totaliter extincta, nam sufficit semel eam extitisse, Abb. in d. cap. cum accessissent. Et licèt Glos. in Clemen. fin. in verb. creatum de rescript. vbi Io. de Lignan & Cardin. quæst. 6. dixerint, quod litteræ Apostolicæ reseruatoriæ beneficiorum vacaturorum, non trahuntur ad beneficia de nouo creata, nisi tamen aliquod beneficium nõ fuisset omninò suppressum, quia tunc non dicitur nouum beneficium, Brun. in d. tract. nu. 4. Tamen non sequitur quin data dotali suppressione dignitatis in Ecclesia cũ assensu Summi Pontificis, non possit denuo restaurari absque assensu; Ratio est, quia vt inquit Sacrum Concil. Trident. sess. 24. cap. 12.

Digni-

Digitized by Google

Dignitates in Ecclesijs presertim Cathedralibus ad conseruandam, & gẽdamque Ecclesiasticam disciplinam fuerunt instituꝛ, idcircò in ipsarum restauratione cultus diuinus augetur, propterea quia sumus in fauorabilibus, sufficit semel in Ecclesia dignitates extitisse, vt post alios Brun. loc. citat. & idem Triden. in eadem sess 24. c. 15. dùm concedit facultatem Episcopis cũ consensu capituli supprimendi aliqua beneficia, & vniendi redditus distributionibus quotidianis, de quo agunt Garz. de benef. par. 12. cap. 1. Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat. 67. non procedit in suppressione dignitatum, vt de hoc extare declarationem Congregationis multi affirmant.

Ex his concluditur rectè dixisse, glos. in d. cap. cum accessissent in ñn. quod ex consequentia antiquæ dignitatis, possũt Canonici eã reassumere, nàm facilius aliquid reficitur, quàm de nouo creatur, l. qui liberis, §. 1. & fin. ff. de bonor. poss. secun. tabul. & data etiam dotali suppressione saltem remanet nomẽ dignitatis, prout supra probatum fuit, idcircò absque nouo assensu refici poterit.

Confirmantur supradicta, nam sicut, quæ ab hostibus possidentur, si tamen nostra fuerunt, licitè conceduntur pro tempore, quoad manus nostras peruenerint, l. id quod, & l. ab omnibus, §. etiam, ff. de leg. 1. & l. liber homo, ff. de verbor. oblig. & potest Sumus Pontifex erigere titulos. Episcopatus in Terris Saracinorum, quæ aliquando fuerunt Christianorum, Bald. & Angel. in d. l. liber homo, latè Rodriq. Suar. alleg. 8. Sicut Rex concedit bona ab inimicis possessa, si ad manus fidelium deuenerint, cap. Abbate sanè de re iudic. in 6. & Summus Pontifex concedit titulum Regni ab hostibus occupati, quod aliquando Christianorum fuit, Bar. in d. l. liber homo, vbi probat licitam fuisse concessionem Summi Pontificis Regni Ierusalem factam Regi Carolo, nam sufficit semel eam fuisse, ità & in casu nostro dicendum est, quod sufficiat semel extitisse dignitatem in Ecclesia, vt illa nouo albq; assensu refici possit.

Vnde nam aliquid esse vtile, vel damnosum sit iudicandum.

QVÆST. XXVII.

Deciduntur varij casus, ad quæstionem pertinentes. Cap. I.

EX tempore, quo aliquid fit, dijudicandum est, sit ne vtile, an verò damnosum, l. si voluntate, C. de rescind. vendit. l. 3. §. Diui Fratres, ff. de iur. fisc. cap. cum dilecti, de empt. & vendit. Bar. in l. 2. C. de rescind. vendit. communiter DD. in l. pretia rerum, ff. ad l. fal. Guido Papa decis. 157. Pinell. in d. l. 2. par. 3. cap. 4. nu. 15. latè Surd. cons. 451. volum. 3. Damnosus autem actus, tunc propriè dicitur, quando proprium patrimonium diminuitur, l. fin. C. de Codicil. l. fin. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10. Aliud autem est damnum emergens, & aliud lucrum cessans, l. 1. vbi omnes DD. notant, C. de sent. quæ pro eo, quod interest. Nec dicitur damnum dare, qui iure suo vtitur, l. 1. §. item Varus, ff. de aqu. pluu. arcen. l. Proculus, ff. de damn. infec. & tex. in l. nemo damnum, ff. de regul. iur. clarè decidit, ibi,

(nemo

Digitized by Google

(*nemo damnum facit, nisi id facit, quod facere ius non habet.*) Idcircò, debitor non acquirendo, non dicitur fraudare creditores, l. non fraudantur, ff. de reg. iur. ibi, (*non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur.*) Quomodò autem consideretur damnum in ordine ad restitutionem, tradunt ex Ciuilistis, Bald. consil. 182. lib. 1. ex Theologis Molin. de contract. dis. 511. Quod autem dicatur lucrum cessans, & quod damnum emergens, Bald. loc. cit. Molin. de contract. disp. 314. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 20. dub. 10.

Quæ verò pro alio seruatur, censetur vtilia, si eo modo fiant, quo quis pro seipso faceret, cum nullus teneatur in alienorum administratione maiorē adhibere diligentiā, ea quam in proprijs adhibet, l. 1. C. de bon. matern. Surd. d. consil. 451. vol. 1. Idcircò vtiliter facit tutor, si non exigit creditum pupilli in cuius recuperatione plus oportebat expendere, quam exigere, Roman. cons. 50. & facit doctrina Bald. in l. Mediterraneæ, C. de annonis, & tribut. vbi dixit, quod non est faciendum id, in quo plus expenditur, quam de commodo percipitur, idem probat Rolan. à Valle consil. 15. num. 50. volum. & probat tex. notabilis in l. contra iuris, §. si filius, vbi Glos. in verb. amplius. ff de pact.

Censetur etiam actus vtilis, ex intentione agentium, vt puta, quia putant alienantes res Ecclesiasticas, adesse vtilitatem Ecclesiæ, cap. ad Apostolicam, vbi Glos. in verb. profuturum de his, quæ fiu. à præl. sine consil. Capit. licèt contrarium postea eueniat, l. tutor, qui repertorium, ff. de administr. tutor. Ant. de Butr. in d. cap. ad Apostolicam, nu. 19. Barbat. in d. cap. Rainutius, de testamen. Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 1. de constitut. Roland. in d. consil. 15. numer. 51. Surd. d. consil. 451. Et licèt in alienatione bonorum Ecclesiæ requiratur vtilitas ipsius Ecclesiæ, dicto cap. ad Apostolicam, cap. sine exceptione 12. quæst. 2. nec sufficiat, quod non ad sit nec damnum, nec vtile Ecclesiæ, quia contractus nō valet, nisi euidens fit vtilitas, glos. in d. cap. ad Apostolicam, & in cap. nihil, de elect. & constat ex Extrauag. Paul. 2. incip. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien. non tamen procedit, si probetur, quod causa mouens contrahentes fuerit vtilitas Ecclesiæ, licèt ex post facto nō ad fuit, Anton. de Butr. in d. cap. ad Apostolicam, num. 28. Bar. in l. 2. C. de locrat. prædior. ciuil. lib. 11. vbi extendit se contrà Ecclesiasticos, qui ex defectu vtilitatis, alienationes bonorum Ecclesiæ infringere contendunt.

Quotiescumque à lite discedit*ur*, censetur actus vtilis, l. 1. & l. si ea, C. de pact. Glos, *in cap. penul. de empt. & vendit. Sur. in d. cap. 451. nu. 27.* nam *vexationes litium in maxima sunt consideratione*, etiam quod iniustæ sint, propterea vexationes de facto sufficiunt ad validandam transactionem, Soccin. consil. 4. vol. 1. Ias. Alex. & Bald. in l. 2. C. de transact. & vt optimè inquit Glos. in d. cap. penult. in verb. restituerent, eo ipso, quod à lite discedit*ur* magnum commodum est. Idcircò transactio litis factæ an administratoribus Ecclesiæ censetur vtilis, nulla alia vtilitate probata, Anton. de Butr. in d. cap. penul. num. 13. versic. nota tamen Glosam, idem probat Roland. d. consil. 15. nu. 51. Minor restituitur aduersus additionem hæreditatis, in qua sunt vexationes litium etiamsi nullum damnum sentiat, & certum fuerit sen-

ten

tentiam pro ipso reportari, l. minor vigintiquinque annis, cui fideicommissum, vbi Glos. in verb. restituí, ff. de minorib. & melior tex. in l. minoribus 25. annis, ff. de minorib. cuius verba hæc sunt. (*Minoribus 25. annis subuenitur per integram restitutionem: non solum cum de bonis eorum aliquid minuitur, sed etiam cum interest ipsorum litibus, & sumptibus non vexari,*) Glos. ibi in verb. litibus dicit, vt in locuplete hæreditate, quam repudiare vult: ideò quia multis molestijs erat implicita, Rom. & Aret. ibid. Idem est si minor facto inuentario adiuit hæreditatem, ob cuius beneficium præseruatur à damno, quia de proprio non tenetur, l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. deliber. nam si adsunt vexationes, & lites potest petere restitutionem in integrum aduersus aditionem, vt à molestijs, & inquietudinibus sub leuetur, Salicet. in auth. si omnes, num. 8. C. mino. ab hæredit. se abstin. Surd. in d. consil. 451. & Latius cons. 95. Idem est in Ecclesia, Bal. in d. l. minoribus 25. annis allegat Archid. in cap. Episcopus 12. q. 2. Ratio est, quia non dicitur læsus, qui lite, & perplexitate execratur, l. item, §. fin. ff. de alien. iud. met. caus. fact. ibi, cogitatio eius, qui lites execratur non est vituperanda.

Hæc sunt notanda pro iustificatione transactionum, quas in dies nos Regulares facimus, non solum ad euitandas lites, quod bono Religionis satis confert, sed etiam vt aliquid in præsenti habeamus, futura despiciendo, quod maximè confert ad iustificandam transactionem; iuxtà illud, Ad præsens oua, cras pullis sunt meliora. Et futurum omne despicitur, suadétquè præsentia fructum, glos. in l. cum hi in prin. ff. de transact. Dec. cons. 474. nu. 4. Natta cons. 340. num. 5. Surd. d. cons. 451. nu. 32.

Id quod dicimus de iudicando actu vtili, vel damnoso, applicandũ est etiam in liquidatione iusti pretij, vt in d. l. si voluntate C. de rescind. vendit. & in c. cum dilecti de empt. & vendit. Licet enim de iure ciuili, & canonico, contractus non rescindatur, nisi adsit læsio vltra dimidium iusti pretij d. l. 2. C. de rescind. vendit. & d. c. cum dilecti, & in venditione sub hasta requiratur læsio vltra sextam, ex doctrina Bar. in l. si duo Societatem §. arbitrorum ff. pro socio, quæ est communis praxis in Regno, Vrsillus ad Afflict. decis. 340. Franch. decis. 120. num. 7 & 224. num. 2. In foro tamen conscientię sufficit, quod iustum pretium excedatur ad hoc vt cõtrahentes peccent, & locus sit restitutioni D. Thòm. 2. 2. q. 77. art. 1. Nau. c. nouit. notab. 6 num. 47. de Iudic. & sum. c. 23. nu. 77. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 4. num. 11. latè Mol. de contract. disput. 350. num. 3. Less. de iust. & iur. lib. 2. c. 22. dub. 4. & facit illud. D. Paul. ad Thessalon. 4. *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus de his omnibus.* Pretium tamen iustum liquidandum est secundum valorem rei tempore contractus, & iuxtà tale tempus formandi sunt articuli, Pinell. in d. l. 2. par. 3. cap. 4. nu. 15. vbi alios allegat, licèt multi dicant, quod etiam articuli probent, si de præciso tempore contractus non formentur, sed paulò post, si tamen nulla fuit causa mutans, seù alterans pretium rerum, Bald. in d. l. 2. nu. 28. Paul. de Castr. ibidem num. 4. Afflict. decis. 216. vbi tradit, quod valor rei non est considerandus in instanti, videlicèt tali die, sed moraliter, idcircò articulandus,

Digitized by Google

landus, & probandus est valor, quod tali tempore antè, & post, tanti res valuit, Angel. in l. falcidia §. 1. ff. ad leg. falcid. Bar. in l. si servus, ff. de condit. furt. & si essemus in rebus, quę in foro publico vendi solent, non est attendendum pretium, pro quo res à singulis venditur, sed quod in publico foro Bar. in l. septa, C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Florian. de Sancto Petro in l. si seruus seruo, ff. ad leg. Aquil. & est tex. expressus in cap. 1. in verb. quem in mercato de empt. & vendit.

Idē est in alienatione rei Ecclesię, nā ad liquidandum iustum valorem, attenditur tempus contractus, licèt postea crescat, vel decrescat, Bar. in l. 2. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. Calderin. consil. 297. de rerum permut. Paul. de Castr. consil. 260. lib. 2. latè Tuschus, qui dicit esse communem opinionem omnium Canonistarum in verbo læsio, concl. 295.

Idem est in alienatione rei pupillaris, vel Minoris, nam ad iudicandum, an fuerit læsus, attenditur tempus contractus, non autem quid postea euenerit, Alberic. in l. & si sine §. quæsitum, ff. de minorib. Iacobi. de Sancto Georgio in l. 1. C. de pactis, Aymon. Crauett. cons. 12. lib. 1. Afflict. dec. 304. & 340. latè Sforzia Oda in tract. de rest. in integr. par. 2. quæst. 57. art. 3. Licèt autem minor omittens producere probationes restituatur in integrum, l. minor 25. annis omissam, ff. de minorib. l. penul. C. de in integr. restitut. Hoc tamen non procedit quando tempore examinis, probationes non habebat, ex quo omittendo non dicitur læsius, licèt postea superuenerint. Bar. in l. 3. §. nuntiatio, num. 33 ff. de oper. nou. nunt. vbi Ruin. num 270. dicit esse notandum, Roland à Valle consil. 10. vol. 4. decis. Pedemontana 158. vbi testatur de communi, Surd. consil. 79. num. 4.

Idem est in alienatione, vel locatione rei Fiscalis, nam attenditur valor tempore cōtractus, l. 3. §. Diui Fratres. ff. de iur. fisc. ibi, (iusta pretia non ex preterita emptione, sed ex præsenti æstimatione constitui) & alienationes, seù locationes rerum Fiscalium, quoad læsionem regulantur eodem modo, quo alinationes, & locationes rerum priuatorum, Roman. & Alexand. in l. si quis cū aliter, ff. de verbor. obligation. Cremens in d. l. 2. nu. 112. C. de rescind. vend. vbi etiam Pinell. in 2. par. secundæ partis principalis, num. 25 probant expressè Glos. & Bar. in l. 1. ff de iur. fisc. per tex. in l. 3. & l. ratas, C. de rescind. vend. Peregrin. tract. de iur. fisci in tit. 4. de creditor. fisca. lib. n. 8. Idcircò id, quod post contractum euenit, non est in consideratione, Fulgosius *consil. 126.* Tusch. in d. concl. 295. *numer. 12.* licèt quoad *oblationes* semper admittitur faciens meliorem oblationenem etiam terminato negotio, l. fin. vbi Bar. ff. de iur. fisc. l. Lutius, §. fin. ff. ad municipal. & de incol. l. si tempora, C. de fid. instrum. lib. 10. vbi Bar. & alij, & in l. licitatio, ff. de publican. & vectigal.

Sic etiam ad iudicandum, an dos congrua sit, attendendus est valor facultatum tempore matrimonij, Bal. in auth. res quæ, num. 16. vbi Ias. numer. 27. C. commun. de leg. Aymon. Crauett. consil. 11. Boer. decis. 62 nu. 13. Grammat. decis. 52. nu. 35. & decis. 101. Menoch. de arbitr. iudic. casu 149. num. 16.

Idem erit ad iudicandum, an donatio sit inofficiosa, nam attenditur tempus donationis, nec reuocatur si ex accidentibus post factum

fiat

Digitized by Google

fiat inofficiosa, Glos. in l. 1. in 9. q. C. de inoffic. donat. Menoch. d. cas. 149. latè congerit Tiraquell. in l. si vnquam in verb. omnia, vel partem aliquam, num. 34. cum seq. C. de reuocand. donat.

Sic damnum datum in segetibus æstimatur secundum illud tempus, non autem ex superuenienti, quia multa accidere possunt, quæ impediant segetes ne maturitatem, & perfectionem perducantur nempè niues, grandines, incursus hostium, &c. l. fistulas, §. frumenta, ff. de cõtrah. empt. & de omnino futuris non potest certum aliquid iudicari, l. si à pactione, C. de vsur. Bar. in l. cotẽ ferro, §. qui maximos, ff. de public. & vectigal. & vt inquit tex. in l. omnis hæreditas, ff. de reg. iur. nunquam ex post facto crescit præteriti delicti æstimatio, & hanc opinionem probant Bal. consil. 182. lib. 1. Aymon. Crauett. consil. 40. num. 10. Menoch. de arbitr. d. cas. 149. numer. 21. Cancer. par. 1. var. resol. cap. 13. numer. 9. & idem esse *in foro conscientiæ* contrà Sotum, & Salon. probat Less. de iustit. & iur. lib. 2. capit. 12. numer. 19.

Tempus etiam celebrati contractus considerandum est ad iudicandum si pactum de retrouendendo appositum in contractu emptionis, & venditionis, debeat de temporali effici perpetuum, Socc. Iun. consil. 104. lib. 3. & cons. 46. lib. 4. Simon de Pretis consil. 3. 74. 137. nàm cùm pactum de retrouendendo dicatur pars pretij, idcircò attenditur valor rei tempore contractus Aymon. Crauett. consil. 313. nu. 3. latè Tiraquell. in rubr. de retractu conuentionali, num. 25. Quantum autem minuat de pretio, pactum de retrouendo, arbitrarium est Iudici, Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 10. & ex tex. in l. 2. C. de resc. vend. habet locum etiam in pacto de retrouendendo, Dec. consil. 167. num. 4. & 307. Tiraq. loc. supracit.

Quid dicendum quando actus est successiuus

Cap. II.

SVprafirmata conclusio, quod ad iudicandum, an actus sit vtilis, vel damnosus, attendatur tempus, quo actus geritur, intelligitur de actibus, qui in momento perficiuntur, secus tamen de habentibus tractum successiuum, nam ex quo in singulis annis insurgit grauamen, æquitas suadet, vt grauati subleuentur, Natta consil. 548. nu. 36 Olascus consil. 47. Thesaur. decis. 226. Pinel. in d. l. 2. par. 2. cap. 1. nu. 27. Cancer. variar. resol. par. 2. cap. 1. num. 153. exemplum est in collectis, quæ pro rata bonorum soluuntur, idcircò diminutis bonis diminuitur, l. forma, §. illam æquitatem, ff. de censib. l. 2. C. de alluuionib. lib. 10. l. cura, §. deficientum, ff. de munerib. & honor. l. 1. §. qui excusatione, ff. de vacat. muner. Et procedit etiamsi lata fuisset sententia circa solutionem certę quantitatis pro collectis, nam ex noua causa diminutionis bonorum, non dicitur *impugnari* sententia, l. spadonem, §. qui absolutas, ff. de excusat. tutor. & in ijs, quę ex tempore mutationem accipiunt, nunquam sententia, obstat Anton. de Butr. cap. 1. col. 3. de re iudic. Dec. consil. 335. Anna. alleg 16. num. 4.

Digitized by Google

Idem est in solutione capitationis, nempè, quod qui ad paupertatem deueniunt taliter, quod proprio labore victum quærunt, & nihil possident non tenentur de iure soluere, Bald. in auth. defuncto, C. ad Tertull. & l. etiam, C. de exequut. rei iudic. Gerard. sing. 73. Vasqu. lib. 1. controuer. vsu frequent. cap. 41. num. 4. Campagn. in c. Regni porrecti nu. 75. Bellucc. in specul. princip. rubr. 46. §. restat. num. 3. Vnde Luc. de Penn. in l. restauratione, C. de diuers. pręd. vrban. lib. 11. dixit. debere Regem iusta tributa populo egenti relaxare. Sed contrarium aliquãdo practicatur, nam etiam nihil possidens soluit capitationem, seù tributum pro aere, & aqua, vt dicunt fiscales, ad exemplum Domini nostri Iesu Christi, latè probat Liparul. ad Andr. de Isern. in c. 1 num. 55. litt. D. Quæ sint regalia; Idircò quolibet quintodecimo anno fiunt numerationes, Luc. de Penn. in l. in. dictiones C. de indictionib. & tribu. lib. 10. nec pauperes deducuntur contra omnem etiam ciuilem rationem, nam exactiones ab oneratis paupertate fieri prohibentur, cap. placuit, & cap. cauendum 1. q. 2. & etiam quod sponte eas offerant non debent exigi, Afflict. in rubr. quæ sint regalia, nu. 20. allegat. tex. in l. deuotum, C. de metat. & epilep. lib. 12. & vt inquit Lucas de Penna in l. vnic. numer. 3. in fine, C. de oblation. votor. lib. duodecimo. (turpissimum genus damni est inconsulta donatio, grauiusque est beneficium male dedisse quam non recepisse.

Idem est in debita præstatione frumenti, vel olei in singulis annis facienda, nam si ex lapsu temporis, nimis creuerit pretium, & satis excedatur valor ab eo, qui erat tempore contractus, præstatio debet reduci in certa quantitate pecuniæ. Rota Auinionen. decis. 66. & communis est regula, quod quælibet pactio habens tractum successiuum, si ex lapsu temporis efficiatur iniqua, officio Iudicis reducenda est ad æquitatem, l. cum quidam ff. de vsur. latè congerit Tuschus in uer. læsio concl. 295. propterea pactum, quod quis teneatur coquere panem pro alicuius familia pro certa quantitate pecuniæ, si familia nimis creuerit, reduci debet ad æquitatem Pileus q. 48. Ias. in l. quominus ff. de flumin. Dec. cons. 335. Rolan. à Vall. cons. 1. vol. 2. num. 167. Sic etiam locatio ad longum tempus facta pro centum florenis de moneta correnti tempore solutionis si ex monetę deterioratione valor floreni nimis creuerit, reducendus est valor arbitrio Iudicis, sic dicit fuisse decisum Thesaur. dec. 226. sic immunitas decimarum reducitur ad arbitrium boni viri, si concessionarius tot prædia acquisiuit, quod exemptio reduceretur ad iniquitatem, c. suggestum de decimis: Et exẽptio à solutione procuratoris cõcessa clericis alicuius loci, si nimis creuerint taliter quod procurationem in totũ absorbeant reuocatur Felyn. in c. accedentes de præscript. Aymon. & Tusch. loc. cit.

Limitantur traditæ doctrinæ. Cap. III.

ADuertendum tamen est, quod supradicta non procedunt quãdo contractus æqualiter se habet ad damnum, & lucrum, quia tũc nullo modo ex alterarione, vel variatione causata à tẽpore potest fieri

Digitized by Google

fieri aliqua reductio absque iniustitia ex regula, quod illud quod legitimè factum est, ex casu superuenienti non debet ad imperfectũ reduci, argum. l. de fideicommisso, C. de transaction. c. in Ciuitate de vsur. l. si Gaudentius, C. de contrahen. empt. Bal. cons. 19. lib. 4. Aymon Crauett. cons. 11. num. 18. Cancer. variar. resol. p. 2. c. 1. num. 253. vers. secus, vbi contractus, & actus, qui pendet à futuro euentu, & potest se habere ad commodum si super eo fuit transactum, iudicatur vtilis ad finem, vt transactio non rescindatur d. l. de fideicommisso, vbi Bart. & Bal. Tiraquell. in l. si vnquam in verb. donatione largitus num. 128. C. de reuoc. donat. Dec. cons. 474. nu. 12. Berou. cons. 176. num. 64. vol. 1. Pinel. in d. l. 2. p. 2. c. 1. num. 6.

Fallit etiam secundo suprafirmata Principis conclusio, quando traditio rei, vel executio negotij collata est in futurum, nam tunc ad iudicandum si actus sit vtilis, vel damnosus, non attenditur tempus conuentionis, seù contractus, sed exequutionis Abb. in c. in Ciuitate num. 3. de vsur. Dec. cons. 111. & in loco destinato traditioni Alex. & Ias. in l. vinum ff. si cert. pet. Tuschus. d. concluſ. 295. num. 38. Idem est in locatione facta pro tempore, quo finita erit prima locatio, nam attendendum est tempus, in quo vires accipit secunda locatio, quod tunc propriè erit quando finita fuerit prima locatio Ias. in l. ne cui C. locati.

Fallit etiam tertio supra firmata conclusio in casibus in quibus si attẽderetur tempus conuentionis, vel pacti, quies, & pax perturbaretur, vel scandala possent oriri, latè Crauett. cons. 264. lib. 1. vbi latè probat communitatem Castrorum, seù feudorum existentem inter fratres iuramento firmatam, quod alternis annis officiales eligerent, & fructus exigerent, constito, quod ex hoc modo viuendi pax, & quies perturbatur potest peti rescissio, & vnicuique certũ corpus assignari; Ratio est, quia quando agitur de periculo animarum, vel corporum, subintrat regula, quod quæ de nouo emergunt nouo indigent consilio l. de ætate §. ex causa ff. de in integr. restitut.

Confirmatur, nam ex superueniente inopia remittuntur publica munera l. cura §. deficientium ff. de munerib. & honorib. Et priuilegium diù obseruatam ex causa de nouo superuenienti tollitur, c. suggestũ, de decim. Et ex causa de nouo superuenienti receditur à Regia cõstitutione, quæ tendit ad noxam, c. non debet, de consangu. & affinit. Receditur etiam à dispositione testatoris, si contingat mutatio morum in deterius l. in confirmando cum l. seq. & l si plures §. quamuis ff. de administr. tutor. Et concessio meri, & mixti Imperij facta à Rege Baronibus si incipiat lædere ex quo turbatur tranquillitas Regni, reuocatur, Afflict. in constit. Regni ea quæ ad decus, sic etiam receditur à regulis iuris quando agitur de bono pacis c. 2. de desponsat. impuber. & Minor læsus non restituitur auuersus cõtractum pacis Bal. in l. 1. ff. de in integr. restit. Dec. in l. pactum curatoris in fin. C. de pact. Et vbi est suspitio scandali ad ipsum euitandum receditur à regulis iuris communis c. quoniam de iur. patron. Et etiam à licito iuramento absolui, quis debet ratione scãdali euitandi Oldrad. cons. 95. col. penul. per tex. in c. authoritate 25. q. 6. latè Felyn. in c. nihil de prescript. Sic etiam quod regulariter diuidi

Digitized by Google

non potest, ex rationabili causa diuiditur, Glos. in cap. si hæredes in fin. de testam. Item licèt sequestratio sit de iure prohibita, l. fin. C. de prohib. sequestr. pecun. stante tamen suspitionem scandali, ne partes veniant ad arma, potest Iudex sequestrare, l. æquissimum, ff. de vsufruct. l. fin. ff. de offic. Procurat. Cæsar. Adde, quod promissio non petendi remissionem mercedis ex quocunque damno ex quauis causa proueniente, non procedit eueniente damno notabili, quia non censetur cogitatum, Anchar. cons. 402. loquens de conductore gabellæ, quæ fuit diminuta ob recessum Summi Pontificis à loco, indubitatum ergò manet, quod in casibus perturbationis, vel vbi imminet periculum animarum, non debet attendi tempus contractus, seù conuentionis, sed arbitrio boni viri omnia modificanda sunt, vt latè Crauett. loco citato.

Vtrum ex actu consistente in pati possit probari consensus.

QVÆST. XXVIII.

NEgatiuè respondendum, Inno. in cap. olim, il terzo de restit. spoliat. Et sic actus negatiuus in non faciendo aliquid præceptum, non probat quasi possessionem præcipientis, Innoc. loc. cit. circa fin. Felyn. in cap. cum M. Ferrariensis in fin. de constit. Bal. in l. Liberti, liberteque, num. 23. C. de operib. liber. & in l. 2. C. de seruit. & aqua. Maritus quoq; post mortem vxoris retinens, apud se eius dotem; non censetur adiuisse hæreditatem, quia illa retentio est simplex silentium, Bal. in l. non hoc, C. vndè legit; Item socius relinquens sortem sibi spectantem, apud socium finita societate, non dicitur renouasse societatem, Crot. consil. 15. num. 16. Menoch consil. 121. nu. 84. lib. 2. & de præsumpt. disp. 23. Item per actum negatiuum sustinendo aliquem inhabilem, vel excommunicatum non inducitur dispensatio, vel absolutio, Abb. in cap. veniens, num. 3. de fil. præsbyter. Imol. in l. quidam consulebant, ff de re iudic. Soccin. Senior consil. 99. lib. 1. Eodem modo tolerantia Principis regulariter non inducit dispensationem, sed de hoc legendus est, tex. in cap. iam dudum de præben. vbi Abb. num. 5. & in cap. fin. de consuetudin. latè Gratian. Discep. Forens. tom. 1. cap. 140. numer. 18. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 57. n. 12. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 4. num. 25.

Sic etiã intruso aliquo in Canonicatũ supra numerũ taxatum *tacentibus* Canonicis, etiam, quod *taliter intrusus emolumenta præbendę exigat*, non dicitur *fractus numerus taxatus*, quia requiritur actus positiuus ad frangendum numerum, cap. dilecto de præben. cap. cum M. Ferrariensis, ibi, (receperunt) vbi Felyn. num. 80. de constit. & tolerantia Canonicorum non habetur loco tituli, etiam quod sit personarum, quæ possunt tacitè dispensare, Clemen. si sumus de sent. excomm. & c. cum iam dudum de præbend. Nec ex actio fructuum præbendæ validat actum principalem, quia est actio accessoria, & dependens, & regulariter principale validat accessorium, & non è contra, cap. si confirmationem de elect. in 6. cap. accessorium de reg. iur. in 6 optimè Felyn in cap. cum M. Ferrar. in fin.

Sic etiam obseruantia excommunica-

tionis

tionis non inducit possessionem, cap.olim,il terzo de restit. spoliat. & sic non potest Ecclesiasticus prætendere esse in possessione alicuius iuris, pro quò fuit lata excommunicatio,& metu excommunicationis exequutum Iudicicis præceptum, vt in d.cap. olim, ibi, (*nos attendentes,quod ex eo solo,quod Populus predicta Parochia timore sententiæ suæ per aliquot dies obtinuit à diuinis,nullam in eos iuris Parochialis possessionem, idem Episcopus fuerit assequutus, nec fuerit aliquo modo probatum, quod eo tempore,quo sententiam ipse protulerit,possessionem in ipsis iuris Parochialis haberet,uel primum etiam habuisset*) nam abstinens se ab aliquo prohibito sub pœna excommunicationis non dicitur facere animo obedienti,sed potius deliberandi,quid sibi expediat,Glos.in d. cap.olim, in verb.timore,vbi Abb.& alij, sicut appellans ab excommunicatione si postea sententiam seruet, non dicitur renuntiasse appellationem, nec per hoc sententia ratificatur, Innoc.in d. cap. olim in fin. Et sic per cessationem ab aliquo prohibito sub pœna excommunicationis, nec perdit possessionem is,qui cessat,nec acquirit possessionem is, qui mandauit; Ratio est, quia in acquirenda possessione iurium incorporalium,non solum requiritur intentio volentis acquirere,l.fin.ff.quemadmod.seru. am. Innoc. in cap. bonè de postulat. Prælat.sed patientia,seù consensus illius contra quem acquiritur, l. 2. C.de seruitut.& aqu. Innoc.in cap. conquerente de offic.ordinar.& in cap.dilectus de Cappell.Monach. Et licèt obedientia per obedientiam possideatur, Bal.in cap.1. num. 3. de maior.& obed.& præceptum si fuerit exequutum, probat possessionem Afflict.decis.265.num.10. nam qui parat mandato alicuius gerit se pro subdito illius,cap.dilectus de Cappell. Monach. cap. ex ore de his, quæ fiu. à maior. par. cap. ex eo, quia facit ea, quæ alij subditi faciunt, cap. quem pro genitores 20 q.1.Hęc omnia procedunt, quando aliquid positiuè fit insignum subiectionis, vel obedientiæ,non autem negatiuè,optimè Abb.in d.cap. olim, nec etiam quando metu excommunicationis, nam metus excommunicationis dicitur cadens in constantem virum, Abb. & omn.Can.in dicto cap.olim.

Item licèt acta metu facta non sint ipso iure nulla,sed sint rescindenda per actionem,quod metus causa, cap. Abbate, vbi Abb. quod met. cau.l.si mulier,ff. quod met. caus. non tamen hoc procedit, quando agitur de concedenda iurisdictione alicui,nã tunc actio meticulosa est ipse iure nulla, l. 2.ff. de Iudic. vbi iurisdictio non prorogatur, quando metus interceßit,quia requiritur liber consensus in danda iurisdictione; Idcircò iurisdictio metu excommunicationis exorta, non tenet Abb.in d.cap. olim, nu. 10. Bar. in tract.de Tirannide, qui ponitur in Commentu, legis primæ, C. vt dignus ord. seru. Et sic electio metu facta nulla est,cap.vbi periculũ,§.cæterum de elect. in 6. cap.quisquis,& cap. licèt de elect. Hoc tamen procedit quando electores ex vi excommunicationis compelluntur certam personam eligere, non autem quando vnum ex certo genere personarum, nam tunc tenet electio, sed est irritanda, Abb.in d.cap. licèt de elect. & in d.cap.olim,il terzo.

Confirmantur supradicta, nam regulariter ex non factis, & ex non dictis, non potest sumi coniectura, Anchar. cons. 302.Aymon. Crau. cons.202.

Digitized by Google

conſ.202.nu.9.& conſil.309. per tex.in l.quod ſeruus, ff. de condit. ob cauſam, & in l. ea lege, ff. de contrah.empt. Marius Salomon in l.Gallus,§.quidam rectè, num.32. ff de liber.& poſthum. fallit tamen regula. Primò in eo, qui tenetur aliquid facere, vel dicere, nam ex non facto,vel ex non dicto colligitur præſumptio,& coniectura,Bar. in l.gerit,num.28.ff. pro ſocio, vbi filius,cui aſſignatus eſt terminus ad adeundam, vel repudiandã patris hæreditatem,ſi infrà terminum aliquid non facit præſumitur adijſſe. Secundò fallit,quando lex ipſa aliquid præſumit ex non factis,vel ex non dictis,l.tale pactum,§.fin.ff.de pact. vbi pactum reſtituendi ſibi dotem, vel fratri ſuo, quem putabat fore hæredem, prodeſt filio, qui fuit hæres, quia lex præſumit talem fuiſſe mentem ſtipulantis ſi fuiſſet interrogatus, latè Menoch. de præſumpt.q.23.

Ampliatur principalis concluſio ſuprafirmata, vt non ſolum ex acta negatiuo non reſultet actus affirmatiuus,vt ſupra probatum eſt,ſed nec etiam ex diſpoſitionibus negatiuis reſultet affirmatiua, l.ex facto,la prima, ff.de hæredit.inſtit.l. Titia,§.Lutius,ff.de manumiſſ. teſtam.& propterea,Bal.in l.cum patrem, C. de condit. inſert. dixit, quod ſi pater in ſuo teſtamento exhæredat filium, ſi ad patriam non redierit,non per hoc cenſetur inſtituiſſe in caſu reditus, ſequitur Anchar in cap.Canonum ſtatuta,car. 8.de conſtit.Suar.alleg.14 num.9. vbi infert, quod ſi fuerit appoſita pœna intromittentibus intra Ciuitatem Vinum,quod eſt infra terminos ipſius Ciuitatis, non per hoc videtur permiſſa introductio vini, quod eſt extra terminos Ciuitatis, licèt pœna in hoc caſu non fuerit impoſita probatur,ex tex.in l.at ſi quis,ff.de relig.ſumpt.funer.

Confirmatur, quia à diſpoſitione negatiua non poteſt inferri ad affirmatiuam, niſi per argumentum à contrario ſenſu,ſed argumentum à contrario ſenſu,quod ex verbis legis, vel contrahentium ſumitur, dicitur per coniecturam procedere,& eſt propriè quędam coniectura, l. apud antiquos, vbi Gloſ. & Bar. C.de furtis,idem Bar.in l.omnes populi,ff.de iuſt. & iur. probat etiam textus in l. ſi pecunia, ff. ſi cert.petat.ibi,tanquam ſi ſub contraria) quæ dictio,tanquam denotat improprietatem, cap. ſolite, cùm Gloſ. de maior. & obed. & tunc propriè procedit, quando in diſpoſitione ſumpta à contrario ſenſu militaret contraria ratio,non tamen quando eadem, vel maior ratio, l. ſi extraneus, ff. de condit. ob cauſ.Gloſ.in l.eum prætor,ff.de iudic. Bald.in d. l. apud antiquos, Suar.d.alleg.14.ſed rarò *euenit, vt* maior ratio ſit in diſpoſitione affirmatiua reſultante à negatiua; & cum argumento à contrario ſenſu ſit ſimplex coniectura, *abſurdum* eſt à ſimplici coniectura abſque alio adminiculo introducere affirmatiuam diſpoſitionem.

In dubio, geſta ab aliquo, quomodo cenſeantur facta.

QVÆST. XXIX.

REſpondendum eſt,quod ſecundum propriam ſuam naturam, & ſecundum iuris diſpoſitionem cenſentur facta. Primum dictum probatur in l.cum dotem,vbi Bal. C.de iur.dot.& in l.quæro,§. inter locatorem, ff. locat. vbi promiſſio facta conductori de non expellendo,

Digitized by Google

do, intelligitur dummodò rectè colat,& pentionem soluat: Secundò promittens stare laudo, & non appellare,nec petere reductionem ad arbitrium boni viri, intelligitur dummodò laudum fuerit æquum, secus vero si iniquum,ne detur occasio delinquendi,Bar.in d.§.inter locatorem,& in l. quidam cum filium,ff.de verb.oblig. Tertiò,promittens aliquem non molestare, vel inquietare, intelligitur nisi ei iustam causam præbuerit, Bar.loc. citat.Menoch.de præsumpt. lib.3. præsumpt.38.nu.4.Quartò, hæres promittens non molestare vxorem defuncti super vsufructu ei relicto, si petat cautionem de vtendo,& fruēdo arbitrio boni viri, nō dicitur contrauenire, quia cautio est de natura vsusfructus, Bal. in l. 1.C.de vsufruct.Alex.in l.quod de bonis,§.1.ff.ad l.falcid.Ruin.cons. 48.num.2.& consil.77.nu.4.lib.2. Quintò,promittens habere ratam, & firmam donationem factam causa mortis,non prohibetur reuocare si conualescat, quia de natura donationis causa mortis est,vt sit reuocabilis,Ias.in l.non omnes,nu.2. ff.si cert.pet.Menoch.de prēsump. lib.6.præsumpt.10.num.3. Sextò, mater obligans bona sua pro dote suæ filiæ existente patre soluendo, censetur se obligasse secundum naturam actus,vt possit repetere,Pau. de Castr.consil.271.lib.1.& 371. lib.2. Aymon. Crauett.consil.77. num.9.& consil.186. Menoch. de præsumption.præsumpt. 38. lib.3.

Secundum, dictum probatur, quod actus censetur factus secundum iuris dispositionem, cap. ex litteris de constit. cap. sedes, de rescript. cap.venientes de iur.iuran.Calderin.consil.11.Et idcircò,Bal.in l.1. col.1.C.de Sacrosanct.Eccles. dixit, quod cuiuscunque voluntas talis esse prēsumitur,qualis de iure esse debet,sequitur Affl. decis.44. n.20. Idem est de voluntate Principis,l.ex facto,vbi Bal.Ias.& Rip. ff.de vulgar.& pupil.Et Iudex censetur iudicasse,prout ius disponit, & ipsemet tenebatur,l.miles,§.decem,ff.de re iudic. Bar.in l. si fundus, §.in venditione, ff. de pignoribus. Et regulariter omnis actus censetur gestus,prout ius disponit, latè Surd.consil.198.num.11.lib.2.

Et adeò vera est regula, quod actus censeatur gestus secundum propriam naturam,vt hæc coniectura sit potentior altera,per quam dicitur,quod actus censetur gestus, eo modo, vt valeat Corneus consil. 202.num.6.lib.4.Menoch.d. præsumpt.4. lib.6.nu.41. Cancer.var. resol. par. 2. cap.6.num. 13. cum seq.Et idcircò cōtrahentes in certa negotiatione obligantur statutis circa illam negotiationem factis, & subijciuntur Iudicibus pro illa negotiatione deputatis, l. fin. C.de iurisd. omn. iud. Nam actus semper intelligitur celebratus secundum statuta,& consuetudinem loci,vbi geritur,l.si fundus, ff. de euiction. l.2 C.quemadm.testam. aper.Cynus in l.cunctos populos, C.de Summ.Trin. & Fid. Cathol. Et censetur factus secundum naturam rei de qua configitur,l.semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. Menoch. d. præsumpt. 10. lib. 6. Item faciens actum censetur se tacitè obligare omnibus legibus loquentibus de illo actu, Bart. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Beccius consil.35.num. 11. Surd. consil.198.num.11.lib.2.Aymon. Crauett.consil.30.in fin. Perez de anniuers.lib.1.cap.23.nu. 27. Bal. in l.si duo,vbi etiam Paul.de Cast. ff. de acquir. hæred. & idcircò acquirens ciuilitatem in aliquo loco, censetur se obligasse omnibus oneribus, quæ ciuibus imponuntur,

etiam

Digitized by Google

etiam quod ea ignorasset, Alexan. consil. 103. nu. 3. vol. 2. Cagnolus in l. qui cùm alio, num. 8. ff. de reg. iur. & hoc procedit etiam in oneribus dependentibus à consuetudine loci, nam actus censetur gestus secundum loci consuetudinem, d. l. si fundus.

Procedunt supradicta etiam in Ecclesia, vel clerico contrahente cũ laico, nam obligantur, & tenentur seruare consuetudinem disponentem, aliquid circa modum contrahendi, Salic. in auth. cassa, & irrita, C. de Sacrosan. Eccles. vbi dixit, quod clericus locans domũ Scholastico, ex quo laico censetur facta secundum iuris dispositionem, & consuetudinem, & statuta loci, si Scholasticus habet priuilegium inquilinatus, poterit ipso vti contra clericum, vel Ecclesiam, Salicetum sequuntur, Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 32. num. 4. versic. & infert, Menoc. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 38. nu. 12.

Ex supradictis infertur ad resolutionem practicabilis quęstionis, extat in hac Ciuitate Capitulum Regis Catholici in anno 1505. inter Capitula, & Priuilegia huius Ciuitatis, quod Scholastici exteri, meretrices, & aliæ personæ infames non possint habitare in locis honestis, quod si cogantur recedere à domo infrà annum, pensio restantis temporis cedit damno locatoris, prout etiam in foro conscientiæ procedere, dixit Nau. cap. 17. num. 195. versic. 3. quæro, vbi loquitur de locatione domus factæ meretrici in loco prohibito, ipsum sequitur Rouitus in pragm. in rubrica de Scolaribus doctoran. nu. 6. & latè agit ad materiam Ann. Sing. 338. si fuit facta locatio ab Ecclesia Scolastico extero, vel meretrici in loco prohibito, qui infrà annum ad instantiam vicinorum cogantur à domo recedere Ecclesia amittit pensionem, ex ratione allegata per Salicet. & alios, vt supra, & ità quotidie practicatur.

Declaratur suprafirmata conclusio, quod actus censeatur gestus secũdum iuris dispositionem, vt si possit fieri iure speciali, & iure communi censeatur gestus, vt valeat iure communi, & non spetiali, l. in testamento, la prima, & l. quanquam, C. de testam. milit. l. centurio, ff. de vulgar. & pupill. substit. Sic Princeps, quando ex iure communi, & ex iure speciali potest aliquid facere, simpliciter concedendo, censetur ex iure communi concedere, Ias. in d. l. quanquam, latè ad materiam, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 47. Vndè ad tollendas difficultates in anno 1602. Clemens Octauus in diplomate dispensationis Comitissę Sarni ratione ætatis pro matrimonio contrahendo, quæ licèt minor esset 12. annis, apta tamen erat ad *copulam* arbitrio Matronarum, *dispensando* addidit clausulam (*prout de iure*) & sic noluit Sanctissimus ille Pontifex ampliſſima sua authoritate vti, sed dispensando ius commune declarauit. Sic etiam, Iudex, qui potest procedere tanquam Ordinarius, vel tãquam delegatus, simpliciter procedendo, censetur tanquam Ordinarius Roman. in d. l. quanquam, Menoch. d. præsumpt. 4. lib. 4. & præsumpt. 6. lib. 6.

Ampliatur suprafirmata conclusio, quod actus censeatur gestus secundum iuris dispositionẽ de ipso loquentem, vt testator etiam expressè mandando, non possit facere, quin *leges* in dispositis in suo testamento locum non habeant, l. nemo potest, ff. de leg. 1. Propterea, quia de iure Episcopus est exequutor piorum legatorũ, cap. tua, & cap. nos quidem de testam. & in

locum

locum Episcoporum in hoc Regno successit Tribunal Reuerendę Fabricæ, vt Bulla Pauli Tertij, licèt testator expressè prohibeat, ne Reuerenda Fabrica manus imponat non obstante prohibitione potest, sicut poterat Episcopus, auth. licèt testator, C. de Episcop. & Cler. & in d. cap. tua, Valenzuol. consil. 53. Molf. ad consuetud. par. 3. q. 10. nu. 10. & in Sum. tract. 13. de vltim. volun. cap. 5. num. 205. & maxima est facultas Reuerendæ Fabricæ in hoc Regno, vt videre est, apud Ricc. in 1. p. resol. tes. 361. & alijs, nam habet iurisdictionem cùm clausulis abdicatiuis, & priuatiuis ad Ordinarios locorum, & idcircò ex vi talium clausularum omnis potestas Ordinarij fuit adempta, cùm hoc sit proprium iurisdictionis abdicatiuæ, seù priuatiuæ, Ias. in l. quod in rerum, §. 1. ff. de leg. 1. Grammat. decis. 30. Capyc. decis. 23. col. 2. Franch. decis. 417. & priuilegia Fabricæ fuerunt confirmata, post Tridentinum, & post Bullam Pij Quarti anni 1562. vt optimè aduertit Ricc. in d. resolut. 376. Quarè sublata est difficultas, quam indecisam, reliquit Molf. d. cap. 5. de vltim. volunt num. 203. an Ordinarius (quatenùs possit) in actu Visitationis compellens hæredes pro exequutione legatorum piorum possit impediri à Tribunali Reuerendæ Fabricæ ex eo, quia Decreta Visitationis habent exequutionem paratam, ex quo Episcopus procedit, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, vt ex Trid. sess. 22. cap. 10. & 11. Nam cùm priuilegia Fabricę fuerint post Tridentinum cùm clausulis amplissimis abdicatiuis, cessat omnis facultas Ordinariorum in Tridentino fundata.

De nullitate factorum contra legis prohibitionem.

QVÆST. XXX.

Variæ Doctorum sententiæ concordantur. Cap. I.

Actus factus contra legem prohibentem nè fiat, est nullus, etiam quod lex non procedat vlterius annullando, l. non dubium, ibi, (vt ea, quæ fieri prohibentur, si fuerint facta non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur, licèt legislator prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutilè esse, debere, quod factũ est) C. de legib. concordat tex. in cap. Imperiali 25. q. 2. & cap. quæ contra, de reg. iur. in 6. Ratio est, quia voluntas inferioris non potest esse efficax contra voluntatem Superioris, sed per prohibitionem factam à iure, declaratur voluntas Superioris prohibentis actum, ergò voluntas inferioris illi contraria, non potest esse efficax colligitur, ex cap. venientes de iur. iuran. vbi iuramentum non potest contra voluntatem Superioris obligare, & hanc opinionem probãt Bar. in d. l. non dubium, vbi etiam Ias. alios allegat, & in l. eam te, ff. de fideiussor. glos. in cap. licèt Canon. de elect. in 6. Abb. in cap. nulli, de reb. Eccl. non alien. & in cap. ad Apostolicam de regularib. Couar. in cap. quamuis pactum par. 2. §. 4. num. 6. Gregor. Lopez ad partit. Hyspan. lege 28. tit. 11. partit. 5. num. 6.

In contrarium facit, nam aliud est prohibere, & aliud irritare: prohi-

Digitized by Google

bere est, tantùm præcipere ne fiat, irritare verò actum est, vel in efficacem reddere voluntatem; seù consensum agentis, aut inhabilitare personam, vel materiam reddere inhabilem, prout in materia matrimononij, iuxtà Decretum Triden. sess. 24. cap. 1. de matrim. tradit Sanch. de matr. lib. 3. disp. 17. cùm igitur diuersi sint effectus, & separabiles inter se, non potest ex prohibitione simpliciter facta, induci actus irritatio, ex regula iuris, quod ex diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. Secundò, irritatio actus, quæ ob legem violatam incurritur, est pœna, cap. super litteris, ibi, (in pœnam suæ peruersitatis) de rescript. sed pœna non incurritur ipso facto, nisi à lege dicatur, ergò per simplicem legis prohibitionem non potest induci actus irritatio, optimè tradit Innoc. in cap. si verò, num. 2. de sent. excom. qui dixit, quod non est naturalis pœna contrahentium contra legem, vel contra mandatum Principis, vt irritum sit factum contra ius. Confirmantur supradicta ex communi regula, quod multa prohibentur fieri, quæ si fuerint facta, tenent, l. patre furioso, vbi latè Ias. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. cap. ad Apostolicam de regularib. Et propterea qui vouit castitatem, prohibetur contrahere matrimonium, si tamen contrahit, tenet, cap. rursus, qui cler. vel vouent. cap. vnico de voto, in 6.

Secundò, obligatus ex voto ingrediendi strictam Religionem, si laxiorem ingrediatur, & profiteatur, tenet professio, cap. penult. de regular. in 6.

Tertiò, Regulares, & præcipuè Fratres Minores, non possunt esse exequutores vltimarum voluntatum, Clementina ex iui de Paradiso, de verb. signific. nisi cum expressa licentia Superioris, cap. Religiosus, de testam. in 6. & Clem. Religiosus, eodem tit. si tamen aliquid fuerint exequuti, nemine opponente, tenet quod factum est, Federic. de Senis consil. 284. Roman. consil. 235. in 4. dubio, Ias. in l. patre furioso, num. 13.

Quartò, Clericus prohibetur exercere officium tabellionatus, cap. sicut ne cler. vel monach. si tamen conficiat instrumenta, valent, Bart. in l. vniuersos, C. de decurion. lib. 10. & in consil. 61. Anton. de Butr. in cap. fin. de constitut.

Quintò, à sententia lata in possessorio, non potest appellari, l. vnica, C. de moment. possess. si tamen fuerit appellatum, & Iudex à quo admiserit appellationem, poterit appellans obtinere, si constiterit sententiam fore iniustam, Bal. in l. post sententiam in 2. col. C. de sent. Alex. cons. 2. vol. 3.

Sextò, Conuentus possessorio recuperandæ, non potest audiri, *nisi facta* restitutione, si tamen fuerit admissus, & probauit de *suo iure*, obtinebit, Innoc. *in cap. constitutus de fil.* præsbyt. Abb. cons. 162. Multa alia similia possunt allegari, quæ habentur, per Ias. in d. l. patre furioso.

In hac controuersa materia aduertendum est, quod Regula, quod actus factus contra legis prohibitionem est nullus, non procedit ex natura rei, quia ipsa attenta per simplicem legis prohibitionem non irritatur actus, constat ex Innoc. in c. si verò, de constit. optimè Felin. in cap. 2. nu. 5. de constit. sed ex vi legis positiuæ, quæ cùm possit actum irritare, multoties prohibendo ipsum irritat, non ex vi simplicis prohibitionis, sed ex prohibitione sic à legislatore intellecta, qui prohibendo voluit irritare, colligitur ex d. l. non dubium, ibi, (quod ad omnes etiam legum interpretationes, tàm veteres,

Digitized by Google

veteres, quàm nouellas trahi generaliter imperamus, vt legislatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuisse sufficiat, cæteraq; quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere) & sic non est infectum, quod fit contra legis prohibitionem, ex eo, quia lex simpliciter prohibuit, sed ex coniecturata mente legislatoris, qui prohibẽdo voluit irritare, & sic reassumitur conclusio, quod quotiescunque non adsunt coniecturæ legislatorem prohibentem, velle actum contra prohibitionem factum irritare, actus tenet, & huc conferunt superius allegata, quod multa facta tenent, quæ prohibentur fieri.

Coniecturę ex quibus dignosci potest intenta ne sit à legislatore prohibente opus, eius irritatio. Cap. II.

INter coniecturas, quibus dignoscitur, quod lex prohibens actũ, si fiat, irritum reddit, est, quando præcisa est prohibitio per verba negatiua, videlicèt, nullatenùs fiat, quia tunc actus in contrariũ factus, corruit, c. 3. ibi, (nullatenùs fiat) de hęretic. Glos. in Clem. vnic. in verb. nullatenùs, de sequestrat. poss. & propriet. vbi Imol. nu 20 Felyn. in cap. Rodulfus, num. 27. versi. nullatenùs fiat, de rescript. dictio illa, nullatenùs, est præcisa vniuersalis, omnia excludens, Rubeus cons. 51. num. 3. Dec. consil 310. num. 2. Ias. in l. fin. nu. 26. ff. de ferij, & importat idem, quod clausula decreti irritantis, Glos. in auth. si qua mulier, in verb. nullatenùs, vbi DD. C. ad Vell. Ias. in l. de pupillo, §. si quis fortè, num. 3. ff. de nou. oper. nunc. Cened. sing. 69. Idem est si diceretur, omninò non fiat, nam idem est, quod dicere, nullo modo, Alex. in l. qui vsumfructum de verb. oblig. Ias. in l. 1. §. per seruum, ff. de acquir. possess. Felyn. in cap ex parte, il primo, ff. de offic. deleg. Et est etiam dictio præcisa, l. si cùm exceptione, §. sed si quis, & ibi Glos. in verb. omnimodo, ff. de eo, quod met. caus. & in d. cap. ex parte, in verb. omninò de offic. deleg. & in cap. & si Christus in verb. omninò de iur. iuran. Et quando hæc dictio adijcitur verbo futuri temporis, idem est, ac si diceret, ipso iure, Gl. in l. 1. §. pecuniam, & ibi Bar. ff. depositi. latè Cened. singul. 24. & post omnes, Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 32. nu. 6. Magna enim est vis dictionis negatiuæ, nam apposita verbo, potest, denotat impotẽtiam, & nullitatem actus, Glos. in cap. 1. de reg. iur. in 6. Bart. & Bald. in l. Gallus, ff. de liber. & posthum. Mandos. in reg. 15. Cancell. q. 6. Et per dictionem negatiuam, nõ solũ quis obligatur ad non faciendum, sed nec etiam ne alius pro ipso faciat, Afflict. decis. 307. num. 5. Gizzarel. decis. 19. num. 25.

Secunda, est coniectura, quando lex aliquid prohibendo daret formam, vel modum, quomodò actus fieri debeat, tunc indubitatum est, actum gestum contra legis prohibitionem fore irritum, Bald. in l. 1. versic. in contrarium, ff. de liber. & posthum. Alex. ibid. num. 6. & 7. Ruin. consil. 109. nu. 3. vol. 5. Dec. consil. 455. 456. 466. latè Mandos. in reg. Cancell. reg. 15. q. 6. nu. 6. Exemplum est in Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. vbi prohibet Clandestina matrimonia, & dat normam quomodò matrimonium in facie Ecclesiæ sit contrahendum, idcircò nulla ratione, & nullo casu potest aliter fieri, etiam in extrema necessitate, & articulo mortis, nam deficiente Parocho non potest coram testibus, & alio Sacerdote in arti-

Digitized by Google

culo mortis matrimonium contrahi, Nau. consil. 1. de sponsal. & cons. 6. & 44. de Clandest. desponsation. Spin. in specul. testamentor. Glos. 15. num. 44. 45. & 86. Henriq. de matrim. lib. 11. cap. 3. num. 5. & 8. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 17. Aliud est exemplum, quando lex, vel homo prohibet ne aliquid fiat, absque Consilio alicuius, nam si Consilium non petatur actus corruit, Glos. in cap. non est in verb. teneatur, de consuetud. per tex. in cap. Episcopus 15. q. 7. & c. nouit. & c. quanto, de his, quæ fiu. à Præl. Idem probant. Bar. in l. 1. §. si plures, ff. de exercit. act. Abb. in cap. ad Apostolicam de regular. Et licèt quis non teneatur sequi Consilium cap. 1. de Cappellan. Monach. cap. cùm veteri, vbi Abb. de elect. & c. cùm olim, de arbitr. & sic videtur, quod petitio Consilij sit leuis sollemnitas, hoc tamen non obstante ipsius omissio vitiat actum, vt per supracitatos DD. quos refert, & sequitur Felyn. in cap. ex parte, de constitut. Ratio est, quia non dicitur leuis sollemnitas, per quam facti substantia potest mutari si admittatur, Bar. in d. §. si plures. Cardin. in Clem. 1. in 11. q de offic. deleg. sed Consilium potest trahere ipsum petentem in sententiam consulti, l. item si vnus, cùm l. seq. ff. de arbitr. Felyn. & Dec. in d. cap. ex parte; Et eo magis supradicta procedunt, quando ex violationi modi fieret præiudicium tertiò habenti ius quæsitum, Glos. in Clemen. 1. in verb. inhibentes, de iur. patron. Imol. in repetit. cap. cùm contingat, vers. 4. casu de iur. iur. Felyn. in d. cap. ex parte, num. 5. & probat tex. in cap. si soli in fin. de concess. preben.

Tertia, est coniectura, quando lex, vel Superior prohibendo aliquid fieri, suspendit iurisdictionem, quia tunc contraueniendo, actus est nullus, Abb. in cap. dilectus, il secondo de præben. vbi allegat Innoc. in cap. fin. de accusation. qui dixit, quod alienatio facta à Prælato, cui Summus Pontifex prohibuerat, ne alienaret, est nulla; sic etiam collatio beneficij facta ab Ordinario illi, cui Papa mandauerat ne conferret, est nulla Io. Andr. in cap. constitutus, il primo, de concess. præbend. probat tex. in cap. veritas de dolo, & contumacia, cap. vt nostrum, de appell. cap. si soli, & cap. fin. de concess. præb. in 6. vbi collatio facta contra mandatum Pontificis, vel ipsius exequutoris, non valet, glos. in cap. si eo tempore, de elect. in 6. Contrarium tamen est, quando Summus Pontifex mandat Ordinario, vt certæ personæ beneficium conferat, nam alteri conferendo punitur ratione contrauentionis, sed actus tenet, d. cap. si soli; Ratio est, nam quando mandatur aliquid fieri ab eo, qui potest facere, excitatur Ordinarij iurisdictio, & mandatum intelligitur, vt ordinaria authoritate id faciat, Abb. in d. c. ex parte, vbi Felyn. num. 3. & Dec. numer. 6. de constitut. Secus tamen est, quando mandatur, ne certæ personæ conferat, quia tunc adimitur iurisdictio; Et licèt in mandato affirmatiuo tacitè includatur negatiuum, cap. non ne de præsumpt. id enim est per indirectum, & à contrario sensu, & fortior est prohibitio, quæ simpliciter, & directè negat, quam illa, quæ ex affirmatiua insurgit, Bal. in l. 1. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. accedet. & negatio magis negat, quam affirmatiuè affirmat Gl. in cap cùm dilectus de consuetud. Et in puncto, de quo agimus, tradit Abb. in cap. cùm dilectus, il secondo, num. 13. de præben. Felyn. & Dec. loc. citat. & post alios, Sanch. de matr. lib. 3. disp. 32.

Limitantur supradicta quando lex, vel homo

homo aliquid ſimpliciter prohiberet ſub pœna, nam ſi tunc legi contraueniatur, factum tenet, ſed pœna incurritur, Io. Andr. in cap. ſicut ne Cler. vel Monach. Cardin. & Abb. in Clem. 1. de reſcript. Felyn. in c. 2. de teſtib. Syl. in verb. lex, q. 28. latè Mandoſ. in d. reg. 15. q. 6. Ratio eſt, quia cùm annullatio actus ſit pœna, cap. ſuper litteris, ibi, (*in pœnam ſua peruerſitatis*) de reſcript. Clem. ſi Religioſus, ibi, (*& in pœnam præſumptionis illius electio eadem viribus vacuetur*) de elect. in 6. Gloſ. in cap. docet, in verb. proceſſus, de immunit. Eccleſ. in 6. Io. Andr. in cap. dipendia, de reſcript. in 6. Bar. in l. turpia, ff. de leg. 1. Abb. Felyn. & Dec. in cap. 2. de conſtit. Magon. in Deciſionib. Florent. deciſ. 36. Mandoſ. loc. cit. non debet, idem actus duplici pœna mulctari, l. ſanctio, ibi, (*nec ſanè veriſimile eſt delictum vnum eadem lege varijs eſtimationibus coerceri*,) ff de pœn. Idcircò actus non irritatur, & pœnę appoſitio eſt ſufficiens ſignum, quod legislator prohibendo actũ, voluit in caſus cõtrauentionis non irritari, l. fin. ff. de diuort. & repudijs; Multi tamẽ tenẽt nullitatem actus non eſſe pœnam, Innoc. in cap. ſi verò, de ſent. excomm. Anchar. in cap. fin. de elect. in 6. num. 4 q. 4. Felyn. in cap. 2. num. 3. de conſtit. Nau. conſil. 21. num. 5. de priuileg. & propterea actum corruere; Concordantur tamen opiniones, quod irritatio actus quando imponitur, ex defectu formę, vel modi non ſeruati, tunc non dicitur pęna, quia de ratione pœnę eſt, vt ob delicti punitionem infligatur, & ſecundum D. Auguſt. Pœna eſt læſio puniens, & vindicans, quod quiſque commiſit, cap. pœnitentia de pœnis diſt. 3. & ſupponit culpam, ſed abſque culpa ex defectu formæ, vel modi actus eſt nullus, quo etiam inuincibiliter ignorantes ligantur, ſi abſq; debitis ſollemnitatibus actus fuerit geſtus, Io. Andr. in cap. fin. num. 5. vbi Geminian. & Franch. de elect. in 6. Anton. de Butr. Abb. Imol. & Dec. in cap. 2. de conſtit. Quando verò nullitas actus imponitur ob contrauentionem legis prohibentis in odium contrauenientiũ, tunc dicitur pæna, d. cap. ſuper litteris, vbi Bald. & alij, & d. Clem. ſi Religioſus, Azeued. lib. 5. tit. 1 num. 13. latè Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 276. nu. 18. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 4. num. 9. & in hoc caſu procedit ſuprafirmata limitatio.

Pœna impoſita, quando incurratur, ſi quid fiat contra legis prohibitionem. Cap. III.

ADdendum eſt dictis, quod licèt actus nunquam reddatur nullus niſi in caſibus à iure expreſſis, Gloſ. in Clem. 1. in verb. alter, de præb. Menoch. in d. caſ 276. n. 17. tamen quando pœna imponitur in odium facientis aliquem actũ, etiam quod actus nulliter fiat pœna debetur, Bar. in l. non dubium. nu. 20. C. de legib. vbi dixit, quod actus factus contra legem habetur pro infecto, quoad vtilitatem ipſius facientis, non autem in ipſius damnum; Et hanc Bar. doctrinã ſequuntur Paul. de Caſtr. & Iaſ. ibidem nu. 9. Corn. conſil. 243. lib. 3 latè Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 7. q. 1. num. 23. & facit tex. in l. peto, § fratre. ff. de leg. 2. & l. pater, § filius, & § ſeq. ff. de leg. 3. Idcircò contraueniens legi prohibenti aliquem actum, ſi actum prohibitum nulliter faciat, punitur, cap. ſi Religioſus de elect. in 6. vbi conſenſus præſtitus, abſque licentia Superioris extra propriam

Reli-

Digitized by Google

culo mortis matrimonium contrahi, Nau. consil. 1. de sponsal. & cons. 6. & 44. de Clandest. desponsation. Spin. in specul. testamentor. Glos. 15. num. 44. 45. & 86. Henriq. de matrim. lib. 11. cap. 3. num. 5. & 8. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 17. Aliud est exemplum, quando lex, vel homo prohibet ne aliquid fiat, absque Consilio alicuius, nam si Consilium non petatur actus corruit, Glos. in cap. non est in verb. teneatur, de consuetud. per tex. in cap. Episcopus 15. q. 7. & c. nouit. & c. quanto, de his, quæ fiu. à Præl. Idem probant. Bar. in l. 1. §. si plures, ff. de exercit. act. Abb. in cap. ad Apostolicam de regular. Et licèt quis non teneatur sequi Consilium cap. 1. de Cappellan. Monach. cap. cùm veteri, vbi Abb. de elect. & c. cùm olim, de arbitr. & sic videtur, quod petitio Consilij sit leuis sollemnitas, hoc tamen non obstante ipsius omissio vitiat actum, vt per supracitatos DD. quos refert, & sequitur Felyn. in cap. ex parte, de constitut. Ratio est, quia non dicitur leuis sollemnitas, per quam facti substantia potest mutari si admittatur, Bar. in d. §. si plures. Cardin. in Clem. 1. in 11. q de offic. deleg. sed Consilium potest trahere ipsum petentem in sententiam consulti, l. item si vnus, cùm l. seq. ff. de arbitr. Felyn. & Dec. in d. cap. ex parte; Et eo magis supradicta procedunt, quando ex violationi modi fieret præiudicium tertiò habenti ius quæsitum, Glos. in Clemen. 1. in verb. inhibentes, de iur. patron. Imol. in repetit. cap. cùm contingat, vers. 4. casu de iur. iur. Felyn. in d. cap. ex parte, num. 5. & probat tex. in cap. si soli in fin. de concess. preben.

Tertia, est coniectura, quando lex, vel Superior prohibendo aliquid fieri, suspendit iurisdictionem, quia tunc contraueniendo, actus est nullus, Abb. in cap. dilectus, il secondo de præben. vbi allegat Innoc. in cap. fin. de accusation. qui dixit, quod alienatio facta à Prælato, cui Summus Pontifex prohibuerat, ne alienaret, est nulla; sic etiam collatio beneficij facta ab Ordinario illi, cui Papa mandauerat ne conferret, est nulla Io. Andr. in cap. constitutus, il primo, de concess. præbend. probat tex. in cap. veritas de dolo, & contumacia, cap. vt nostrum, de appell. cap. si soli, & cap. fin. de concess. præb. in 6. vbi collatio facta contra mandatum Pontificis, vel ipsius exequutoris, non valet, glos. in cap. si eo tempore, de elect. in 6. Contrarium tamen est, quando Summus Pontifex mandat Ordinario, vt certæ personæ beneficium conferat, nam alteri conferendo punitur ratione contrauentionis, sed actus tenet, d. cap. si soli; Ratio est, nam quando mandatur aliquid fieri ab eo, qui potest facere, excitatur Ordinarij iurisdictio, & mandatum intelligitur, vt ordinaria *authoritate* id faciat, Abb. in d. c. ex parte, vbi Felyn. num. 3. & Dec. numer. 6. de constitut. Secus tamen est, quando mandatur, ne certæ personæ conferat, quia tunc adimitur iurisdictio; Et licèt in mandato affirmatiuo tacitè includatur negatiuum, cap. non ne de præsumpt. id enim est per indirectum, & à contrario sensu, & fortior est prohibitio, quæ simpliciter, & directè negat, quam illa, quæ ex affirmatiua insurgit, Bal. in l. 1. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. acceder. & negatio magis negat, quam affirmatiuè affirmat Gl. in cap cùm dilectus de consuetud. Et in puncto, de quo agimus, tradit Abb. in cap. cùm dilectus, il secondo, num. 13. de præben. Felyn. & Dec. loc. citat. & post alios, Sanch. de matr. lib. 3. disp. 32.

Limitantur supradicta quando lex, vel homo

homo aliquid ſimpliciter prohiberet ſub pœna, nam ſi tunc legi contraueniatur, factum tenet, ſed pœna incurritur, Io. Andr. in cap. ſicut ne Cler. vel Monach. Cardin. & Abb. in Clem. 1. de reſcript. Felyn. in c. 2. de teſtib. Syl. in verb. lex, q. 28. latè Mandoſ. in d. reg. 15. q. 6. Ratio eſt, quia cùm annullatio actus ſit pœna, cap. ſuper litteris, ibi, (*in pœnam ſua peruerſitatis*) de reſcript. Clem. ſi Religioſus, ibi, (*& in pœnam preſumptionis illius electio eadem viribus vacuetur*) de elect. in 6. Gloſ. in cap. docet, in verb. proceſſus, de immunit. Eccleſ. in 6. Io. Andr. in cap. dipendia, de reſcript. in 6. Bar. in l. turpia, ff. de leg. 1. Abb. Felyn. & Dec. in cap. 2. de conſtit. Magon. in Deciſionib. Florent. deciſ. 36. Mandoſ. loc. cit. non debet, idem actus duplici pœna mulctari, l. ſanctio, ibi, (*nec ſanè veriſimile eſt delictum vnum eadem lege varijs eſtimationibus coerercri*,) ff de pœn. Idcircò actus non irritatur, & pœnę appoſitio eſt ſufficiens ſignum, quod legislator prohibendo actũ, voluit in caſus cõtrauentionis non irritari, l. fin. ff. de diuort. & repudijs. Multi tamẽ tenẽt nullitatem actus non eſſe pœnam, Innoc. in cap. ſi verò, de ſent. excomm. Anchar. in cap. fin. de elect. in 6. num. 4 q. 4. Felyn. in cap. 2. num. 3. de conſtit. Nau. conſil. 21. num. 5. de priuileg. & propterea actum corruere; Concordantur tamen opiniones, quod irritatio actus quando imponitur, ex defectu formę, vel modi non ſeruati, tunc non dicitur pęna, quia de ratione pœnę eſt, vt ob delicti punitionem infligatur, & ſecundum D. Auguſt. Pœna eſt læſio puniens, & vindicans, quod quiſque commiſit, cap. pœnitentia de pœnis diſt. 3. & ſupponit culpam, ſed abſque culpa ex defectu formæ, vel modi actus eſt nullus, quo etiam inuincibiliter ignorantes ligantur, ſi abſq; debitis ſollemnitatibus actus fuerit geſtus, Io. Andr. in cap. fin. num. 5. vbi Geminian. & Franch. de elect. in 6. Anton. de Butr. Abb. Imol. & Dec. in cap. 2. de conſtit. Quando verò nullitas actus imponitur ob contrauentionem legis prohibentis in odium contrauenientiũ, tunc dicitur pæna, d. cap. ſuper litteris, vbi Bald. & alij, & d. Clem. ſi Religioſus, Azeued. lib. 5. tit. 1 num. 13. latè Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 276. nu. 18. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 4. num. 9. & in hoc caſu procedit ſuprafirmata limitatio.

Pœna impoſita, quando incurratur, ſi quid fiat contra legis prohibitionem. Cap. III.

ADdendum eſt dictis, quod licèt actus nunquam reddatur nullus niſi in caſibus à iure expreſſis, Gloſ. in Clem. 1. in verb. alter, de præb. Menoch. in d. caſ 276. n. 17. tamen quando pœna imponitur in odium facientis aliquem actũ, etiam quod actus nulliter fiat pœna debetur, Bar. in l. non dubium. nu. 20. C. de legib. vbi dixit, quod actus factus contra legem habetur pro infecto, quoad vtilitatem ipſius facientis, non autem in ipſius damnum; Et hanc Bar. doctrinã ſequuntur Paul. de Caſtr. & Iaſ. ibidem nu. 9. Corn. conſil. 243. lib. 3 latè Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 7. q. 1. num. 23. & facit tex. in l. peto, § fratre. ff. de leg. 2. & l. pater, § filius, & § ſeq. ff. de leg. 3. Idcircò contraueniens legi prohibenti aliquem actum, ſi actum prohibitum nulliter faciat, punitur, cap. ſi Relgioſus de elect. in 6. vbi conſenſus præſtitus, abſque licentia Superioris extra propriam

Reli-

Digitized by Google

Religionem, licèt sit nullus, quia Religiosus non habet neque velle, neque nolle, electio etiam in pœnam præsumptionis est nulla, Aret. consil. 18. in primo dub. Marsil. in l. 1. §. præterea, ff. ad leg. Corn. de Sicar. Tiraq. de retractatu, §. 1. Gl. 9. num. 42.

Secundò est, licèt renunciatio beneficij sit facienda in manibus Prælati, cap. admonet de renunciat. ibi, (vniuersis personis tui Episcopatus prohibeas, ne Ecclesiæ tuæ Diœcesis ad ordinationem tuam pertinentes absque assensu tuo intrare audeãt, aut desinere, aut te dimittere inconsultò) aliàs nulla erit, Anton. de Butr. & Abb. in d. cap. admonet. & in cap. quod in dubijs de renunciat. Glos. in cap. Abbas 18. q. 2. & in cap. ex ore de his, quę fiu. à maior. par. Prælat. & Prælati interest ne dimittãtur beneficia, absque sua licentia, ne sibi, & Ecclesiæ fiat præiudicium, cap. significasti de for. compet. cap. clericum 11. q. 1. cap. non liceat, 3. q. 6. quia sicut non potest beneficium absque Superioris authoritate acquiri, sic nec admitti, cap. 1. de reg. iur. in 6. cùm dimittendo liberetur Beneficiatus ab onere Ecclesiæ inseruiendi, vt optimè Rota, quam allegat Nau. in cap. acceptam, in 7. opposit. numer. 31. de restit. spoliat. Valet tamen renunciatio beneficij nulliter facta in prejudicium renunciantis, non autem Prælati, Glos. in d. cap. quod in dubijs, in verb. in manum laicam, vbi Innoc. Ant. de Butr. & Abb. Castald. de Imperat. q. 103. num. 16. Cassiodor. dec. 2. num. 3 de renunciat. Put. decis. 30. Moedean. dec. 235 est communis opinio, quam probat Paris. d. q. 1. num. 12.

Tertiò, renunciatio beneficij simoniacè facta est nulla, Innoc. in cap. cũ vniuersorum de ret. permutat. Archidiac. in cap. ordinationes 5. q. 1. Valet tamen in præiudicium renũciantis. Glos. in cap. super hoc, in verb. pecunię, de renunciat. Aufrer. decis. Tolos. 458.

Quartò, præstans iuramentum non in manibus sui Superioris, licèt non valeat, tenetur tamen iurans seruare, cap. venerabile de elect.

Quintò, primogenitus renuncians in beneficium tertij geniti, non præiudicat secundo genito, sed tantùm sibi ipsi, Bal. cons. 589. lib. 2. Tiraq. de iur. primogenit. q. 27.

Sextò, cõsanguineus cedẽdo ius prothomiseos alteri, licèt cessio non valeat, reddit tamen se alienum à re cessa argum. l. cùm dominus, §. fin. ff. de pęnu. legat. Bald. cosil. 9. lib. 1. Tiraq. de retrac. §. 26. Gl. 2. num. 8.

Septimò, Clericus in minoribus obtinens beneficium, si matrimonium contrahat, ipso iure vacat beneficium, licèt postea constet matrimonium fuisse nullum, *quia cum consanguinea fuerat contractum. Ioan. Andr. in cap. 1. de cler. coniug. Pet. de Anchar. in cap. 1. eod. tit. in 6. & consil. 34. & licèt possit habitum reassumere, ex Trid. sess. 23. de Reform. cap. 6. & recuperat priuilegium, Anton. de Butr. in cap. clericos, de cler. coniug. Franch. in cap. nu. 6. eod. tit. in 6. Bonifac. Vitalin. in Clem. 1. nu. 55. de vit. & honest. cleric. nouum tamen beneficium debet obtinere, ità Sacra Congregatio declarauit die 12. Iunij 1587. Paris. loc. cit. num. 20.*

In contrarium tamen, quod per actum nullum pœna imposita à lege prohibente ne actus fiat, non incurratur, probant multa, & primo tex. in cap. non præstat, de reg. iur. in 6. vbi non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, & concordat tex. in l. 1. ff. de abigeis, & l. ea quidem, C. si mancip.

ità

Digitized by Google

ità alien. sine manum, vbi Bald. notat, quod per actum frustratorium pœna efficaciter non committitur, quia ex nihilo nihil fit.

Secundò, quia paria sunt non esse, & nulliter esse, l. duo sunt Titij, ff. de testam. tutel. Et quod nullum est, nullum producit effectum, cap. illud, de iur. patron. Et non entis nullæ sunt partes, cap. ad dissoluendum de desponsat. impuber. vbi matrimonium cum infante initum, accusari non potest, quia nullum est.

Tertiò, licèt emphiteuta alienans irrequisito domino cadat à iuro suo, l. fin. C. de iur. emphit. sic tamen contractus fuerit nullus, ius suum amittit, Bald. in l. 2. num. 3. C. de Episc. audien. Tiraq. de retrac. lignag. §. Glos. 2. num. 6.

Quartò, Prælatus ex communicans aliquem absque scriptura, suspenditur, cap. 1. de sent. excom. in 6. si tamen à tali sententia fuerit appellatum, vel paritum, quia sententia suo carnit affectu, excommunicans non suspenditur, Lapus alleg. 73. de sent. excom. Dom. & Franch. in d. cap. 1. dicit esse probabilem, Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 4. nu. 5. vers. & confirmatur.

Quintò, contrahens matrimonium Clandestinum con consanguinea, quia matrimonium non tenet, Clemen. 1. de consang. & affin. non incidit in excommunicationem Synodalem, latam contra Clandestinè contrahentes, nec in pœnam exhereditationis à lege 49. Tauri impositam, Gutt. Pract. qq. q. 4. nu. 7. Segura in direct. Iudic. p. 2. cap. 15. nu. 23. Petr. Ledes. de matrim. q. 45. ar. 5 Azeued. lib. 5. tit. 1. l. 1. num. 46. Sanch. d. disp. 4. num. 5. Ratio esse potest, quia quando contractus principalis non tenet, etiam pœnam non tenet, Glos. in cap. significantibus, in Glos. fin. vbi Bald. & Cardin. dicunt esse singularem, de offic. deleg.

Sextò, si partes dant iurisdictionem priuato sub pœna, quia actus non tenet, pœna non debetur, Glos. in l. sed si Patronus, §. fin. in verb. ac si ratione, ff. si quid in frau. patron.

Septimò, Notarius conficiens instrumentum falsum, si fuerit inualidum non punitur pœna falsi, l. 1. C. de sepul. viol.

Pro vera resolutione distinguendum est, quod aut lex annullans actum considerat factum, vel animum facientis, & tunc si actus nullus fiat, contra legem prohibentem sub pœna, debetur pœna, l. eum qui duas, C. de adult. l. quid ergo, §. cum factum, ibi, (si cum ea quis faciat nuptias, vel sponsalia cõstituat, quam vxorem ducere non potest, vel fas non est, exit notatus) vbi Bart. & alij, ff. de his, qui not. inf. Aut verò lex annullans actum considerat effectum ex actu resultantem, & tunc si actus factus contra legem sub pœna prohibenti sit nullus, pœna non debetur, l. ea quidem, ibi, (nec tamen pœnæ exactio, si quæ addita est conditioni non seruatę, iustam exigendi tribuit causam) vbi Glos. in verb. causam probat, Felyn. in cap. tua nos de iur. iuran. Guttier. Azeuued. Sanch. & alij locis citatis.

Aduertendũ tamen est, quod dictum Lapi in allegat. 73. quod excommunicans solo verbo si excommunicatio non habuit effectum non suspenditur ex falsa, quia tex. in cap. 1. de sent. excom. in 6. prohibens excõmunicationem solo verbo fieri, non considerauit effectum excommunicationis tantùm, sed maturitatem requirit in sententia excommunicationis ferendę, & factum ipsum considerauit, vt ex eodem tex. ibi, (cautè procedat Iudex Ecclesiasticus, vt in ea ferenda

osten-

Digitized by Google

ostendat se prosequi, quod corrigentis fuerit, & medentis) Idcircò cùm factum respiciat, & modum ferendæ sententiæ præscribat sub pœna suspensionis, si ipse modus seruatus non fuerit, licèt excommunicatio effectum non habuerit, incidet in suspensionem, vt probant omnia adducta pro primo capite distinctionis.

Item aduertendum est, quod dicta de matrimonio Clandestino prohibito sub pœna excommunicationis, & exheredationis, non procedunt absque difficultate, nam multi contrarium tenent, asserentes committi pœnam, licèt matrimonium Clandestinum ex alio capite nullum fuit, Sot. in 4. dist. 28. q. 1. art. 2. conc. 2. Veracruz in 1. par. spec. art. 10. in fin. Cordub. in sum. q. 52. in fin. Vega in sum. lib. 6. cas. 104. & post alios Molin. de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 16. Prima tamen opinio satis æqua est, idcircò amplectenda, vt aduertit Guttier. loc. cit.

Spontaneum an dicatur, factum ab eo, qui illud tenebatur facere.

QVÆST. XXXI.

NEgatiuè respondendum ex l. nouissimè, vbi Bal. ff. quod fals. tut. Io. Andr. in cap. præterea, il secondo, de iur. patr. & in cap. bona fides de reg iur. in 6. nã nõ dicitur spõtè fieri, quod fit ab eo, qui cogi potest vt faciat, licèt. n. voluntas, coacta, volũtas dicatur, c. meritò, 15 q 1. l. si patre, cogẽte, ff. de ritu nupt. nõ tamen est voluntas spontanea, Abb. in cap. 1. de reg. iur. Glos. in cap. notificante in verb. licentia 33. q. 5. Et facit regula tex. in l. velle, ff. de reg. iur. ibi, (*velle non dicitur, qui obsequitur imperio patris, vel domini*) Idcircò non dicitur spontè solutũ, quando petitio processit, quamuis soluens non teneretur, Petr. de Anchar. in Clem. præsenti in 5. notab. de censib. Dec. in cap. cùm M. Ferrariensis, num. 44. de constitut. Nam faciens actum censetur facere ex causa præcedentis obligationis, l. quædam, ff. de rei vendicat. Bar. in l. cùm solus, ff. de vsucapion. Ruin. consil. 122. num. 7. lib. 4. Grauett. consil. 202. num. 18.

Ex hac doctrina multa sunt determinanda, ex quibus magis eius veritas solidatur. Et primò compromissum factum inter consanguineos, licèt liberè fiat, dicitur tamen coactè factum, & non spontaneè, ex eo, quia ex dispositione Regiæ Pragmaticæ odia litium, poterant cogi ad compromittendum, Franc. de Aretio consil. 24. Angel. consil. 192. Salic. in l. fin. C. de iudic. Alex. in l. si quis maior, C. de transact. Det. in d. cap. cùm M. Ferrariensis nu. 34. *Idcirco si compromittens erat hæres, & fuerit condemnatus, non tenetur de proprio*, licèt se obligauerit stare laudo, & poterit opponere discussionem inuentarij; iuxtà tex. in l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. deliber. sic decidit Sacrum Concilium, refert Minadois decis. 25.

Secundò, stante statuto in aliqua Ecclesia, quod receptus in Canonicũ aliquid soluat, si receptus nouiter soluat, licèt spontè committitur Simonia, quia non dicitur spontè solui, ad quod poterat cogi, cap. dilectus, il secondo, de Simon. ibi, (*illud tamen gratanter recipi poterat, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum*) & sic quando procedit taxa, vel exactio, licèt spontè soluatur, Simonia committitur, quia illa oblatio censetur ex vi præcedentis taxationis, Abb. in d. cap. dilectus, num. 5. Dec. in d. cap. cùm M. Ferrariensis.

Tertiò,

Digitized by Google

Tertiò, debitor ex causa necessaria si legat suo creditori, censetur legare animo compensandi prætextu præcedentis necessitatis, l. si cùm dotem, §. si pater, ff. solut. matrim. Affl. decis. 138.

Quartò, Argentarius recipiens mandatum scribendi rationes, non tenetur ratione mandati accepti, ex quo tenebatur facere, & scribendo rationes, non censetur facere ratione mandati, sed ex causa suæ obligationis ratione officij, Bar. in l. 1. C. de edend.

Quintò, Officialis capiens Bannitum non lucratur præmium capientibus concessum, nisi in specie fuerit dictum, ex eo, quia ratione officij tenebatur facere, & capiendo, ex vi obligationis sui officij censetur feciſſe, Bar. in l. 3 §. item, ff. ad Sillan.

Sextò, Alimenta præstita pupillis existentibus in domo tutoris, censetur à tutore præstita, qui tenebatur, l. fin. C. de alimen. pupill. præstit.

Septimò, Rescriptum censetur impetratum ab eo, cuius impensis erat impetrandum, Capyc. decis. 4. num. 118.

Octauò, Ecclesia censetur reædificata à Prælato ad quem pertinebat reædificatio, Neuizan. consil. 19. & censetur depicta expensis hęredum illius, qui in testamento mandauerat depingi, Bar. in l. cùm seruus, ff. de verb. oblig. & in l. fin. vbi Bald. & Salycet. C. de alimen. pupil. præst. Barbat. consil. 62. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 11.

Ampliantur supradicta, quod in tantũ est vera regula, quod actus factus ab eo, qui tenetur facere, non dicatur sponte factus, sed ex eo, quia tenebatur, quod si fiat, non inferat pręiudiciũ facienti. Probatur nàm licèt scribens propriam manu nomine alterius, videatur fateri, & approbare, quod in scriptura continetur, l. fideiussor, §. 1. ff. de pignorib. §. 1. Instit. de empt. & vendit. Bar. in l. cùm tabernam, §. item quæ sit. ff. de pignor. Ant. Gabr. comm. concl. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. nu. 11. & item est si altera manu, confectam scripturam subscribat, l. emptor, §. Lutius, vbi Bar. Ang. Paul. de Castr. & Ias. ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. de constitut. pecun. l. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solu. Non tamen procedit quando scribens, vel subscribens tenetur, id facere ex officio, nam tunc neque approbat, neque fatetur contenta in scriptura; Exemplum est in Notario, qui ex officio tenetur scribere, & subscribere, Felin. in cap. 2. nu. 7. de fid. instrum. Paul. de Castr. Alex. & Ias. in l. cùm antiquitas, nu. 12. Cod. de testam. Bar. in d. l. sicut, §. non videtur, Gabriel. loc. citat. num. 15.

Idem est in teste, qui subscribendo se in aliquo instrumento, non approbat contenta in instrumento in sui præiudiciũ, sed per subscriptionem fatetur tantùm se actui fuisse præsentem, Glos. in cap. si quis præsbyterorum, de reb. Eccles. non alien. & in d. l. sicut, §. non videtur. Sic etiam in agnato, qui ex vi statuti tenetur assistere contractibus, qui ab agnata fiunt, nam subscribendo, sibi non affert pręiudicium, cùm ex subscriptione tantùm testetur se fuisse præsentem ex vi statuti, Alciat. in l. si ità stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verb. oblig. Anton. Gabr. loc. citat. num. 22. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 66. num. 17. cum seq.

Et vera est regula, quod subscribens actum, qui ipso inuito geri poterat, non dicitur consentire, nec assensum præstare, l. Caius, vbi Glos. vlt. vers. tu autem, ff. de pignora. action. Et propterea licèt ex iuris dispositione recipiens litteras, videatur ipsas approbare, & fateri, quæ in

Digitized by Google

ipsis continentur, Bar. in l si filius, la seconda. ff. ad Macedon. & in l. cùm tabernam, § 1. ff. de pignor. Bald. in rubr. C. de fid. instrum. & in c. fin. de iur. iur. Abb. in cap. cùm iniustè de procurator. & consil. 88. lib. 1. Hoc procedit, quando litteræ continent ea, quę à voluntate recipientis procedunt, non autem, quæ coactè fieri possunt; Idcircò si litteris significetur pecuniam fuisse sequestratam, recipiens litteras non censetur annuisse sequestro, Comensis consil. 177. col. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 65. num. 10.

Aduertendum tamen est, quòd licèt subscribens scripturas censeatur fieri cõtenta in illis, vt dictum est, hoc non procedit, quando subscribens, scripturam non legerit, nam non censetur approbasse, Glos. in d. cap. si quis præsbyterorum, & Glos. 2. de reb. Eccles. non alien. Bar. in l. quæ dotes, col. vlt. ff. solut. matrim. Ant. Gabr. dicta concl. 3. Menoch. d. præsumpt. 66. num. 21.

Gesta per Procuratorem, quando Principali noceant.

QVÆST. XXXII.

Requisita, ad hoc vt non officiant. Cap. I.

GEsta à Procurarore meo mihi non præiudicant, nisi nomine meo gesta sint, l. si ego, ff. quod vi, aut clam, Bar. in quæst. 5. incip. Aduñantia generalis, sicut non sufficit, quem esse tutorem, nisi constet, quod tutorio nomine agat, l. 3. §. sed & si quidem, ff. iudic. solu. Sic, & factum socij societati non nocet, nisi nomine societatis sit gestum, l. si vnus, §. 1. ff. pro socio. Duo igitur, requiruntur, vt constet de mandato, & vt nomine mandantis fiant.

Mandatum regulariter potest testibus probari, l. cùm te, transegisse, C. de transaction. Glos. in l. maritus, C. de procurat. Bar. in l. 1. C. eod. tit. Secus tamen est in mandato ad exigẽdum, nam requirit scripturam, Bal. in l. falsus, num. 27. C. de furt. Alex. in l. 1. n. 16. C. de procur. Cremensis singular. 139. Boerius decis. 281. Caualcan. decis. 45. num. 16. par. 1. Idem est in mandato ad lites, nam etiam requirit scripturam, Ioannes Andr. in addit. speculat. titul. de procurat. §. ratione, in additione incipiente, testes, & ità consuetudine receptum est, etiam in Regni Hispaniarum, Gregor. Lopez in lege 21. Glos. 1. tit. 5. par. 3. Idem est, etiam in mandato Principis, & in mandato circa vsum iurisdictionis, vt non nisi per scripturam probetur, Io. de Platea in l. prohibitum, C. de iur. fisc. lib. 10. Caualcan. decis. 11. par. 1. Cancer. variar. resolut. cap. 14. de procurator. num. 177. cum seq. Quomodocunque agitur mandatum probetur, siuè per testes, siuè per scripturã sufficit illud adesse, licèt non fuerit exibitum, l. si procurator, ff. de procurator.

Potest tamen Iudex, etiam parte non opponente præcipere, vt mandatũ procuratoris exhibeatur in actis, Glos. in c. 1. verb. absentia de elect. in 6. Bar. & Bal. in l. licèt, C. de procurat. Ratio est, quia Iudicis interest ne actus ab ipso facti reddantur eluforij, Paul. de Castr. in l. Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de procurator. Roman. consil. 170. num. 2. per tex. in l. si Prætor, ff. de iudic. Potest etiam pars opponere, vt mãdatum exhibeatur in actis, aliàs acta post oppositionem facta sunt nulla,

Digitized by Google

nulla,Bal.in l.1.in 2.lect.num.3. ff. de procurat.& in consil.122.lib.3. Alexand.consil.146.lib.5.Aymon. Crauett.cons.108. Quando autem debeat fieri protestatio,seù petitio, vt mandatum exibeatur, vtrum in quolibet actu, an verò sufficiat semel illam fuisse factam adhoc, vt acta postea facta sint nulla,latè tradit Marescott. variar. resolut. lib.1. cap.92.

Si mandatum fuerit factum in personam Regularis, & non constet de licentia Superioris,idem est dicendum,& in hoc maximũ est dubium, nam multi tenent actus corruere, nisi constet de licentia, Dec. consil. 404.& 449.& in cap. 2.nu. 79.de Iudic.Caputaq.decis.174.par.1.ea ratione, quia Regularis non potest esse procurator, absque Superioris licentia, nec etiam alium substituere absque Superioris licentia, Clemen.Religiosus,de procurat.Contrariam tamen sententiam veriorem, & æquiorem multi tenent, videlicèt, quod parte non opponente,actus valeant, Felyn.in d.cap. 2. de iudic. Paris. qui de magis communi opinione,consil.100. nu. 16. lib.12.Roman. consil.235. & 409. & singular.145.Achilles de Graffis decis. 5. de procurator. Bisignett. decis. 4. de offic. Vicar. Probatur, Regularis non potest esse exequutor vltimarum voluntatum absque Superioris licentia,cap. si Religiosus de testamen.in 6.nec sufficit tacita licentia, sed requiritur expressa, Clem. vnica, vbi Glos. in verb. obtenta de testament.& hoc etiam respectu dispositionum ad pias causas, ex illa ratione, quia Regularis non habet neque velle, neque nolle,sic in proprijs terminis dixerunt, Couar. in cap.tua nos de testamen. Syl.in verb.testamentum, 2. nu. 2. Molin.de iust.& iur.disp.247.& tamen acta facta per Regularem exequutorem testamentarium si pars non opposuit, valent, Federic. de Senis consil.293.Roman.d. consil. 235.Thuscus in verb. exequutores, concl.498.Molfes.in 2.par.sum. de vltim. volunt. Sic etiam miles non potest cõstitui procurator,si tamen constituatur,& pars non opponat, acta facta tenent,l. filius familias,§. veterani, ff. de procurator. Et in propria materia, de qua agimus, latè fundat Marescott.d.cap. 92. qui alios allegat.

Non solùm autem Iudice præcipiente,vel parte opponente mandatum est exhibendum, nec sufficit illud existere,vt supradictũ est, sed etiam quãdo procurator nomine sui principalis protestatur contra tertium, nam ad iustificandam protestationem,ad hoc vt is,contra quem protestatur,constituatur in mora, exhibendum est mandatum,l.si quis inficiatus,vbi Bar.ff.deposit.l.non solùm,§.qui alieno,vbi Bal.ff.de procurat.cap.cùmana de elect. Afflict. decis. 316. Et Regulariter in extraiudicialibus,etiam parte non opponente debet constare de mandato, in iudicialibus verò sufficit illud adesse,licèt non sit exhibitum, parte tamen non opponente,vel Iudice non mandante, vt supra dictum est,probat Tiraquell. de retract. lignagij,§.1.Glos.10.nu.93.& 107. latè Cancer.variar.resolut.cap.14. de procurat.num.124. cum seq.

Casus, in quibus gesta Procuratoris, Principali nocent. Cap. II.

PRæiudicat autem Procurator suo principali si eius nomine aliquid confiteatur,non tamen sponte, sed ex Iudicis præcepto,l.non solùm,ff. de procurat.cap.1.vbi Felyn.n.14.

Digitized by Google

vt lite non contestat. vt optimè explicat, quando dicatur confessio necessaria per modum contentiosæ iurisdictionis, & quando voluntaria, de quo latè etiam Ruin. consil. 150. Brunus 113. Mascard. de probat. conclus. 369.

Item non appellando à sententia contra principalem lata, nàm licèt ex suo officio teneatur appellare, si tamen non appellauerit, præiudicat, Bar. in l. 1. §. 1. si procurator, num. 4. ff. si quis ius dicent. non obtemperau. & in l. 1. §. fin. ff. quando appellan. sit Innoc. & Canonist. in cap. 1. Vt lite non contestat. Poterit tamen principalis pro suo interesse agere contra Procuratorem, qui non appellauit, & Procuratore non existente soluendo, restituitur in integrum, etiam post lapsum decennium ad appellandum, Gl. & DD. in l. 1. §. fin. ff. quando appellan. sit, auth. hodiè, vbi Salicet. C. de appellat. Oltrad. consil. 157. per tex. in l. fin, ff. de eo, per quem fact. est, Brun. consil. 149. vol. 2. Procurator tunc dicitur esse non soluendo, quando non habet bona in territorio, vel ibi propè, vbi lis agitur, Rolan. à Valle consil. 91. nu. 16. & 18. vol. 4. Thesaur. decis. 40. Cancer. loc. cit. num. 22. & seq.

Præiudicat etiam Procurator, soluendo aliquam pensionem nomine sui principalis, nam per talem solutionem constituitur recipiens in quasi possessione exigendi, Felyn. in cap. sicut, num. 31. de sent. & re iudicat. Caualcan. decis. 45. nu. 12. Osascus cons. 1. Facit dictum Innoc. in cap. nonnulli de rescript. Et hoc procedit, etiamsi absque mandato scienter tamen domino soluat, nam aliàs soluendo absque mandato, & inscio domino, nullam quasi possessionem acquirit recipiens, Corn. consil. 19. vol. 2. Peregrin. de fideicomm. art. 46. num. 22. Cancer. loc. cit. nu. 25. & cap. 6. de solutionibus, num. 43.

Etiam præiudicat factum Procuratoris domino, si excedit fines mandati, domino tamen sciente, & tacente, cap. cùm olim, il primo, vbi glos. in verb. protinus de offic. deleg. & cap. fin. de iure iur. in 6. latè Felyn. in cap. 1. lite non contest. Dec. consil. 437. Scientia tamen, & securitas domini debet esse eo tempore, quo actus geritur à Procuratore, ad hoc, vt præiudicet Abb. in cap. nonne de præsump. Alex. in l. sæpè, numer. 87. ff. de re iudic. Glos. in l. Caius, ff. de re iudic. Felyn. in dicto cap. cùm olim, num. 7. Subsequens enim scientia domini, sibi non præiudicat, nisi alius actus concurrat, Bar. in l. quo enim, ff. rem rat. haber. Dec. consil. 97. nu. 3. Alex. & Abb. loc. citatis. Et sic intelligenda sunt iura supradicta in d. cap. cùm olim, & d. cap. fin. Roland. à Valle consil. 70. num. 12. vol. 1. Cancer. loc. cit. num. 11. cum. seq.

Non solùm præiudicat Procurator suo principali *in his, quæ mandata* sunt, sed *etiam in accessorijs*, & in his, quæ *veniunt in* consequentiam *rei* principalis demandatæ; Ratio est, quia Procurator censetur habere mandatum, etiam ad ea, quę sunt accessoria, l. quicunq; §. si ei quem, & §. seq. ff. de institutor. action. Et idem est iudicium de his, quæ veniunt in consequentiam actus principalis, ac de ipso facto principali, l. 3. C. vbi caus. fiscal. Idcircò Procurator ad vendendum, potest solutionem recipere, & etiam fidem habere de prætio, & transferre dominium. l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, vbi Bar. ff. de re iud. l. 1. §. 1 ff. de except. rei vend. & trad Sic etiam, habens facultatem exigendi pensionem alicuius fundi, potest locare fundum non existente principali, vel alio Procuratore ad locandum, nam sicut mandatū trahitur ad consequens

Digitized by Google

sequens necessarium, ità & ad antecedens, l. ad legatum, & l. ad rem mobilem, ff. de procurat. licèt contrarium dixerint, Roman. singular. 624. & consil. 330. nu. 11 & consil. 461. num. 20. Felyn. in d. cap. cùm olim, & in cap. præterea, de offic. deleg. & in cap. causam, quę num. 7. de re iudic. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 3. legendus tamen est Cancer. loc. cit. num. 92. cum multis seq.

Limitantur, supradicta, vt Procurator non præiudicet domino; Primò in prorogatione iurisdictionis, Innoc. in cap. de causis de offic. deleg. Abb. in cap. cùm olim, Abbas de offic. deleg. Felyn. in cap. P. & G. num. 11. de offic. deleg. Guido Pap. dec. 285. Secus tñ est domino sciẽte, & patiente, Innoc. in cap. ex parte de rescrip. Nec etiam procedit limitatio, quando esset Procurator, cùm libera facultate, nam tunc potest in Iudicem incompetentem consentire, l. procurator, cui generaliter, ff. de procur. Canon. omnes in d. cap. cùm olim, Abbas, Felyn. in d. cap. P. & G. Angel. in l. 2. ff. de iudic. Natta consil. 413. num. 5.

Secundò, fallit quando per factum Procuratoris, vel ipsius confessionem, principalis incideret in aliquod delictum, nam non sufficit generale mandatum, l. 3. §. si procurator, ff. quod quisque iur. l. non solùm, ff de procur. l. si procurator, ff. de condit. indebit. cap. 1. de iur. iur. in 6. Bar. in l. vnica, §. si procurator, ff. si quis ius dicen. non obtemp. Nau. consil. 19. de empt. & vendit. & consil. 4. ne Cler. vel Monac. Ratio est, quia factum illicitum, nunquam censetur demãdatum, Lapus alleg. 127. Gemin. in cap. eum, qui de præbend. in 6. Idcircò delictum administrationis, Procuratoris, vel similium personarum, non nocet dominis, Anchar. consil. 158. num. 14 allegat tex. in d. l. 1. §. si procurator. Ad incurrendum autem delictum, vel pœnam ex facto Procuratoris, requiritur specialissimum mandatum, Bar. in l. filius familias, num. 11. ff. de donat. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 315. num. 23. cum seq. Eugenius consil. 60. num. 48. Hinc est, quòd licèt procurator habeat potestatem appellandi, & teneatur ex officio appellare, non tamen potest appellare à laudo, cui promisit principalis stare sub pœna, absque speciali mandato, ad hoc, vt fiat locus pœnę in compromisso appositæ, Roland. à Valle consil. 43. num. 11. vol. 1. Caualcan. decis. 33. par. 2. Cancer. d. cap. 14. num. 70.

Hinc inoleuit practica in hoc Regno, vt declaratio circa vsum scripturarum præsentatarum in processu, & depositionum testium in eodem processu productarum, non solùm fiat formiter à Procuratore, sed etiam à principali ratificetur, nam si reperiatur falsa scriptura præsentata, vel testis falsus productus non solùm ex vi Regiæ Pragmaticæ, incipientem Testem fallum, admittatur causa, sed etiam producent falsos Testes, vel falsas scripturas, punitur, ad quod nullo pacto posset condemnari principalis ex facto Procuratoris, vt suprà probatum est. Qui autem sint casus, in quibus requiritur speciale mandatum, tradit Glos. in cap. qui ad agendum, vbi etiam Franch. de procurator. in 6.

Procurator, debet nomine Principalis agere, ne illi noceat. Cap. III.

ALterum, quod requiritur est, vt Procurator nomine sui principalis agat, prout de iure tenetur facere,

Digitized by Google

facere, ca. 1. de procuratorib. Quæ procedit, non solùm in Procuratore constituto ab homine, sed etiam à iure, Lapus alleg. 51. Idcircò Prælatus, quando pro Ecclesia expeditur, nomine ipsius Ecclesiæ agere debet, sicut & quilibet alius, qui iniuriam Ecclesiæ prosequitur, ne in deteriorem statum protrahatur, cap. cùm olim, vbi Glos. in verb. per exceptionem de testibus. Et in supradicto casu, vnus potest cæteris cõtradicẽtibus pro Ecclesia agere, cap. 1. de his, quæ fiu. à maior. par. cap. Glos. in d. verb. per exceptionem, vbi multa allegat.

Idem est in oblato, qui post oblationem personæ, & bonorum Ecclesiç factam, non potest proprio nomine agere, nec stare in iudicio, cap. non dicatis 12. q. 1. cap. de præsentium 16. q. 1. auth. causam quæ, C. de Episcop. & Cleric. ex quo dicitur mortuus mundo, Hostiens. in cap. 2. de postulan. Federic. de Senis cons. 287. Tuschus in verb. procurator, concl. 281. Nàm aliàs simpliciter comparendo, vel agendo procurator dicitur nomine proprio agere, ex regula, quod actus simpliciter factus censetur nomine proprio gestus, l. & magis, ff. de solution. l. 3. §. 1. versic. & hæc quidem, ff iudicat. solut. Bart. in l. post dotem, ff. solut. matrim. latè congerit Mascard. de probat. in verb. actus, concl. 28.

Fallit tamen hæc regula, quando processit mandatum, & postea sequitur actus, nàm licèt non dicatur fieri nomine mandantis, censetur tamen nomine ipsius gestus, l. qui in aliena, §. si is, qui, ff. de acquir. hæred. l. qui negotiationem, vbi Bar. ff. de administrat. tutor. l. qui seruum, vbi Bart. ff de interrogator. action. Est communis opinio, quam probant Ias. in d. l. post dotem, num. 75. ibidem Bolognettus num. 100. Ruin. cons. 75. lib. 5. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsump. 24. Tiraquell. lib. 2. de retract. in fin. num. 115. Barbos. in d. l. post dotem, num. 23.

Ratio est, quia ex quo procurator accepto mandato tenebatur facere, simpliciter faciendo, in satisfactionem propriç obligationis censetur fecisse, aliàs videretur dolum committere, si negotium ad dominum pertinens, cuius mandatum receperat, proprio nomine faceret, l. dolus, ff. mandat. Et semper est sumenda præsumptio ad euitandum delictum, l. meritò, ff. pro Socio, Barbos. in 3. par. rubric. ff. solut. matrim. nu. 82. Sicut in tutore, qui ex obligatione proprij officij tenetur comparere, & agere negotia pupilli simpliciter comparẽdo, vel agendo, censetur tutorio nomine, l. Lutius, §. tutorũ, ff. de administr. tutor. Bar. in l. Titium, §. altero, ff. eod. tit. Abb. consil. 2. num. 3. per tex. in l. eius, qui in Prouintia, ff. si cert. pet. Nam actus simpliciter gestus, *non* expresso nomine, censetur *factus* nomine illius, qui tenebatur facere, l. cùm seruus, ff. de verb. obliga. per tex. in l. fin. C. de *aliment. pupill.* præstan. Felyn. *in* cap. sicut, nu. 31. de re iudic. Mascard. loc. cit. nu. 6. Idcircò actus pertinens ad Procuratorem proprio, & procuratorio nomine si simpliciter fiat, censetur nomine vtriusque factus, l. final. & l. post mortem, §. tutor, vbi Bar. ff. quando ex fact. tutor. Abb. d. cons. 2. num. 4. Mascard. loc. cit. num. 5. quia regulariter actus semper censetur factus nomine illius ad cuius commodum spectat, Rimin. Senior consil. 21. nu. 14 vol. 1. faciunt notata per Canonist. in cap. nonnulli, §. sunt autem de rescript. Mascard. loc. cit. n. 9. Nec obstat, tex. in l. 3. §. 1. ff. iudicat. solui, quia procedit, quando quis fecit actum non tanquam tutor, quia ignorabat se esse tutorem, latè explicat Barbosa

dicta

dicta l. post mortem, numer. 23. & seq.

Supradicta autem non procedunt respectu tertij ignorantis mandatum contrahentis cum illo, qui habens mandatum specialiter contrahit, nam tunc nomine proprio censetur contraxisse, l. eum, qui, C. si cert. pet. Bar. in d. l. qui in aliena, Alex. in l. quæ dotis, num. 5. ff. solut. matr. Ruin. in l. 1. §. nunciatio, num. 83. ff. de nou. oper. nunc. Corn. cons. 6. secus tamen est si sciret mandatum, nam etiam respectu tertij procedunt supradicta, l. sed Iulianus, §. sed si, ff. ad Macedonian. Bar. Alex. & Barbos. locis citatis.

Legata quę, & quando dicantur adempta.

QVÆST. XXXIII.

Conditionalia legata, & substitutiones, an censeantur adempta in ademptione simpliciter facta. Cap. I.

ADemptio legatorum simpliciter facta non comprehendit legata conditionalia, neque substitutiones, l. Paula Callimacho, §. 1. ff. de leg. 3. Oldrad. consil. 16. Paul. de Castr. in l. peto, §. 1. ff. de leg. 2. Ruin. consil. 23. vol. 2. Franch. decis. 169. num. 3. Ratio conclusionis secundum aliquos est, quia ademptio legatorum est odiosa, idcirco strictè interpretanda, vt per supracitatos, quibus addendi sunt, Bal. consil. 28. lib. 3. Alex. consil. 169. nu. 5. lib. 5. Oddo consil. 43. num. 33. Mantica de coniect. vltimarum voluntatum lib. 12. tit. 2. nu. 2. Surd. decis. 38. num. 24. Multi tamen ex grauissimis DD. negant ademtionem legatorum esse odiosam, & probant esse fauorabilem ex eo, quod per ademptionem legatorum remanet hæres in parte liberatus, & minus grauatus, Paul. de Castr. & Soccin. in l. si ità fuerit, ff. de condit. & demonstrat. Alciat. in rubr. ff. de acquir. possess. & responso 492. num. 6. 494. nu. 5. & 585. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 167. num. 3. Gratian. Discept. Forens. tom. 2. disceptat. 251.

Idcircò vera ratio suprafirmatæ conclusionis est, quod ademptio legatorum non præsumitur, nec censetur legatum reuocatum, l. 3. §. si duobus, ff. de adimend. legat. Bal. in si pluribus, ff. de leg. 1. Corn. cons. 26. num. 7. lib. 2. & Glos. singulariter dixit in l. fin. in fin. ff. de his, quæ pœnæ nomine &c. Quod vbi constat esse effectum legatum, probanda est ademptio, quod etiam latè comprobant Mantic. de coniect. d. lib. 12. tit. 2. Surd. d. decis. 38. num. 24. & semper, quod potest sumi alia coniectura, quam ademptionis, sumẽda est, Aret. in l. planè, §. si coniunctim, num. 9. vbi etiam Ial. ff. de leg. 1. Alex. consil. 157. num. 2. lib. 7. Natta consil. 476. nu. 15. & 483. num. 14 Cefal. consil. 67. num. 4. lib. 1. Rolan. à Vall consil. 31. num. 3. lib. 4. Menoch. consil. 254. lib. 3. Quia non præsumitur testatorem mutasse volũtatem, l. qui testamentum, ff. de probation. Idcircò ademptio simpliciter facta verificatur in id, quod minus est, & hoc ex præsumpta mente testatoris, quæ tanquam lex obseruãda est, & hoc non solùm in expressa voluntate testatoris, sed etiam in tacita, cùm legatũ non solùm expressa voluntate, sed etiã tacita reuocetur, l. 3. §. fi. ff. de adimend. leg. Et non solùm per contrariam voluntatem testatoris solem-

Digitized by Google

solemniter explicatam reuocatur legatum, sed etiam per actũ minus solemnem, d. §. fin. vbi glos. in verb. nuda, & l. ex parte, ff. eodem tit. de adimend. legat. & licèt de iure testamentum solemne non reuocatur, nisi per ipsius confiffionem, vt in d. l. ex parte, & dicto §. fi. vel per secundum testamentum solemniter confectum, §. posteriore instit. quib. mod. testam. infirm. (quod tamen in foro conscientiæ non procedit, nam sufficit simplex, & nuda testatoris voluntas ad tollendum testamentum omni solemnitate vallatum, Bal. in l. 1. nu. 153. C. de Sacr. Sanct. Eccl. Imol. in cap. relatum, il primo, num. 11. de testam. Gomes. ad lege Tauri lege 3. nu. 102. cum seq. Mol. de ius, & iur. disput. 153. versic. in euentibus autem, Vasq. in opuscul. de testam. cap. 2. dub. 2. num. 13.) in ademptione tamen legatorum in vtroque foro sufficit nuda voluntas, d. l. 3. §. fin. ibi, nuda, vbi Glos. & in d. l. ex parte in verb. denegabitur.

Text. autem in d. l. Paulo Callimacho habet varias restrictiones, & prima est, vt procedat ex benignitate in beneficium filiorum institutorum, & in odium Fisci, qui hereditatem grauati de restituendo si sine filijs decesserit vindicabat, & propterea multi tenent, quod cessante fauore liberorum, cesset dispositio dicti textis, & ademptio legatorum simpliciter facta, etiam legata conditionalia comprehẽdit, tradit Cuman. ibidem, allegat tex. in l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 3. Idem probant Aretin. in l. qui Romæ, §. duo fratres, vbi etiam Crotus num. 89. ff. de verb. oblig. Franch. d. decis. 169. Secunda est, vt procedat tantum in legato facto sub conditione si absque filijs decesserit, nõ autem sub alia conditione, ex illa ratione, quod conditio supradicta, si absque filijs decesserit, multa habet specialia, iux. tex. in l. generaliter, C. de instit. & substitut. de quibus latè tradit Franch. decis. 150. Tertia, restrictio est, vt non procedat in casu, quando verba ademptionis non possunt verificari in alio, quam in legato sub conditione, nam tunc legatum cõditionale censetur ademptum ex reg. tex. in l. coheredi, §. qui patrem, ff. de vulg. & pupill. substit. l. doli clausula, ff. de verbor. obligat. & propterea licèt vera sit conclusio, quod ademptio legatorum, quæ insurgit ex verbis testatoris, quod legatarius non possit plus petere, iux. tex. in l. peto, §. 1. ff. de leg. 2. non operatur in legatis difformibus videlicèt conditionatis, vel in diem, quia verba illa, vt non possit plus petere, quia legato simplici adiuncta sunt, verificantur in legatis eiusdem formæ, non autem in difformibus, vti sunt legata conditionalia, Bar. in l. fideicomissa, §. si quis ità, ff. de leg. 2. Bal. in l. Liberti, libertequę, nu. 35. C. de oper. libert. Franch. d. decis. 169.

Et quod ademptio legatorum simpliciter facta, comprehendat legata conditionalia, quando in alio verificari non potest, in specie defendit Ruin. consil. 23. num. 17. volum. 2. Ratio conclusionis, quia sicut dispositio legatorum dependet à voluntate testatoris, ità & ademptio, & sufficit etiam per coniecturas constare de voluntate testatoris, prout late prosequuntur, Menochius lib. 3. de præsumption. præsumpt. 37. & lib. 4. præsumpt. 167. Gratian. in d. disceptat. 251. & post alios Franc. Niger controuers. forens. 118.

Nomi-

Digitized by Google

Nomina debitorum legata, an censeantur extincta si fuerint exacta, vel etiam alienata. Cap. II.

HInc infertur primò, quod legatum crediti, seù nominis debitoris censetur estinctum, & reuocatum si à testatore fuerit exactum, l. fideicommissa, § si rem suam, ff. de leg. 3. l. si sic legatum, §. si mih, ff. de leg. 1. & procedit d ctum, etiam si ipsemet debitori quantitas debita fuisset legata, nam si testator viuens, exegerit, legatum censetur extinctum, l. non solum, §. liberatio, ff. de liberat. legata, Menoch. Mant. & Niger locis citatis. Exactio autem debet probari, quod eo animo fuit facta, vt legatum adimatur, Gl. in d. §. liberatio, in verbo exactum; Et propterea, si exacta pecunia, in aliud creditum, vel corpus fuerit subrogata, legatum non censetur extinctum, Bal. in l. 3. num. 3. C. de leg. & in pecunia legata exacta à Montibus, & conuersa in aliud corpus, probant Alex. consil. 157. lib. 7. per tex. in d. l. fideicommissa, §. si quis ità, Cef. cons. 144. n. 34. Rom. cons. 229. Menoch. cons. 254. lib. 3. & de prçsump. lib. 4. præsump. 168.

Secundò infertur, quod per alienationem rei legatæ factam à Testatore, censetur extinctum legatum, l. rem legatam, ff. de adimend. leg. d. l. fideicommissa, §. si rem. Est communis opinio omnium, Alex. Imol. & Ias. in l. seruũ. filij, §. idem serues. ff. de leg. 1. Menoch. d. lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 167. Niger dicta controuers. 118. Hoc autem non procedit ex vi alienationis, sed ex eo, quia per alienationem censetur voluisse testatorem adimere legatum, Bar. in l. cũ seruus, ff. de adim. leg. Soccin. Iun. consil. 162. lib. 2. num. 2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 6. num. 5. Gratian. in d. discept. 151. num. 63. Idcircò communis est resolutio, quod alienatio rei legatæ, est sufficiens coniectura, quod testator voluerit reuocare legatum, quando tamen voluntaria fuit alienatio, non autem necessaria, & ità procedit, tex. in d. l. fideicommissa, §. si rem, & in d. l. rem legatam; & parum refert, an testator rem legatam alienauerit titulo lucratiuo, vel oneroso, nam sufficit, quod nulla præcedente necessitate, quoquo modo alienauerit, Bald. in l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de leg. 2. Boer. q. 9. Gabr. consil. 102. num. 5. & 6. lib. 1.

Supradicta procedunt, etiam si cum pacto de retrouendendo alienauerit, nam vera est alienatio, sic in specie tradunt Anton. Gomes. variar. resol. tit. de leg. cap. 12. Franch. decis. 103. num. 3. Boer. decis. 48. num. 13. Gratian. d. discept. 251. num. 47. Et propterea quando super re legata venduntur à testatore annui introitus cum pacto de retrouendendo, & cum promissione solutionis annuorum introituum de propria pecunia, prout comm uniter hodiè celebrantur contractus emptionis, & venditoinis annuorum introituum, non censetur res propriè vendita, sed submissa pro solutione annuorum introituum, quia principalis intentio veditoris, quæ attendenda est, l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. non fuit vendendi proprietatem, sed submittendi cum animo ipsam iuendi, Affl. dec. 80. Franch. decis. 283. vbi notabiliter determinat, quod annui introitus venditi super fruct bus feudi cum assensu, & in subsidium super burgensatica cum pacto de retrouendendo, minuunt totum patrimonium dicitur, etiam voluntaria

Digitized by Google

alienatio, quæ ex cauſa delicti procedit, Bald. conſil. 20. vol. 2. Ruin. conſil. 23 vol. 5. Molin. de primog. Hiſp. lib. 4. cap. 11. nu. 7. Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. Gloſ. 17. num. 15.

In dubio alienatio rei legatæ cenſetur facta ex cauſa neceſſaria, & non voluntaria, ad hoc vt legatum ſuſtineatur, nec cenſeatur ademptum, Iacob. Butricar. in l. 3. C. de leg. Alex. conſil. 168. n. 5. lib. 6. & 157. num. 1. lib. 7. Soccin. Iun. conſil. 162. num. 24. lib. 2. Menoch. dicta præſumpt. 167. Gratian. loc. cit. nu. 68. Niger in d. controuerſ. 118 nu. 3. E dicenti alienationem fuiſſe factam ex cauſa voluntaria, incumbit onus probandi, ex eo, q recuſat prę-ſtare legatū, q à iure non præſumitur à teſtatore fuiſſe reuocatum, l. Lut. in fin. ff de leg. 2. d. l fideicommiſſa, §. ſi rem, in verb. probationem, & in verb. exigendam, Alex. in addit. ad Bar. in d. l. rem legatam, idem Alex. conſil. 168. num. 20. & 169. numer. 3. volum. 6. Mantic. & Menochius locis citatis, quibus addendus eſt, Thuſcus in verbo legatum, concluſion. 138. num. 155.

Hæc præſumta voluntas teſtatoris reuocandi legatum, quæ ex voluntaria alienatione ipſius rei inſurgit, locum habet etiam in legatis pijs, prout in legato libertatis, probat tex. in l. verum, ff. de manumiſſ. teſt. Gloſ. in l qui duos, § fin. vbi Iacob. de Arena, Odoffred. & Alberic. ff. eod. tit. & in quolibet legato pio, probant Socc. Iun. conſil. 162. nu. 11. lib. 2. Natta conſil. 623. num. 3. Vaſq. de ſucceſſion. lib. 3 tit. 5. de legat. § 28. num. 10. latiſſimè probat Menoch. conſil. 429. lib. 5. vbi ex multis fundat opinionem, contra Bar. conſil. 26. lib. 1.

In tantum atendenda eſt voluntas teſtatoris in materia, de qua agimus, vt etiam per alienationem voluntariam, ſed inualidam, cenſeatur ademptum legatum ex ratione illa, quia etiam per actum nullum declaratur voluntas, l. fin ff de rebus eor. &c. ſic in puncto, de quo agimus, probat tex. in l. legatum, §. pater hortos, & l. ſi transferam, ff. de adimen. leg. Imol. in l. ſeruum filij, §. ſi idem ſeruus, num. 2. vbi etiam Iaſ. num. 9. & latius Aretin. col. 2 ff. de leg. 1. Soccin. conſil. 104. lib. 3. Simon de Pet. de interpret. vltim. volun. lib. 3 dub. 2. verſic. ad quartum, Gab. conſil. 103. num. 10. lib. 2. Surd. de alimen. priuil. 21. num. 2. titul. 8. Menochius dicta l. 4. de præſumption. præſumption. 167. num. 11.

Et procedit dictum etiam ſi alienatio inualida fuerit poſtea à Teſtatore reuocata, nam legatum ademptum non reconualeſcit, l. cùm ſeruus, ff. de adimen. leg. vbi Bar. Bal. in l. 3. num. 5. vbi Paul. de Caſtr. C. de leg. Imol in l quoties, §. *ſeruus*, ff. de hæred. inſtit. Roman. *in auth ſimiliter*, num. 81. C. *ad leg fal.* In legato tamen *libertatis*, & in cæteris legatis pijs multi tenent legatum reconualeſcere, ex tex. in d. l. verum, vbi ſeruus, cui legata fuit libertas ſi à teſtatore fuit venditus libertatem non conſequitur, ſi tamen reematur à Teſtatore, legatum obtinebit; Quod etiam in alijs legatis pijs idem eſſe, probant Bald. Angel. Paul. de Caſtr. & Roman. in l. qui poſt teſtamentum, C. de leg. Roman. in dicta authen. ſimiliter, Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 40.

De

De legatis factis sub onere, & antè inimicitias postmodum ortas. Cap. III.

TErtiò infertur, quod legatum factum sub onere adempto onere legatum, etiam censetur ademptum, l. aliam, §. si ea, ff. de adimen. leg. l. alumnæ, §. Seia, & l. filio, §. matri, ff. de adimend. leg. latè Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 6. titul. 10. num. 27. Menoch. d. lib. 4. præsump. 169. num. 3. Ratio est, quia onus censetur causa legati, l. ne Sennius, & l. seq. ff. de excus. tutor. l. alijs libertis, ff. de condit. & demonstr. Dicitur autem onus causa legati, quando non respicit fauorem legatarij, sed Testatoris, vel alterius tertiæ personæ, Bar. & Paul. de Cast. in l. 2. §. fin. ff. de donation. Aymon. Crauett consil. 243. Mant. loc. cit. lib. 6. tit. 14. num. 12. Tiraq. trac. cessante causa, in prima limit. num. 52. Idcircò legatum factum tutori, reuocata tutela, legatum etiam censetur ademptum, l. qui tutelam ff. de testam. tut. l. tutor petitus, ff. de excusat. tut. l. etiam si patris, ff. de leg. 1. l. post legatum, §. amittitur, ff. de his, quib. vt indig. Et procedit dictum etiam si legatum fuerit factum coniunctæ personæ, cui tutelæ legata fuerat, & postea reuocata, Bar. & Bal. in l. legatarius, C. de leg. Iacob. de Beluisio in §. omnibus. in auth. de hæred. & falcid.

Idem est in legato facto ecclesiæ pro sepultura, nam si alibi postea sepultura eligatur, legatum cessat, Ancaran. in cap. filius noster, num. 9. de testam. Mantic. loc. cit. lib. 12. tit. 2. nu. 31. voluntas enim, quæ magis facto, quam verbis declaratur, l. de quibus, ff. de legib. per variationem sepulturæ censetur declarari velle se adimere legatum, ex eo, quia cessat onus, cuius contemplatione legatum factum fuit, cum etiam facto adimatur legatum, l. cũ tale, §. penus, l. cùm ità datur, & l. si quis seruum, ff. de cond. & demon.

Sed quid si is, qui pro sepultura, aliquid certę Ecclesiæ legauit, decedat postea excommunicatus, & proindè in Eccesia sepeliri non possit, vt in cap. Sacris de sent. excom. Vel se ipsum occcidat, vt in cap. ex parte, il secondo de sepult. Vel impenitens decedat, vel in notorio peccato mortali, quibus omnibus deneganda est Ecclesiastica sepultura, vt notum est, debetur nè in tali casu, legatum certæ Ecclesiæ factum, pro sepultura. Communis est opinio Ecclesiam debere consequi legatum, quia nõ stat per ipsam, sed facto legantis, & eius culpa accidit, vt legatum non adimpleatur, Dynus, & Bar. in l. miles, §. ream, ff. de adulter. Bar. in l. si quis ad declinandum, C. de Episcop. & Cleric. & in l. 1. C. de his, quæ pœnę nom. Guliel. de Benedictis in cap. Raynutius, in verb. mutuo itaque, il secondo, num. 50. & 295. de testam. Spina de testa. Glos. 2. de elect. sepult. num. 34. Menoch. qui testatur de communi lib. 4. de præsumptio. 183. Ameseua de potestate in se ipsum, lib. 1. cap. 22. num. 33. Ang. in verbo legatum, num. 10. Armil. in eod. verb. num. 8. Syl. in eod. ver. 1. q. 4. & 6.

Et procedit dictum etiam si Testator in legato adidisset, quod aliàs non valeat legatum factum Eccclesiæ, nisi ibi sepeliatur, Simon de Prętis de interpret. vlt. volun. lib. 4. interpret. 3. dub. 1. num. 11. Sebastian. Medices tract. de sepult. par. 1. q. 25. Perez tit. 1. de Anniuers. cap. 11. nu. 33. Ratio conclusionis est, quia conditio posita in legato de

Digitized by Google

sepeliendo proprio cadauere in Ecclesia est cõditio mixta, quæ quando adimpleri non potest, vel non stat per legatarium quominus adimpleatur, habetur pro impleta, l. in testamento, la seconda, & l. vter ex fratribus, ex l. Titius si statuas, ff. de condit. & demonstr. l. post diem, §. item si qua conditio, ff. quãdo dies leg. cedit, latè Perez loc. cit. nu. 36.

Infertur quartò, per superuenientes inimicitias inter Testatorem, & legatarium censeri ademptum legatum, l. si quis ità legauerit, §. fin. ibi, (*& si quidem capitales, vel grauissimæ inimicitiæ intercesserint ademptum videtur, quod relictum est*,) ff de adimen. legat. latè prosequuntur materiam, Ias. in l. hæreditas, C. de his quib. vt indig. Ripa in l. fin. num. 151. C. de reuocand. donat. Barbos. in l. si ab hostibus, ff. sol. mat. Mol. lib. 1. de primog. Hisp. nu. 35. Menoch. loc. cit.

Et procedit dictum etiam si Testator post inimicitias fecerit Codicillos, & legatum non reuocauit, Anton. Gamma decis. 206. nu. 17. Et etiam si inimicitiæ ortæ fuerint culpa Testatoris, vt contrà Bar. probant Ias. in l. si filiam, C. de inoffic. testamen. Gerard. sing. 5. Couar. rubr. de testam. par. 2. num. 20. Mantic. loc. cit. lib. 12. tit. 3. num. 3. Perez loc. citat. numer. 24. Ratio conclusionis est, quia ex inimicitia insurgit præsumpta voluntas Testatoris reuocandi legatum, hinc est, quòd licèt ademptio legati facienda sit eadem solemnitate, qua legatum fiit, §. ex eo inst. quib. mod. testam. infirm. Glos. in l. fideicommissa, C. de fideicomm. §. 1. instit. de adem. legat. Alexan. & Ias. in l. si ità scriptum, ff de leg. 1. quando tamen insurgit ex tacita voluntate Testatoris fundata in al. quo facto, videlicèt, vel ex superuenienti inimicitia, vel alienatione &c. sufficit tale factum duobus testibus probari, Paul. de Castr. in l. hæredes palam, §. si quis post, ff. de testamen. vbi etiam Aretin. idem Paul. de Castr. in l. datum, C. de leg. & in l. fideicommissa, C. de fideicom. Bal. in l. errore, C. de testam. Couar. in rubr. de test. num. 20. Molin. loc. cit. cap. 9. in fin. Menoch. loc. cit. est communis opinio, de qua testantur, Mieres de Maioratu par. 1. q. 43. nu. 5. & 414. Perez loc. cit. Niger d. controuers. 118. num. 13. licèt contrariam dixerit Bart. in d. l. hæredes palam, §. si quis post.

De recusatione Iudicum adiunctorum suspectorum.

QVÆST. XXXIV.

IVdices adiunctos solo iuramento posse, tanquam *suspectos recusari* docuerunt, *Bar. in l. duo Iudices*, ff. de re iudic. Iacobin. de Sancto Georgio in l. cùm furiosus, nu. 6. ff. de iudic. ex eo, quia dicuntur Delegati, & non ordinarij, Ann. sing. 15. Idem est in Actuarijs, Anchar. consil. 251. refert, & sequitur Alex. consil. 114. circa 1. dub. col. 2. vol. 5. Franc. in cap. cùm speciali, col. 11. versic. 18. de appellation. Boer. decis. 158. Afflict. in Constit. Regni, Iustitiali per Prouincias, nu. 5. Rebuff. tom. 3. ad Const. Gall. tit. de recusation. ar. 9. Glos. vnic. nu. 4. Anna sing. 489 Mastrill. decis. 151. nu. 90. Procedit tamen dictum, re integra, secus tamen cœpto negotio, Pacianus de probat. lib. 2. cap. 45. num. 85. Et in hoc Regno extat Regia decretatio in anno 1545. per quam cauetur, nè Magistri actorum solo verbo recusentur suspecti, & hoc optima ratione; Nam officium

Digitized by Google

cium Magistri Actorum emitur à Regia Curia, idcircò ipsi Magistri prouentibus,& fructibus officij non debent pro voluntate litigantium priuari,vt optimè aduertit Mastrill. loc.cit.& nouissimè Rouit.in Prag. 1.de suspicion.official.Secus tamen est in suspicione scribarum, nàm cùm hi officium non emant, stante suspicione cum iuramento à litigante affirmata, causa committitur adhibitã alteri scribæ eiusdem bancæ,& ità practicatur.

Hinc etiam insurrexit praxis, quod in electione examinatorum, vel expertorum Iudex concedit terminum litigantibus,vt præsentẽt Catalogum suspectorum, & hoc probant Bal.in l.1.C.de relation.Ioan. Andr.in cap.statutum,§. assessorem de rescrip.in 6.vbi Franc.colum.3. allegat tex.in §.quod sæpè in auth. de triente,& semisse,idem Franc.in cap.cùm speciali,colum.11.versic. Decimosexto quæritur de appellat. vbi aliegat Innoc.in cap.super quæstionum,§. verum de offic. deleg. Ang.consil.192.Ann.sing.274.

Sed non debet Iudex admittere suspitionem omnium Doctorum Ciuitatis, Bal.in l.hoc modo, vbi Imol. & Paul. de Castr. ff. de condit. & demonstr.Ias.in l. apertissimi, num. 10.C. de iudic. multa tradit Boer. decis.269.Bursat.consil.265.vol.3. Decian.consil.26.vol.1. Menoch. de arbitr.Iudic.cas. 449. & consil. 94.vol.1. Anna sing.276.

Iudex autem suspectus retinet iurisdictionem, licèt elidibilem per recusationem à parte proponendam, Mastrill.d.decis.151.n.18. Idcircò sententia lata à Iudice notorio suspecto, non tamen recusato, tenet, cap. Iudex ab Apostolica de offic. deleg.in 6.l.apertissimè,ibi, (*libello recusationis porrecto*) C.de Iudic.& in cap. secundo requiris, §. 1. de appellat.ibi, (*suspitionis causam allegare tenetur*) idem probant Glos. & Franc. in d. §. 1. idem Franc. in in cap.postremo de appellat. Dec. in cap.cùm speciali,num.4.eod.tit. Ias.in l.prætor.& l.qui iurisdictioni, ff.de iurisdict.omn.Iudic. vbi Paul. de Cast.dicit esse communem opinionem, & de communi testatur, Rebuff.tom.3. ad constitut. Galliæ tit.de recusat.art.1.Glos.5.Bertazol consil.550.num.10. Mastrill. loc. cit.nu.16.vbi dicit sic pluries fuisse iudicatum in Ciuitate Panormi Varias etiam decisiones, refert Tapia lib.3.compilat.Iur. Regni, tit. de suspition. official. Pragm. 23. num. 25.

Et quoniam durum est coram suspecto Iudice litigare, non solùm adiuncti Iudices,& delegati possunt recusari,vt dictum est, sed etiam Ordinarij,vt in d.l.apertissimè,& in d.cap. postremo, & in cap. cùm speciali, de appellat.in 6.

Imò Præses Prouinciæ potest etiam recusari tanquam suspectus,l.Senatusconsulto,ff.de offic.Præsid.l.qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omn. iudic, & de Gubernatore Ciuitatis Perusiæ,tradit Ioseph.Ludouic.decis.198. lib. 2. De Præsule Regnorum Castelle,tradit Azeued. in recompilat.de Præside Ordinis Cassinensis, tradit Menoch. de arbitr. cas.458.& consil.94. vol. 1. & de Protege huius Regni,tradunt Imol. cons.91.vol.2.Borgnin. Caualcan. dec.28.lib.2.Caualcan.de Brachio Regio par.3.num. 313. Mastrill. d. decis. num. 77. vbi dicit pluries ità practicatum in Ciuitate Panormi, & allegat Antonium de Ballis lib. 5.tit.de recusatio.Iudic.n.26. idem probat Rouit.in d.Pragm.1.

Et licèt in casu censerentur suspecti omnes Officiales Regni ex regula, quod existente suspecto Episcopo, censentur suspecti omnes ipsius Officiales,c.insinuante de offic.deleg.

& exi-

Digitized by Google

& existente suspecto Præside Prouinciæ, omnes Officiales Prouincię censentur suspecti, cap. quod suspecti 3. q. 5. l. 1. C. si qua prædit. potest. Mandos in cap. quoniam contra nu. 169. de probat. Vera tamen est resolutio, quod poterit Prorex suspectus, vel Præses Prouinciæ causam delegare ab alijs terminandam, & in decisione causæ non interuenire, sic dicit tutum esse remedium, Capyc. decis. 137. circa medium; Ratio est, quia suspectus in iudicando, non censetur suspectus in delegando, Bar. & Bald. in auth. Clericus, C. de Episcop. & Cleric. Paul. de Castr. Dec. & alij in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omn. iudic. Menoch. de arbitr. cas. 454. nu. 16. & eodem modo fit, vt Vicarius Episcopi possit procedere existente suspecto Episcopo, Cardin. in Clemen. 2. num. 9. de rescrip. Felyn. in cap. insinuante de offic. deleg. sic fuisse iudicatum testantur Lancell. de attentatis post recusationem, num. 52. Mastrill. loc. cit. num. 84. Quando autem Prorex Regni recusatur tanquam suspectus, recusatio coram ipso proponenda est ad hoc, vt ipsius iurisdictio sileat, prosequenda tamen erit coram Rege, ex tex. in d. l. qui iurisdictioni, vbi Paul. de Castr. num. 11. Mastril. loc. cit. num. 87.

Concilium etiam Prouinciale potest etiam tanquam suspectum recusari, Calderin. cons. 6. de appellat. Franchus in cap. postremo, versic. 8. & vlt. & in cap. cùm speciali, versic. decimo quæritur de appellat. Felyn. in cap. 1. de iudic. vbi etiam Dec. & Rip. Menoch. d. cas. 458. Concilium autem vniuersale secundum magis communem opinionem recusari non potest, Abb. in cap. 1. num. 15 de iudic. ibidem Dec. in 1. lect. nu 16. in fin. vbi etiam Ripa num. 45. & Berous num. 131. Iacobatius tract. de Concilio lib. 5. art. 10. Mantua in tract. de Concilio, nu. 159. Menoch. d. cas. 458. nu. 26. Et licèt aliqui dicant posse Concilium generale legitimè congregatum in causis temporalibus recusari ex illa ratione, quia in talibus causis errare potest, sicut etiam Pontifex potest in temporalibus errare, cap. si Papa 40. dist. Vera tamen est opinio, quod neque Concilium generale legitimè congregatum, neq; Summus Pontifex in causis temporalibus recusari potest, probatur in cap. quærelam, vbi Abb. de elect. & cap. cuncta per Mundum, vbi Cardinal. de Turrecremat. 9. q. 3. latè probat Franc. de Marchis dec. 456. num. 58. par. 1. Turrecrem. in summ. de Ecclesiast. libert. lib. 3. cap. 47. & 48. Ex lege tamen honestatis Summus Pontifex si iusta causa in temporalibus tanquam suspectus recusetur, debet causam Iudicibus non suspectis delegare, *Glos. in cap.* nullam, 2. q. 5. & in cap. *à collatione* in Glos. fin. de appellat. vbi Gemin. & Ancharan. Ripa in cap. 1. nu. 45. de iudic. Rom. cons. 521. *Menoch.* d. cas. 458. num. 59. & consil. 94. nu. 12. sicuti in simili dicimus, quod Summus Pontifex ex suprema sua authoritate potest in causa propria iudicare, cap. cùm venisset de iudic. ex lege tamen honestatis alijs causam terminandam debet committere, Felyn. d. cap. cùm venissent, num. 7. Dec ibid. num. 5. Franc. de Marchis d. decis. 456. num. 56. Menoch. in d. cas. 458. & facit etiam, quod quilibet Iudex etiam non recusatus potest se abstinere si conscientia, id suadeat Marches. in practica Commiss. par. 2. cap. 5. nu. 3. quod etiam declarat Mascard. de probat. conclus. 591. Rouit. in dicta Pragm. 1. de suspicion. Offic. nu. 75.

De authoritate Iudicis adiuncti, & an possit solus procedere, tradit Gemi.

cons. 24.

Digitized by Google

conſ. 24. num. 11. & an Iudex, cui alius datur adiunctus poſſit ſolus procedere, tradit Bal. conſil. 39. lib. 2. & quando datur in clauſula, quod ſi ab omni, Gemin. loc. citat. & an quando Cardinalis datur adiunctus alteri Cardinali, poſſit ſolus procedere, tradunt Gemin. loc. cit. Tuſchus in verb. Iudex adiunctus, concluſ. 417.

De hæreditatis Aditione quomodo probari poſſit.

QVÆST. XXXV.

ADitio hæreditatis difficilè probari poteſt, l. 2. & 3. ff. de interrog. action. Boer. decil. 42. Nàm cùm non tantum facti, ſed animi ſit, l. pro hærede, ff. de acquir. hæred. occultæ autem voluntatis ſolus Deus ſcrutator eſt, §. fin. inſtit. de hæred. qualit. & differ. Gloſ. in d. l. 2. latè Maſcard. de probat. in verb. aditio, concluſ. 40. Tuſcus in eod. verb. concl. 186 Menochius de præſump. lib. 4. præſump. 101. Idcircò voluntas adeundi hæreditatem per exteriores actus declaranda eſt, Gloſ. fin. in l. gerit, ff. de acquir. hæred. vbi etiam Bar. & Aretin. qui teſtatur de communi, Gloſ. in §. 1. in verb. nuda, inſtit. de hæred. qual. & diff. notabiliter explicant Spino de teſtam. Gloſ. 33. num. 32. cum ſeq. Niger controuer. 244. nu. 36. & propterea nunquam inducitur aditio, niſi per actus, qui non poſſunt fieri citrà ius, & nomen hæredis, l. pro hærede, §. Papinianus, & l. Iulianus, §. fin. ff. de acq. hæred. Bar. in dicta l. gerit, latiſſimè Menoch. Tuſchus Spino, Maſcard. & Nig. locis ſupacitatis.

Hin infertur primò, quod per actus æquiuocos, qui poſſunt ſignificare aditionem, & non aditionem, non inducitur aditio, l. ſi pupillus aliàs, l. Iulianus, §. fin. ff. de acquir. hæred. Bar. in d. l. gerit, num. 21. Bal. conſil. 224. vol. 2. & conſil. 488. & ſeq. lib. 3. Roman. conſil. 154. nu. 2. Mantica de coniect. vltim. volun. lib. 12. tit. 9. num. 6. Verallus deciſ. 19. Spino d. Gloſ. 33. num. 41. verſic. hinc deducitur. Menoch. d. præſump. 101. nu. 80. Maſcard. d. concl. 40. nu. 10. Niger d. controuer. 244. num. 27. & ſic per cõfectionem inuentarij non inducitur aditio, quia poteſt eſſe, quod cauſa certiorandi ſe de viribus patrimonij fiat, non animo adeundi hæreditate, l. fin. §. ſin autem, C. de iur. delib. Rubr. conſ. 113. vol. 3. Spino loc. cit. Gloſ. 33. num 43. Ratio eſt, quia aſſertio aditionis hæreditatis debet de neceſſitate concludere, idcircò ſi actus non concludit, non inducitur aditio, Gloſ. in d. l. pro hærede, vbi Bar. Menoch. Maſcar. & alij ſupracit. Vndè actus, qui citrà ius, & nomen hæredis fieri poſſunt non inducunt aditionem, Bar. in d. l. gerit, & q 10. incip. debitor in diem, nu. 7. Et quando actus poteſt fieri nomine proprio, & tanquam hæres, cenſetur nomine proprio geſtus, & l. magis, ff. de ſolut. Bar. in d. l gerit, num. 21. Gloſ. in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur in verb. excitatur, ff. ſol. matrim. Io. de Plat. in l. 1. C. de primipilo, lib. 10. Menoch. loc. cit. num. 30. Et aditio hæreditatis cùm ſit, quid facti, non præſumitur, niſi concludenter probetur, Gloſ. in d. §. tranſgrediamur, Franch. d. deciſ. 60. ſic dicit pluries fuiſſe iudicatum, Tuſch. Menoch. & cæteri ſupra allegati, quibus addendus eſt, Perez lib. 1. de anniuerſ. cap 25 num. 43.

Infertur ſecundò, quod per actus pietatis non inducitur aditio hæreditatis, vt puta ſi is, qui fuit hæres inſtitu-

Digitized by Google

stitutus, sepeliri faciat testatorem, l. at si quis, §. plerique, ibi, (*plerique filij cum parentes suos funerant, vel alij, qui, & hæredes fieri possunt, licèt ex hoc ipso neque pro hærede gestio, neque aditio præsumatur*) ff. de Religios. sump. funer. l. pro hærede, versic. cæterum, ff. de acquir. hæred. Bar. in d. l gerit, nu. 24. Ruin. consil. 51. lib. 4. Paul. de Castr. consil. 33. nu. 2. lib. 2. Natta cons. 488. lib. 2.

Et procedit etiam si data fuerit eleemosina pro candelis, vel si quid pro alijs, quæ secundum regionis consuetudinem in funeribus requiruntur, impensum fuerit, Bal. loc. citat. quem sequuntur Ias. consil. 112. lib. 4 Io. Baptista Asinius in l. 4. §. qui potest, num. 129. ff. de impens. & sumpt. funer. Menoch. loc. cit. num. 70. 77. Mascard. in d. verb. aditio, concl. 45. num. 20. Spino d. Glos. 33. num. 41.

Hæ autem funeris impensæ, ex quo fiunt ex causa pietatis, ad hoc vt repeti possint, requiritur protestatio, nàm aliàs censerentur donatæ, d. §. quia plerique.

Facta autem protestatione, ex quo, qui expensas fecit remanet creditor hæreditatis, dubium est inter DD. an talis præferatur creditoribus habentibus hypotecam expressam anteriorem. Et communis est opinio impensas funeris, & infirmitatis supra dictis creditoribus non præferri, Glos. in l. impensa funeris, ff. de Relig. sumpt. funer. Odofred. in l. penult. ff. eod. tit. Ripa qui testatur de communi opinione in l. 2. ff. de priuil. creditor. Franch. dicit pluries fuisse iudicatum à Sacro Concilio decis. 51. Contrariam tamen sententiam multi defendunt, & sic fuisse pluries in varijs Tribunalibus iudicatum, probant Ioseph. Ludou. decis. 78. Borgnin. Cauacan. decis. 32. latissimè Surd. decis. 255. Mascard. decis. 10. Quia Pater, & filius sing. 258. Possunt tamen conciliari opiniones, vt prima procedat in extraneo effecto creditore pro impensa funeris, vel infirmitatis; Secunda in hærede, qui confecto inuentario poterit partem bonorum retinere pro impensis funeris, & infirmitatis, excludendo in hoc creditores hypotecarios, probat tex. in l. fin. §. in computatione, ibi, (*in computatione autem patrimonij damnus ei licentiam excipere, & retinere quicquid in funus expendit*,) C. de iur. deliber. & hanc concordiam opinionum, probat Surd. dec. 112. n. 4.

Infertur tertiò, quod per actus aliqualiter inducentes aditionem, non inducitur aditio si præcesserit protestatio de nolendo eam adire, dicta l. pro hærede, vbi Glos. in verb. testari, Ias. ibidem num. 5. facit tex. in l. qui aliena, §. fin. ff. de acquir. hæred. & l. si quis, §. plerique, vbi glos. ff. de Religios. sumpt. funer. Bald. consil. 272. & 404. vol. 5. *Mascard.* in verb. aditio, concl. 47. *num. 9.* Idem est si præcesserit querimonia, nam qui querimonias facit non censetur assentire, Surd. *decis.* 194. num. 19. Manent. *consil.* 79. Niger controuer. 139. nu. 48. & vt inquit Andr. de Iser. in cap. 1. Quę sint regalia; Ratio murmurans interrumpit præscriptionem, de quo latè de Ponte in trac. de Censur. Venetum; Quę protestatio sufficit quocunque tẽpore, vel loco fiat, cùm sit animi declaratio, Ang. in l. cùm proponas col. 1. C. de bonis auth. iud. possid. Abb. in cap. fin. de confessis, Dec. in cap. Pastoralis in fine, de except. Natta consil. 474. num. 2. Nec requiritur, quod fiat in iudicio, Bar. in l. certum, §. si quis absenti, ff. de confessis, Afflict. decis. 175. & quærela transmittitur ad hæres, Ripa. in l. fin. num. 28. C. de reuocand. donat. & in actibus differentibus, vel indifferentibus, ex quibus potest insurgere

Digitized by Google

gere præsumptio aditionis, vel non aditionis, standum est iuramento illius, qui actum gessit, vel hæredum ipsius, Bar. in d. l. gerit, col. 2. & l. si quis filio, §. si quibus plures, ff. de leg. 1. Alex. consil. 126. vol. 7. Tiraq. de retract. lignagij. §. 2. Glos. 2. nu. 4. Vel relinquendum erit arbitrio Iudicis, qui considerata qualitate personarum, & actionum suum adhibebit iudicium, Glos. in d. l. pro hęrede in princ. in verb. Seruus, vbi Bart. Angel. Paul. de Castr. Natta consil. 448. Simon de Petris de interpret. vltim. volun. lib. 5. interpr. 1. dub. 3. num. 73. Mascard. in dicto verb. aditio, concl. 44. n. 35. Tusch. in eodem verb. concl. 190. nu. 127. Sed quando processit actus positiuus absentionis ab hæreditate, non censetur reuocatus per alios actus, ex quibus potest sumi coniectura aditionis, nisi specialiter reuocetur, Glos. singularis in l. 1. secundum vltimam intellectũ, C. de iur. deliber. quam sequuntur, ibidem Bar. Paul. & Ang. Franch. decis. 80. num. 10. Mascard. d. concl. 47. num. 13. Qui autem sint actus, per quos inducatur aditio hæreditatis, latè post Bar. in d. l. gerit, tradunt Tusch. Mant. Simon. de Petr Menoch. Mascard. Spino, & Niger locis citatis.

Quomodo, & ex quibus bonis debeatur Adoha.

QVÆST. XXXVI.

ADoha, quæ debetur à Feudatario Domino Feudi, taxatur iuxtà quantitate reddituum feudi, Andr. de Isern. in cap. Imperialem, §. firmiter, vbi omnes feudist. de prohib. feud. alienat. per Federic. Capyc. in inuest. feud. in verb. feuda, adohant, & in decis. 10. Et quia feuda sunt triplici generis; Alia cùm vassallis: Alia consistentia in territorijs absq; vassallis: Et alia in annuis introitibus, idcircò in feudis cùm vassallis taxatur adhoa, vt pro quolibet fæudo redditus vnciarum viginti soluantur decem vnciæ cùm dimidio: si consistat in Territorio absq; vassallis pro quibuslibet 20. vncijs, taxatur in vncijs sex: si consistat in annuis introitibus pro quibuslibet 20. vncijs taxantur vnciæ quinque, & quarta pars vnciæ, Andr. in dicto cap. firmiter, Frecc. de subfeud. in 5. authoritate, Ann. in repetit. cap. 1. de vassall. decrep. ætat. num. 150. Ann. Fil. consil 38 Sed si annui reditus concessi in feudum sint vniti cùm feudo habente vassallos, taxatur eodem modo, quo feudum ipsum, secus tamen si à Rege concederetur Portolania Baroni feudum possidenti, nam de redditibus Portolaniæ non soluitur adoha, quia fructus Portolaniç Baroni in pœnis, & prouentibus, qui cùm sint incerti nulla eorũ habetur ratio in adohæ taxatione, vel releuio, Andr. de Iser. in cap. 1. quis dicatur Dux, &c. Bal. in cap. cùm M. Ferrariensis nu. 6. de constit. Anna in dicto cap. 1. num. 152.

Hæc adoha est loco seruitij personalis, nam feudatarius existente bello in Regno tenetur tribus mensibus suis expensis seruire cùm tribus equis, & armis, Andr. de Iser. in d. cap. 1. num. 4. Quis dicatur Dux, & in cap. 1. §. sed nec alia iustior, num. 42. Quæ sit prima cau. benef. ammitt. & in cap. 1. num. 14. versic. at in Regno Siciliæ, de Capitan. Qui curis vend. Capyc. in d. cap. Imperialem, col. 250. in paruis, & inuest. feudal. in verb. feuda adohant, & colligitur, ex cap. huius Regni incipiente; Item statuimus, quod Comites, & Barones, & dicitur subro-

Digitized by Google

gata in locum seruitij personalis, Camer. in d. cap. Imperialem, fol. 92. lit. H. Allegat Andr. de Iser. in cap. 1. §. huius autem generis, de controuer. feud. apud par. termin. idem probant Glos. Aluarot. & alij in cap. 1. de Capit. qui cur. vend. Iacob. de Ayello in tra. de iure adohæ, & releu. num. 17. Amodeus de Ponte tract. de Laudem. quæstione 2. & dicitur seruitium militare, Frecc. de subfeud. lib. 2. author. 5. num. 8. de Ayel. loc. cit. num. 91.

Regulariter debetur eodem modo, & ab eisdem personis, à quibus debetur seruitium personale, vt per supra citatis authoritates; Pro quo facit regula, quod quando pro redimendo onere personali imponitur aliquod onus reale, regulatur, & debetur eodem modo, quo onus personale regulabatur, Bar. in l. 1. C. de mulierib. & in quo loco, lib. 10. & in l. 4. §. actor, ff. de re iudic. notabiliter, Lanar. consil. 157.

Idcircò adoha dicitur onus primogeniti, cui feudum debetur, nec secundogeniti pro vita, & militia contribuere debent, Afflict. decis. 252. vbi Pisanell. & Gramat. in addit. dicunt iudicatum, Loffred. in paraphrasi ad Andr. de Isern. in dicto §. firmiter, Capyc. in inuestit. in d. verb. feuda adohant, col. pennl. vers. & fratres, qui ità dicit iudicatum, idem probant Tiraq. de iur. primogen. q. 34. Molin. de primogenit. Hisp. cap. 27. vers. idque adeò verum est, Franch. decis. 20. nu. 11. de Pont. de potest. Proreg. tit. 7. §. 4. num. 30. & hodiè est indubitatum ob varias Sacri Consil. & Reg. Cam. Sum. decisiones, quæ procedunt etiam si vrgente necessitate Regis, vel Regni noua adoha imponeretur, vel antiqua augeretur, vt per supracitatos, quibus addendi sunt, Frecc. de subfeud. 34. authorit. Vrsil. ad Afflict. in d. decis. 252. Camil. Saler. in addit. Consuetud. Quod si aliquis, de alimentis præstandis, idcircò in donatiuis, quæ fiunt à Baronibus, quæ per modum adohæ soluuntur, secundogeniti non contribuunt pro vita militiæ, nec in liquidatione vitę militiæ habetur ratio donatiuorum, Lanar. d. consil. 57.

Et quia adoha est onus feudi, quod debetur à feudatario in recognitionem directi dominij, idcircò debetur ab vsufructuario, Andr. de Iser. in Constit. Reg. Quam plurimum, versic. in contrarium quando indicetur, Capyc. decis. 184. Ann. dicto consil. 3. sicut vsufructuarius tenetur ad onera Collectarum, l. hactenus, ff. de vsufruct. Roman. sing. 157. Cacheran. decis. Pedem. 83. & cætera alia onera realia agnoscere debet vsufructuarius, l. arbores, §. fin. ff. de vsufruct. l. si. pendentes, §. si quid cloacarij, ff. eod. tit. Nam vsufructuarius dicitur dominus ratione præeminentiæ, Glos. in l. non quocunque, §. fundum, versic. si aberit, ff. de leg. 1. Florian. in rubr. ff. de vsufruct. Ias. in §. æquè, col. 11. de action. Capyc. d. decis. 184. Non tamen debetur à Conductore feudi, licèt adoha sit onus reale; Ratio est, quia ad conductorem non transit vtilè dominiũ feudi, sed tantùm facultas colligendi fructus, Alexan. consil. 4. col. 2. lib. 5. Liparul. ad Andr. de Iser. in cap. 1. §. similiter, in verb. adohamento, de Capitul. Conradi, Ann. d. consil. 3. num. 18. Nisi conductio fuisset facta per decennium, nam ex quo tũc transfertur dominiũ, onus adohæ transfertur in conductorem, sic referũt fuisse decisum per Sacrum Consilium de Ayell. in d. tract. de iur. adoh. numer. 59. Thorus in Compend. in verb. adoha.

Et in hoc differt onus adohæ ab onere releuij, nam onus releuij, licèt debeatur ex fructibus feudi, non est propriè onus reale ipsius feudi, nec inest ipsi feudo, sed est onus personale

Digitized by Google

nale ſoluendum ab hærede ratione confirmationis veteris inueſtituræ, ſic probant Andr.de Iſer. in c. 1.§. ſimiliter circa fin.de Capit.Conra. & in cap.1.§.ſed &ſi plures,nu.11. Per quos fiat inueſtitura, & dicitur quædam præſtatio extrinſeca à feudo per mortem introducta à ſucceſſore ſoluenda,ſic Loffred.in d.§.ſed &ſi plures,idem probat de Pont.de poteſtat. Proreg. tit.de refutation. feudor. §.4.num. 5. Et faciunt tradita per Andr. de Iſer. in Conſtit. Reg.Poſt mortem,vbi etiam Afflic. licèt contrarium probet Camillus de Medicis conſ.18. Sacrum tamen Conſilium habendo ſupradictam opinionem pro vera decidit releuium ſolutum ab hærede cùm beneficio legis, & inuentarij, cedere damno hęredis,& non creditorum, Gizzarell.deciſ.8. An autem cedat damno legatariorum maximum dubium eſt, & videtur dicendum non debere cedere in damnum hęredis cùm beneficio legis, & inuentarij, qui non debet ſentire, neque commodum,neque incomodum,neque damnum,neque lucrum,l.fin.§. licentia,C.de iur.delibber.Giur.deciſ. 43.num.25.Gratian.diſcept.foren. lib.4.cap.749.n.48.Ceſar Manente deciſ.34. Nam creditores abſque eo, quod hæres nouam habeat inueſtituram, poſſunt agere ad vendendum feudum,facta prouiſione de curatore hæreditati iacenti, vt aduertit Gizzarel loc.cit.n.8.quod non videtur permiſſum legatarijs, qui cùm nullum ius habeant ſuper feudum,ſed tantum poſſunt cogere hæredem actione perſonali ad feudum vendendum pro ſatisfactione legatorum, neceſſariò videtur ad ipſos ſpectare onus releuij, cùm alias ſua legata conſequi non poſſent,ſed de hoc alias.

Debetur etiam defunctionibus fiſcalibus,quæ dicuntur panes ciuiles, & viuere Regum, Andr. de Iſer. in d. cap. Imperialem, §. præterea, il ſecondo, ſi concedantur in feudum, Frecc.de ſubfeud.lib.3.in 2.formula inueſtit.num.29.fol 401. vbi ſic dicit iudicatum, & debetur etiam de quibuſcunque bonis conceſſis in excambium feudorum, Loffred. in paraphraſi,in cap.1.§.ſeù,verſic. ſi verò in princ. qui ſucceſſ.tenean. Franc. de Amic. in tit. de his, qui feud.dar.poſſ.§. expeditis quæſtionibus in fin.Io.Andr.de Georg.qui ſic dicit decium per Sacrũ Conſilium alleg. 3. numer. 10. Non tamen debetur adoha eo anno, quo ſoluitur releuiũ; Nam cũ releuium ſit medietas fructum feudi, non debentur duæ præſtationes eodem tempore, ne integri fructus in damnum feudatarij abſorbeantur, Affl. in Conſtit.Reg.ſi quando in 2. notab.Campagnia in Cap.Reg.incip. In nomine Dei æterni, nu.43.Idem dicendum eſt in donatiuis, vt non debeatur eo anno, quo ſoluitur releuium, ſed imputentur in ſolutione, ſic dicunt practicari, Tapia in rubr. ff. de conſtit. princip. cap. 4. num.79 Thor.in Compend. deciſ. verb. adoha.

An autem auctis fructibus feudi, augenda ſit adoha, dubium eſt inter Doctor.de quo latè per Iſer.in cap. 1.§.ſi quis de manſo,de controuer. inueſtit. Petr. Gregor. de conceſſ. feud.par.1.q.11.Intrigliol.de feud. centur.1.q.69 In Regno tamen fuit pluries deciſum non eſſe augendam adoham auctis fructibus, nec etiam diminuendam ipſis diminutis,Ann. in d.cap.1.nu.150. Et fuit aliquando iudicatum contra Regium Fiſcum in conceſſione functionum fiſcalium cùm augmento futuræ numerationis,nam auctis focularibus, per ſubſequentes numerationes, non augetur adoha,ſed attendenda eſt taxa,quę vna fuit in anno 1504.

Digitized by Google

altera in anno 1564. quæ dicitur noua taxa, vt habetur per Ann. loc. cit.

Est tamen in electione Regis petere adoham, vel seruitium personale, Andr. de Iser. in cap. 1. §. fin. nu. 14. de Capit. qui cur. vend. & in cap. 1. versic. secundum vsum Regni; Quis dicatur Dux &c. & in cap. 1. §. firmiter, num. 52. de prohib. feud. alien. per Feder. Capyc. d. decis. 10. num. 15. & in inuest. feudal. in verb. feuda adohant; Ratio est, quia licèt ex iuris dispositione electio sit debitoris, l. plerunque, ff. de iur. dotiū, & de iure communi feudorum, probat tex. in d. §. firmiter, tamen quia in præstatione Regij seruitij adest publica vtilitas, considerandum est id, quod magis Principis conuenit, & expedit, l. Lutius, ff. de euiction. l. item si verberatū, ff. de rei vendic. Idcircò Regis est electio, ità ferè omnes supracitati, & quod possit Rex pluries variare, post Iser. Capyc. Ann. & alios, probat Molf. ad Consuetud. Neap. par. 4. de succeff. ab intest. q. 63. num. 3. cum seq.

Quomodo dignoscendum sit vtrum aliquid sit necessarium, an verò voluntarium.

QVÆST. XXXVII.

REgula hæc statuenda est, quod aliquid non dicitur necessariū, quando habuit originem à voluntate, l. si fideiussor, §. 1. ff. qui sat. dar. cogan. ibi, (*ipse sibi necessitatem imposuit*,) l. mulier in princip. ff. quod met. caus. ibi, (*quia hunc sibi metum infert*,) l. interdum in fin. ff. de iudic. ibi, (*cum sua sponte sibi hanc obligationem contraxit*,) & probat tex. in cap. quicunque, il secondo 12. q. 2. vbi habetur, inuitum non dici eum, qui ob promissionem voluntariam ad promissum ipsum implendum, aut promissi solutionem faciendam vrgetur; Facit regula, quod quæ à principio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis, l. sicut, C. de act. & oblig. Ratio conclusionis est; Primò, quia semper prima causa spectanda est, à qua omnis posterior euentus formatur, l. 1. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. l. sed an vltro, §. fin. ff. de negot. gest. Glos. in l. etiam, §. 1. versic. idem erit dicendum, ff. de petit. hæredit. & in l. in venditionibus, ff. de contrah. empt. Secundò, quia omne causatum debet referri ad principium, quod est ipsius causa, Ias. in l. quominùs, nu. 17. de fluminib. & in l. stipulationes non diuiduntur, num. 21. ff. de verb. obligat. Osascus decis. Pedemont. 167. num. 28.

Hinc collige, quod quando disputatur, an licitè filio familias pecunia credita fuerit, initium contractus spectandum erit, l. si tamen, ff. ad Macedonian. quia quando vnum ab altero deriuatur, principium spectandum est, & obseruandum, l. si procuratorem, ff. mand. l. 1. §. idem Pomponius, ff. de postulan. Anchar. consil. 28.

Item, qui voluntariè hæreditatem adijt, licèt postea teneatur esse hęres, dicetur tamen hæres voluntarius, quia à sua voluntate processit, Aretin in l. is potest circa fin. ff. de acquir. hæred. Et quod erat necessarium in defuncto, dicitur voluntarium in hærede, quia poterat hæreditatem non adire, Anchar. consil. 26. col. 2. Paul. de Castr. consil. 35. col. 2. Alciat. in l. 2. §. ex his verbis, ff. de verbor. oblig. Aymon. Cravet. in responso pro Genero, num. 384. Nam necessaria causa, illa est, quæ vitari, & remoueri non potest, quia

data

Digitized by Google

data facultate remouendi, ſi remotio non fit, voluntariè, quis neceſſitatem patitur, Dec. in cap. cùm ſit Romana in 3. notab. de apellat. Aymon. Crauett. & Alciat. locis citatis.

Idcircò habens facultatem à teſtatore alienandi pro neceſſitatibus ſuis bona prohibita alienari, ſi non à natura, vel à lege, ſed facto proprio in neceſſitatem incidat, non poterit alienare, Bal. conſil. 20. vol. 2. Barbat. in addit. ad Bar. in l. quamuis, ff. ſolut. matrim. Boer. deciſ. 44. Socc. in l. Marcellus, §. res quæ, num. 3. ff. ad Trebellian. Curt. Iun. in auth. res quæ, num. 31. C. commun. deleg. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 182. num. 54. Ratio eſt, quia non poteſt dici debitum neceſſarium, quod volũtarium habuit initium, Pilanus inter Conſilia Bruni conſil. 117. num. 184. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glo. 14. n. 15. Oſaſc. & Crauet. locis citatis. Et imputandum eſt *illi, qui ſe ſuo facto in neceſſitate poſuit, l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſat. dar. cogan. l. 2. §. ſi quis tamen, ff. ſi quis caution. l. Papinianus, ff. de minorib. l. ſi dictum, §. ſi commiſero, ff. de euiction. cap. intellexim:mus de iudic. Crauett. in d. reſponſo pro Genero, num. 44. 87. 88. Menoch. loc. cit. num. 51.*

Notanda ſunt iſta in materia impoſitionum, ſeù donatiuorum, quæ ſub prætextu neceſſitatis exigit Rex ab hoc Regno, nam ſi ſua culpa nimis lautè viuendo, vel donando in neceſſitatem incidat, donatiua non debentur, faciunt tradita per Cardinal. & cæter. Canon. in cap. cùm Apoſtolus, §. prohibemus de cenſib. Videlicèt Epiſcopum non poſſe exigere caritatiuum ſubſidium ob neceſſitatem in quam ſua culpa incidit, idem probat Alex. de Neuo conſil. 57. num. 1. Menoch. loc. cit. num. 58. & licèt multi dicant, quod culpa ad caſum non ordinatũ, non eſt conſiderabilis, cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præbend. l. non omne, ff. de ſtatu liber. Hoc procedit, quoad pœnam euitandam, non autem ad commodum, vel lucrum reportandum, probat tex. in d. cap. intelleximus de iudic. vbi Dec. n. 5. Iaſ. in l. 2. §. quod diximus, num. 9. ff. ſi quis cautio, Marſil. ſingul. 263. Menoch loc. cit. num. 61.

Quomodò autem diſtinguatur neceſſitas, vt alia ſit fatalis, alia naturalis, alia culpabilis, alia verò ex legis diſpoſitione, quam præciſam appellat Crauett. in d. reſponſo in Corolario, num. 4. poſt Bal. in d. conſ. 20. & Surd. in deciſ. 254. & Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 16. legendus eſt Menoch. in d. caſ. 182.

Confirmantur ſupradicta, nam alienatio, quæ fit ex cauſa delicti, quando vel ex iuris diſpoſitione, vel ſtatuti bona delinquentis publicantur non dicitur neceſſaria, ſed voluntaria, Alex. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damn. infect. Riminal. Senior conſil. 243. num. 57. vol. 2. Ratio eſt, quia delinquens videtur, quaſi contrahere cùm Fiſco, & ipſi alienare dùm delinquit, l. Imperatores, ff. de iur. fiſc. ibi, (*tuæ te ipſe pœnæ ſubdidiſti*,) latè poſt alios, Surd. deciſ. 254. num. 28.

Sic etiam dicitur voluntarium contrahi matrimonium, quod quis ex vi præcedentis promiſſionis cogitur contrahere, cap. requiſiuit, vbi gloſ. de ſponſal. Ratio eſt, quia neceſſitas contrahendi, & ſi a Iudice ſecundum terminos iuris imponatur, non oritur à principio extrinſeco, ſed ab intrinſeco, ideſt à promiſſione contrahentium, Anton. de Butr. in d. cap. requiſiuit, nu. 3. vbi Alex. de Neuo num. 6. & Præpoſit. nu. 3. de ſponſ. Et procedit dictum etiam ſi per excommunicationem cogerentur ad contrahendum, Sanchez

de

Digitized by Google

de matrim. lib. 4. disp. 14. num. 8.

Idem est in excommunicatione, nàm licèt metus excommunicationis dicatur cadens in constantem virum, cap. cùm olim, il terzo, vbi Glos. & omn. canon. de restit. spoliat. latè congerit Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 5. nu. 17. Hoc tamen non procedit quando excommunicatio est iusta, quia tunc ipsemet excommunicandus est in culpa, & delinquendo, ac perpetrando delicta excommunicatione digna, ipse sibimet metum infert, facit tex. in l. mulier, ff. quod met. cau. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 12. Sanch. d. disp. 5.

Confirmatur etiam principalis conclusio, ex tex. in c. 1. & in c. quæris de ætat. & qualit. & in cap. innouamus, 60. dist. vbi inuitus ad Sacros Ordines promoueri non dicitur, qui ratione accepti beneficij promouetur, idem in cap. cùm in cunctis, §. inferiora de elect. de quo loquitur Triden. sess. 7. cap. 10. sess. 23. cap. 11. de reform. latè agit Garzias de benefic. par. 7. cap. 4. Nau. cap. 25. numer. 116. Azor. par. 2. lib. 6. cap. 5. q. 9.

De ratione reddenda ab Administratoribus rei alienæ.

QVÆST. XXXVIII.

De Tutore; & an valeat legatum liberationis ipsi factum. Cap. I.

VErba Domini sunt, Luc. 16. *Redde rationem villicationis tuę*, quę habentur in cap. qualiter, & quando, il secondo, de accusation. probatur etiam in l. 1. §. officio, ff. de tutel. ration. distrac. l. si procurator, §. 1. ff mandat. Clemen. 2. §. illi, etiam de Relig. domib. Procedit regula in quolibet administratore rei alienæ, Bart. in d. §. officio, est communis opinio, quam probant Socc. cons. 92. num. 5 lib. 4. Roman. consil. 413. Dec. consil. 128. 464. & 533. Abb. cons. 12. lib. 1. Berou. q. 15. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 209. Et hoc siuè cùm mandato, siuè absque mandato aliena negotia pertractentur, nam ex natura ipsius administrationis rei alienæ, descendit obligatio ad reddēdas rationes, vt per supracitatis. Quibus addendi sunt, Iason. consil. 100. vol. 1. Nig. controu. 51. Tusch. in verb. inuentarium, concl. 347. num. 33. cum. seq.

Idcircò negotiorum gestor tenetur reddere rationem suæ administrationis, l. 2. vbi Bar. Bal. & alij, ff. de negot. gest. Soccin. consil. 46. & 73. lib. 1. & 213. lib. 2. *Menoch. d. cas.* 209. Tusch. in verb. *administrator*, concl. 202. Factor, seù Castaldus etiam tenetur reddere rationem, Felyn. in c. scribebam *de præsumpt.* Ancharan. consil. 3. num. 4. Alex. consil. 1. lib. 2. Marsil. singul. 77. Curator quoque minoris, l. curator, ff. de administrat. tutor. l. aduersus, & l. rationes, C. eod. tit. Soccin. locis citatis.

Tutor etiam tenetur reddere rationem, l. 1. in princ. & §. de rationibus, ff de tutel. & ration. distraen. qui tenetur etiam de neglectis, cùm ad officium tutoris spectet vtilia agere, & inutilia prætermittere, latè explicat Tusch. in verb. tutor, concl. 441. & quomodò procedat in foro conscientiæ, tradunt Sil. in ver. tutela, num. 4. Nau. cap. 25. nu. 65. cum seq. Molfes. in 2. par. summæ tract. 13. cap. 10. nu. 28. cum seq. & procedit regula etiam si à testatore specialiter declaratum fuerit, vt

non

Digitized by Google

non teneatur tutor rationes reddere, nam per tale legatum censetur tantùm remissa stricta,& scrupulosa computorum redditio, l. si seruus vetitus,ff.de leg. 1.Alex.consil.45. volum. 1. Tusch. in verb.liberatio concl.328.

Sicut in simili,quando à testatore specialiter cauetur,quod tutor non teneatur conficere inuentarium liberatur à solemni confectione Inuentarij, tenetur tamen descriptionem bonorum facere, l. 1. §. rectè, vbi Glos.ff.de vsufruct.& quemad. cauea.Alex.consil.58.lib.3.Rolan.de inuentario in vltima particula,num. 6.& 9.& consil.92.num. 18.vol. 1. Curtius Iun. in l. procurator, num. 4.C.de edend.Surd.decis.194.n.4. & 5. Quæ bonorum descriptio est quędam species inuentarij, & fit ad impediendas fraudes, & nè bona distrahantur,vel occultentur,Guid. Papa decis.351.& probat tex.in l.si quis intra,vbi Glos.in verb. descriptio,C.de bon. donator. Et probat contra describentem sicut probat inuentarium,Guid. Papa loc. citat. Tuschus in verb. descriptio bonorum, concl. 121. Propterea nè detur occasio delinquendi, & nè aperiatur via fraudibus,quod à legibus omninò intenditur,l.si conuenerit, ff.de pact. dotalib. facta remissione inuentarij tenetur tutor descriptionem bonorum facere,nec ex dispositione testatoris potest se excusare.

Sicut ex legato liberationis in eo, quod forsan in redditione computorum reperiretur debitor,non potest tutor se excusare, quin computa non reddat, & reliqua restituat; Communis enim est opinio supradictum legatum liberationis non valere,nam dolus de futuro remitti non potest,l. si vnus,§.illud,ff.de pactis, l. 1. §.illud, ff. de posit. l.in comodato, ff. comodat. sicut nec cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, l. scire debetis, C. vt in possess. legat.Nec generalis liberatio, tollit restitutionem reliquorũ,l.si quis rationes,& l.Aurelio,§. Caius, & l. Aurelius, §.Meuia, vbi Glos.in verb.pupillæ, ff. de liberat. leg. Et quod legatum liberationis factum tutori, non valeat, latè ex multis probant Salicet.in l.cùm necessitate,vbi etiam Corneus,Ias. & Anton.de Padil.C.de fideicommis. Angel.consil.174. Fulgosius cons. 102. Paul. de Castr. consil. 63. & 402.vol.2.Alex.consil 45.vol.1.& 74.vol.7.Ias.in l.inactione,vbi Dec. num.11.testatur de communi,C.de transact.Alciat.de præsumpt.reg.1. præsumption.6.Catelian. Cotta in memorabil.in verb.tutor testamentarius,Couar. lib.2.var. resol. cap. 14.Tusch.in verb. liberatio, concl. 328.Franciscus Muñoz de ratiocinijs administrat.cap.5. numer. 17. Niger.controuer.73.numer.10. & idem in legato facto vsufructuario de omni eo,quod pro abusu vsufructus reperiretur debitor, tradunt Dec. consil.418.in 6.dub. Io. de Amicis cons. 80. Borgnin.de tutor. num.207.Mantic.de coniec. vltim. volunt.lib.9.tit.8.num.29.

Syndicis Vniuersitatum, & administratoribus piorum locorum, quale onus incumbat. Cap. II.

ACtores, siuè Administratores Vniuersitatis,qui vulgo Syndici dicuntur tenentur, etiam rationes reddere,Socc. cons. 46. lib.1.consil 213. lib. 2. extant Regiæ Pragmaticæ sub titulo de administrationibus Vniuersit. & sunt ad instar Tutorũ; Idcircò tenentur vtilia agere, & inutilia prætermittere,

Digitized by Google

tere, & cauere ab omni fraudis suspitione; ideò non possunt bona Vniuersitatis, vel Gabellas conducere, l. Decurio, ff. de Decurion. l. 1. §. spurij, ff. eod. l. Curialis, C. locat. Nec cùm conductoribus participare, l. 2. §. 1. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertinent. Nec possunt pecuniam Vniuersitatis alteri mutuare, l. 1. & 2. C. de his, qui ex publ. ration. mut. pec. accep. lib. 10. Glos. Bar. & Ioannes de Plat. in l. fin. C. eod. tit. concordat tex. in §. Ciuitatum in auth. de collat. & l fin. C. de collat. fund. patr. lib. 10. & l. 2. C. de frumen. Vrb. Constantin. & procedit etiam si sub fideiussione Vniuersitatis pecuniam mutuarent, quia mutuum non tenet, nec mutuantes, & mutuatarij excusantur à pœna, l. sciant, C. de his, qui ex publ. ration. mut. pecun. accep. vbi Ioannes de Plat. Ratio est, quia pecunia Vniuersitatis pro necessitatibus ipsius conseruanda, ac expendenda est, l. diu, C. de suscept. vbi Bar. condēnat Ministros, qui ex pecunijs Vniuersitatis negotiationes exercent, allegat tex. in d. l. 1. & 2. C. de his, qui ex publ. ration. si de hoc legendus est, Dec. consil. 6. Idem est in Præceptoribus functionum Fiscaliū, de quibus latè agit, de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de Regal. impositon. §. 3.

Nec possunt supradicti Administratores, seù Syndici bona Vniuersitatis emere ad instar Tutoris, nec per ipsos, nec per interpositam personam, l. in emptione, §. tutor, & l. non licèt, ff. de contrah. empt. secus tamen si bona fide publicè, & palam emant, l. cùm ipse, vbi Salicet. C. de contrah. empt. Bart. in l. tutor rerum, ff. de administr. tutor. & in l. pupillus, §. fi. ff de author. præst. latè explicant Petrus Duen. reg. 31. Azeued. in recompil. lib. 5. tit. 11. leg. 23. Quomodò autem quis dicatur participare in conductione, explicant Menoc. de arbitr. Iudic. cas. 459. Rouit. prag. 5. de admistr. Vniuers.

Administrator piorum locorum tenetur Episcopo loci rationes reddere, Rolan. à Valle consil. 49. lib. 1. vbi loquitur de hospitalarijs, & probatur generalis propositio, in cap. indicatum, vbi Glos. 1. in versic. alij dicunt 80. dist. Clem. quia contingit, §. vt autem præmissa de Religios. domib. Et Sacr. Conc. Tiden. expressè id mandat in administratore, cuiuslibet pij operis, sess. 22. de reform. cap. 8. & 9. Nisi subsint sub immediata Regis protectione; Vel nisi aliter in fundatione cautū fuerit, nec tempore Visitationis solum, sed etiam extra illam potest Ordinarius à supradictis Administratoribus rationes petere, sic pluries Sacra Congregatio respondit, refert Barbos de offic. Episc. alleg. 82. nu. 32. latè etiam probat Ricc. in praxi fori Eccles. . . . . ipsi principales *administratores* tenentur *rationes reddere*, non autem Procuratores ab ipsis substituti ex illa ratione, quod qui iure proprio in administratione substituit, ipse tenetur rationes reddere, & non substitutus, nec cedendo iura, liberatur, l. si procuratori, §. tutores, versic. non sunt igitur excusandi, & l. solet, ff. mandati, Io. Andr. Gemin. Anchar. & Fran. in cap. 1. de procurat. in 6. secus tamem si ex mandato principalis substituat, Ang. in l. 2. in princ. ff. de curat. bonis dan. per tex. in §. si per procuratorem, Instit. de satisdation. & sic per Rotam fuit condemnatum Capitulum Ilerdense ad redendas rationes Episcopo, non obstante, quod ab ipso Capitulo alij fuissent substituti refert, & probat Gratian. tom. 2. disceptat. cap. 395.

Qui supradicti Administratores piorū loco-

locorum prohibentur ipsorum bona emere, auth. quibuscunque, vbi Glos. Cyn. & alij, C. de Sacrosanct. Eccles. Glos. in Clem. fin. in verb. mensæ suæ de reb. Eccles. non alien. Bald. in d. l. si cùm ipse, C. de contr. empt. Alex. consil 4. num. 6. vol. 3. Azeued. loc. cit. Et si inuenti fuerint debitores, statim tenentur restituere, nec appellando impeditur exequutio, sic Sacra Congregatio pluries respondit, referunt, & sequuntur Zerula in praxi Episcop. in verb. hospitale, §. 3. versic. 6. Barbos. d. alleg. 82. num. 33. sicut etiam Ministri pecuniarij Fisci, si significantur ex causa introitus superantis exitum, statim fit exequutio etiam debitore inaudito, tanquam in notorijs, l. 2. §. quidã frumentario, vbi Bar. ff. de administr. rer. ad Ciuitat. pertin. Affict. in cap. 1. in 26 priuil. de fratrib. de nouo benef. inuest. & de materia significatoriarum, quomodò procedat practica Regiæ Cameræ, explicat de Ponte d. §. 3. num. 10. cum seq.

Quæ dicta sunt de redditione computorum Ordinarijs exibenda ab Administratoribus piorum locorum, procedunt etiam in Capitulo Sede vacante cùm in omnibus succedat Episcopo, cap. cùm olim de maior. & obedien. cap. 1. de instit. in 6. cap. 1. de Sed. vacan. & Trid. sess. 24. cap. 16. & quod Capitulum Sede vacante compellat Administratores ad pias defunctorum voluntates exequendas, tradunt Calder. consil. 13. de testam. Cardinal. in Clem. 1. col. 3. de testam. Barbat. & communiter DD. in cap. Ioannes de testam. Spino in specul. testamen. Glos. 28. in princ. num. 20. Pauinus de potest. Capit. Sed. vacan. par. 2. q. 7. num. 6. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 39. q. 6. Barbos. d. alleg. 82. num. 35.

Exequutores testamentorum ad quid teneantur. Cap. III.

EXequutor testamentarius tenetur, etiam reddere rationem suæ administrationis, Bal in l. si quis ad declinandum, C. de Episc. & Cler. Paul. de Castr. consil. 330. 333. lib. 1. Soccin. consil. 46. lib. 1. & 213. lib. 2. Guid. Pap. dec. 352. Gratian. Discept. Forens. cap. 329. Et procedit dictum etiam si testator remiserit redditionem rationum, nam sicut supradictum est in tutore, quod supradictum legatum intelligitur de stricta, & scrupulosa redditione computorum, ità etiam in exequutore testamentario dicendum esse, probat Tuschus in verb. exequutores testamentarij, concl. 543. Et licèt Glos. in l. Diuus, ff. si cui plusquam per leg. falc. dixerit, quod standum est iuramento exequutoris, circà distributionem piorum legatorum; Comunis tamen est resolutio, quod dictum Glos. procedit in legatis minutis, seù paruæ quantitatis, nam solutiones legatorum magnæ quantitatis probandæ sunt per testes, vel instrumenta, Cyn. Bar. & Alex. in l. id, quod pauperibus, C. de Episc. & Cler. Procedit etiam dictum Glos. quando solutio esset difficilis probationis, Bal. in l. si quis pro redemptione, C. de dona. vel in legatis pijs cõmissis exequutori, vt secreto illa distribuat, Salicet. in l. nulli, C. de Episcop. & Cler. facit tex. notab. in l. Theopompus, ff. de dote præleg. Et regulariter non dicitur exequutor is, cui aliquid in confidentia legatum fuit, Abb. in cap. nos quidem, num. 17. de testam. vbi etiam Couar. Molsest. 2. par. sum. tract. 13. cap. 11. num. 13. Exequutor enim

Digitized by Google

vltimarum voluntatum is propriè dicitur, qui nudum habet ministerium facti in distribuendo, nulla sibi retenta commoditate, l. exequutore, vbi Bart. C. de exequution. rei iudic. Roman. consil. 128. latè explicat Valenzuol. consil. 35. & 61.

Non solùm laici exequutores testamentorum tenentur rationes reddere, sed etiam Regulares exempti, qui cùm licentia superiorum officium exequutoris exercent, Clem. 1. de testam. tenentur Ordinarij loci, vt in d. Clemen. 1. à quo etiam si in dicto officio delinquunt corrigi possunt, vt ibid. Ang. in verb. exequutor, Fum. in eod. verb. Io. Andr. in addit. Specul. tit. de instrum. editio, §. nunc aliqua, vers. sed an simplex Commissarius, Cochier. de potest. Ordin. in exempt. par. 4. q. 49. Campan. in Diuers. lib. 12. c. 13. nu. 130. Barbos. alleg. 82. n. 34. Intelligitur tamen de exemptis iure comuni, qui ratione contractus, vel delicti subduntur Ordinarijs, cap. 1. de priuil. in 6. non autem de exemptis vigore priuilegiorum Summi Pontificis, qui nec ratione contractus, nec delicti conueniri possunt, vt sunt hodiè omnes Mendicantes, Syl. in verb. testamentum 2. q. 2. versic. quartum, Rodriq. de regular. tom. 3. q. 70. art. 5. Molf. loc. cit. num. 22. Quando autem Regulares possunt esse exequutores testamẽtorum, tradunt Couarr. in cap. tua nos de testamen. Spin. in spec. testamen. Glos. 28. num. 35. & Gratian. Discept. Forens. cap. 123.

Et non solùm tenentur exequutores testamentorum rationes reddere, sed si suspecti, & negligentes fuerint, à Iudice possunt amoueri, Oldrad. consil. 169. Paul. de Castr. consil. 92. num. 2 & consil. 332. lib. 1. & 437. lib. 2. Crauet. cons. 132. n. 3. Roman. consil. 428. num. 7. nàm cùm voluntas testatoris quam primum exequenda sit, l. nulli, ibi, (*sine vlla cuntatione*,) C. de Episcop. & Cleric. & cap. nos quidem de testamen. ibi, (*cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione constituere*) dicente D. Gregor. in cap. admonere 16. q. 1. (*admonere te volumus ne pię defunctorum voluntates, tua, quod absit, remissione causentur,*) idcircò exequutor, qui iussa testatoris non exequitur, amouendus est Speculat. in tit. de instrum. edition. §. nunc verò, vers. quid si exequutor, Morla in Emporio iuris par. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iudic. num. 197. Nam qui negligenter exequitur, id ad quod ex officio tenetur, censetur esse in dolo, Ancharan. consil. 158. col. 6. Soccin. consil. 2. lib. 1. Crauett. consil. 132. num. 4. & dolus præsumptus, dolus dicitur Bart. in l. quod Nerua, col. 2. versic. scire debetis, ff. depositi. Curt. Iun. in rubr. C. de eden. num. 26. qui autem delinquit in officio, in quo reperitur illo priuandus est, l. si aliquid, C. de suscept. & Arcarij. *lib. 10. l. 2. vbi* Bal. ff. de liber. & eor. liber. l. mancipia, vbi *Glos. & Bald.* C. de seru. fugit. l. Diuus, ff. de offic. Præsid.

Et facit regula generalis, quod vbicunque quis in officio, quod gerit, negligenter versatur à Iudice remouendus est, vt de Iudice negligente, loquuntur Bal. in l. 1. §. quies, num. 3 ff. de offic. Præfect. Vrb. Angel. in l. omnibus, C. de Sport. Dec. in l. penul. not. 6. C. de pactis, de Tutore negligente, loquitur tex. in l. fin. ff. vbi pupill. educ. deb. l. fin. C. de administr. tutor. l. 3. §. qui ob segnitiem, ff. de suspect. tutor. Rom. consil. 80. de Principe negligente, tradit Ias. in l. eum, qui res, C. de procurat. de Prælato negligente, tradit tex. in c. grandi de supplen. negl. Prælat. de Procuratore negligente, qui etiam nullo petente à Iudice remoueri debet, habetur in l. eum,

Digitized by Google

l.eum,qui res,C.de procurat.Rom. d. consil. 428. Crauett. d. consil. 132. Valenz. d.consil. 35.num. 28. cum seq.

Exequutores testamentarij dicuntur procuratores testatorum, ab ipsis mandatum habentes,glos. in Clem. dudum, §. verum in verb. indirectè de sepult.Bart.in l. vnum ex familia,ff.de leg.2.Bal. in l. si quis ad declinandum,C.de Episc. & Cler. Lapus alleg.91.num.6.Abb. in cap. in causis,num. 6. de elect. & consil. 110. lib. 2. & dicuntur etiam tutores bonorum testatoris, Paul. de Castr.consil.413.lib.2. Io. Baptista Ferrett.consil.312.num.3.Iacobus à Canib. de exequutorib. vltimar. volun.p.1.n.11.& 32.Valenz.cons. 60 nu. 6.propterea meritò tenentur rationes reddere non solùm in foro contentioso,vti probatum est, sed etiam in foro conscientiæ, nam grauiter peccant, cùm onere restitutionis si notabiliter negligunt vltimarum voluntatum exequutionem, Sot. in 4.distin.45.q.2.art.3. antè concl.1. Angel. in verb. exequutor, Syl. in verb.testamentum 2.Nau.cap.25.num.65.P.Nau. de restit.lib.3.cap.4.num.167.& lib.4. cap.4.num.75. Mol. de iust. & iur. disp.251.Rodriq.in summ. tom. 1. cap.133.Spino in specul.testamen. Glos.28.nu.7. Cened. qq. Canon. q.31.n.7.Molf.loc. cit. & Palatios Rubeos in repetit. rubr. de donat. inter virum,& vxor.§.65. num. 20. enumerat singularia exempla eorum, qui ob defuncti voluntatem non exequutam à Deo Optimo Maximo æternis supplicijs condemnati fuerunt; Nàm licèt exequutoris officium nemo cogatur acceptare,cap.Ioannes,vbi Gl. in verb. mandatum de testam.quia ad benè operandum non promissum nemo cogi potest, cap.ad fidem 23. q. 5. Glos. in sum. 23.q. 6. Tamen post acceptationem siuè expressè, siuè tacitè factam, prout explicat Syl.in verb.testamentum 2.num.3.tenentur sub mortali exequi; Et supradicti exequutores negligentes dicuntur necatores egentium, membra diaboli, raptores, & sacrilegi, cap. qui oblationes 1. & 2. cap. clerici 13. q. 2. & propterea non solùm peccant, vt dictum est,sed varijs pœnis plecti possunt, habetur in c. si hæredes,vbi Couar. numer.5. de testam.Gulielmus de Benedictis in capit. Raynutius in verb. si absque liberis,il secondo,num.195.de testamen.Spin. & Cened. locis citatis,& tenetur restituere,Clem. quia contingit de Relig. domib. S. œconomo in auth. de Sanctiss. Episcop. Spin.loc.citat.num.18.est communis resolutio,vt per Cened.& Molf. locis citatis.

Datur tamen casus, in quo electus in exequutorem tenetur sub mortali acceptare,& est quando nulla adest rationabilis causa non acceptandi; tunc enim peccaret contra caritatem, dùm onus impositum ab eo, qui non potest ampliùs rei suæ consulere, non acceptat; Et sicut grauis culpa est proximum in extrema necessitate existentem non adiuuare, vt notum est, ità,& voluntatem defuncti, quæ miserabilissima persona dicitur, & omni humano auxilio destituta, Afflict. in constit. Regni instrument.robur,num. 23. non exequi sic in specie, probant Spino d.Glos.28.num.18. allegat Glos.in cap.sicut,in verb.vsum 11 quæst.1. Imolam in cap.Pastoralis,vbi etiam Felyn. num. 6. de offic. deleg. qui dicunt, quod is, qui putat posse iustè iudicare, & partes ad concordiam reducere, si arbitrandi officium recusat peccat.

Ex hoc principio aliqui deducunt posse Episcopos cogere exequutores vltimarum voluntatum ad exe-

Digitized by Google

quendas quascunq; etiam non pias testatorum voluntates, vt latè probat post alios Spin. loc. cit. num. 21. Veram tamen est resolutio, quod tantùm in pijs legatis locum habet Episcopalis authoritas, in cæteris verò laicus est Iudex competens, probatur ex l. hæreditas, ibi, (*principali, aut Pontificali authoritate,*) ff. de petit. hæredit. post alios probat Tuschus in verb. executor, concl. 533. Molf. 2. par. ium. tract. 13. cap. 11. num. 13.

Negligentia executoris in restituendo malè ablata à testatore, nihil obest animæ defuncti, nec ob dilationem restitutionis interim detinendus est in purgatorio secundum veram opinionem, nam sufficit probo viro commisisse restitutionem, sic probant D. Thom. Quolib. 6. ar. 13. q. 8. Adrian. Quolib. 8. lit. F. per hæc verba (non enim patitur anima defuncti detrimentum si restitutio differatur, quam quis fieri mandauit, licèt tardè in morte, si tunc fecit, quod poterat,) & hanc opinionem probant, etiam Sot. de iust. & iur. lib. 4. q. 6. ar. 1. ad fin. Angles in Florib. in q. de suffragijs, fol. 353. Nau. cap. 17. nu. 68. vers. quæsitum, Lopez in instructor. conse. par. 1. cap. 121. versic. ad defunctus, Conrad. de casib. conse. q. 160. Bellarmin. tom. 1. controuer. controuer. 6. lib. 2. de purgator. c. 16. ad finem, Spin. loc. cit. Cened. loc. cit. nu. 6 Et licèt Ang. in verb. executor, §. 23. contrarium dixerit, ex tex. in cap. in litteris de raptorib. ibi, (*& hæredes eius moneas, & compelias, vt his, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat, iuxtà facultates suas condignè satisfaciant; vt sic à peccato valeat liberari,*) de raptorib. communis tamen sensus est, mendose in dicto Codice legi, valeat liberari, sed in plurali legendum est, valeant liberari, hoc est, vt hæredes ipsi, restituendo imposita à testatore à proprio peccato liberentur, non enim de testatore loquitur, qui in themate dicti textus in articulo mortis constitutus de commissis culpis se pœnituit, & à censuris fuit absolutus, & hunc sensum tenet Io. Andr. ibidem Adrian. quolib. 11. cap. 17. num. 68. Viual. in Candel. Ecc. par. 1. tit. de purgat. nu. 16. Ludouic. Carbon. de restit. q. 90 vers. 3. dubitatio, Spino loc. cit. num. 8. alios congerit, Cened. loc. cit. num. 8. & seq.

Ex supradicta obligatione, quam executores testamentarij habent reddendi rationem de commissis ipsorum fideicommissis sequitur, vt teneãtur inuentarium conficere non omnium bonorum testatoris, sed tantùm ipsis assignatorum, vt distribuantur, & ità procedunt tradita, Speculat. in tit. de instrument. edition. §. nunc verò aliqua, col. 18. versic. sed an teneatur, *vbi etiam* Io. Andr. Bal. *in l. nulli, C. de Episc. & Cleric. non enim potest executor testamentarius proprio authoritate alienare bona hæreditaria pro satisfaciendis legatis, nisi vocato, & audito hærede,* Bar. in l. alio, num. 16. ff. de alimen. & cibar. leg. Quod procedit etiam si executor haberet liberam à testatorem facultatem, nam illa libera facultas habet annexam bonam fidem, quæ non dicitur adesse quando actus geritur non vocatis de iure vocandis, Bar. loc. cit. Ruin. consil. 19. num. 4. vol. 2. & venditio bonorum facienda est sub hasta, & per publica bandimenta ad instar tutoris quando ex rationabili causa vendit bona pupilli, Bar. loc. cit. num. 21. Spin. d. Glos. 28 Regulariter enim executor testamentarius accipit bona à manu hæredis, & non propria autoritate, vt distribuat, d. l. nulli, vbi

Glos.

Digitized by Google

Gl. & Io. Faber l. fin. §. fin. C. arbitr. tutel. l. Orphanatrofos, §. 1. C. de Episcop. & Cleric. Gregor. Lopez leg. 2. tit. 10. parti. 6. Glos. 1. Et potest hæres præuenire exequutorem in solutione legatorum, Florian. & Aretin. in l. quidam testamento, §. si scriptus, ff. de leg. 1. per tex. in l. si pluribus, ff. de leg. 1. & l. si Libertus sub conditione, §. 1. ff. de oper. liber. Nec potest exequutor testamentarius alium in suum locum substituere, sed ipse tenetur exequi, d. l. nulli, ibi, (*pro sua conscientia*,) & Bald. notat, C. de Episcop. & Cleric. est enim electa industria personæ, idcircò non admittitur substitutio, Glos. in cap. quicunque, in verbo proprijs manibus de hæretic. in 6. Abb & Felyn. in cap. final. de offic. deleg. Spin. & Valenz. locis citatis. Quando autem hæres suum munus exequitur vanum redditur officium exequutoris, & ità procedunt dicta per Corn. consil. 76. nu. 12. vol. 4. & Mant. de coniectur. vltim. volun. lib. 3. tit. 1. numer. 82. nempè super vacuum esse exequutorem nominare, refert nouissimè Valenzuel. consil. 35.

Patris, Matris &c. Capituli Sede vacante, munus, ac de libris rationum. Cap. IIII.

PAter etiam administrator bonorum filij in casibus, in quibus non habet vsumfructum, tenetur rationes reddere, l. Titius. §. pater, vbi Bar. ff. de negot. gest. Soccin. cons. 46. lib. 1. 72. 12. lib. 3. & 92. num. 5. lib. 4. Secus tamen quando habet vsumfructum, Soccin. consil. 2. n. 7. lib. 1. Alex. consil. 110. num. 22. lib. 3. Pinell. in l. 1. in 2. par. C. de bonis mater. num. 27.

Mater etiam, quæ bona filij administrauit, tenetur reddere rationem, Anchar. consil. 306. Dec. consil. 349. Alex. consil. 110. lib. 3. & 62. lib. 4. Soccin. d consil. 2. numer. 7. lib. 1. Gozadin. consil. 80. in fin. Boer. decis. 61.

Filius quoque administrator bonorum patris rationem reddere tenetur, Soccin. consil. 46. lib. 1. 213. lib. 2. & 92. num. 5. lib. 4. Idem etiam in fratre bona communia administrãte, Soccin. consil. 73. lib. 1. 213. lib. 2. Roman. consil. 168. & 414. Dec. consil. 255. num. 2. & 365. Aymon. Crauet. consil. 159. num. 6. Rolan. à Vall. consil. 46. numer. 11. lib. 1. Idem est in marito bona extrà dotalia administrante, l. aduersus, & l. rationes, ff. de administr. tutor. Roman. consil. 413. Dec. consil. 110. num. 7.

Idem in sociò bona societatis administrante, Soccin. cons. 24. num. 32. & consil. 46. lib. 1. Ruin. consil. 54. & 110. lib. 6. Paris. consil. 84. & 88. numer. 17. lib. 1. Idem in seruo, qui bona domini administrauit, l. cùm seruus. ff. de condit. & demonstrat. Socc. consil. 24. lib. 1. Rolan à Vall. consil. 49. num. 10. lib. 1.

Idem in Capitulo Sede vacante, nam tenetur redere rationem nouo Episcopo, Rubeus consil. 131. num. 3. Sed Tridentin. sess. 24 de reformat. cap. 16. statuit, quod vbi munus fructuum percipiendorum incumbit Capitulo Sede vacante, teneatur eligere Aeconomum vnum, vel plures, qui rerum Ecclesiasticarum, & prouentuum curam gerant, & rationem reddant.

Supradicti omnes, quos diximus teneri reddere rationes tenetur etiam inuentarium, & librum rationum conficere, Bald. consil. 137. lib. 5. Roman. consil. 118. num. 2. Ruin. consil. 29. num. 11. lib. 5 post Rolan. in tract. de inuentar. congerit Tusc. in verb.

Digitized by Google

inverb. administrator, concl. 112. & in verb. inuentarium concl. 347.

Quomodò autem reddendæ sunt rationes, habetur, in l. cùm seruus, & in l. quamuis, ff de cond. & demon. & quatuor principaliter considerantur; Primò, vt rationes distinctè descriptæ legendæ tradantur; Secundò, vt accepta cùm datis computentur; Tertiò, vt reliqua restituantur; Quartò, vt si quæ mora commissa sit, interesse soluatur, vt habetur in supracitatis iuribus, & explicant Affl. decis. 157. vbi Vtsill. Capyc. decis. 17. Sola in Constit. Sabaudiæ, in Rubr. de minor. & ration. distrahen. ac quietat. decret. Glos. 3. numer. 6. cum seq. Menoch. de arbitr. cas. 209. Muñoz de ratiocinijs administrator.

Is, cui rationes reddũtur potest etiam petere librum, qui vulgo dicitur, Diurnalis Alciat. respons. 427. Menoch. loc. cit. num. 14. liber autem rationum ab administratore exibitus, non potest ab aduersario pro parte approbari, & pro parte non, Cyn. in l. vni. in 13. q. C. de confessis, Bar. in l. Aurelius, §. idem, quæ sit, ff. de liberat. leg. Abb. & Felyn. in c. 2. de fid. instrum. Rot. Ianuens. decis. 77. Surd. consil. 543. vol. 4. Ancharan. Regiens. q. 55. Et in connexis facit fidem, etiam pro scribente, Bar. in l. quidam, §. numularios, ff. de eden. & in l. etiam, ff. de minori. Hinc Franc. Marc. decis. 60. dixit fuisse iudicatum, quod petenti exhibitionem libri potest excipi, quod declaret si intendit in totum librum approbare, quod notandum dicit Rouit. pragm. 5. de administr. Vniuers.

Rationibus semel redditis sequuta absolutione ampliùs non sunt reddendæ, l. semel, C. de apoch. publ. lib. 10. Io. Andr. Archid. & Io. Monac. in cap. 1. de cler. ægrot. in 6. & in Clemen. quia contingit de Relig. dom. Glos. in l. 3. §. 1. in verb. liberationem, ff. de contrar. & vtil. act. tutel. Soccin. consil. 92. nu. 1. lib. 4. Paul. de Cast. cons. 342. lib. 1. Dec. consil. 94. num. 4. Nisi tamen fuerit error in calculatione, vel duplicatione partitarum, l. 1. C. de error. calcul. nam etiam redditis rationibus, & sequuta incontinenti quietatione, transactione, vel pacto, quia idem error, qui fuit in redditione computorum censetur adesse in transactione, quietatione, vel pacto, iterum possunt reuideri; & ità procedunt dicta per Bar. in l. instar, C. de iur. fisc. lib. 10. Ruin. cons. 71. lib. 1. Ias. & Iacob. de Sancto Geor. in l. 1. C. de err. calc. & quando constaret de dolo quælibet generalis liberatio non prodest administratori, l. Aurelio, vbi Alberic. ff. de liberat. leg. l. Aurelius, §. Titius, vbi omnes notant, ff. eod.

Redditio computorum non præscribitur, nisi spatio triginta annorum, Bald. in l. aduersus, *num. 1. C. de* neg. gestis, *& etiam hæredes tenentur, idem Bald. in l. curatores, Cod. eodem tit. Guttier. de contract. iurat. cap. 4. num. 24. Montanar. pragm. 5. de administr. Vniuersit.* & præcipuè tenentur reliqua restituere: hoc enim ex intrinseca natura redditionis rationum descendit, l. quamuis, & l. cùm seruus, ff. de condit. & demonstrat. l. si ità fuerit, §. quæro, ff. de manumiss. testamen. l. plure, ff. fideicommiss. libertat. nam nihil refert rationes reddere, nisi reliqua restituantur, Menoch. dict. cas. 209. numer. 22. Barbos. dicta alleg. 82. num. 33.

De

Digitized by Google

De Aduocatis.

QVÆST. XXXIX.

Requisita in recto causarum patrono. Cap. I.

IS, qui in iudicio coram habente iurisdictionem, suum, vel amici desiderium proponit, vel alteriùs desiderio contradicit, is aduocatus dicitur, l. 1. §. postulare, ibi, (*postulare est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni praest exponere, vel alterius desiderio contradicere*,) ff. de postulan. l. quisquis, §. antè omnia, Cod. eod. Azeued. in recompil. lib. 2. tit. 16. in rubr. de los abocados, Abb. & cæteri Canon. in rubr. de postulat. Syl. in verb. aduocatus; Idcircò prohibitus aduocare, non censetur prohibitus domi consulere, vel allegationes conficere, Bar. in l. 1. §. fin. ff. de varijs, & extraord. crimin. Bal. Angel. & Alex. in d. l. 1. §. postulare, & in §. pueritiam, Bertachi. in verb. aduocatus; Syl. loc. cit.

Officium aduocationis laudabile est, ac humanæ vitæ necessarium, l. laudabile, C. aduoc. diuers. Iudic. necessarij sunt ad conseruationem Reipublicæ, Bar. in l. aduocati, C. de aduoc. diuer. Iudic. Roland. à Valle consil. 36. vol. 3. Conrad. in templo omn. Iud. lib. 1. cap. 1. §. 1. idcircò à Iudicibus proteguntur, ne ab aduersarijs offendantur, & aduocati litigantium in Curia proteguntur à Canone 12. Bullæ Cænę Domini, quod tamen procedit contra offendentes aduocatos quandiù in Curia non autem extra, licèt ex causa in Curia defensa offensio proueniat, Vgolinus in dicta Bulla, cap. 12. in verb. Negotiorum gestores, num. 1. Odoardus in eadem Bulla, q. 9. n. 2. & ità resolutum fuit in facto à doctissimis viris. Officium enim aduocationis exercuit, & exercet Dominus noster Iesus Christus apud Patrem, iuxtà illud Apost. *Aduocatum habemus apud Patrem, &c.* idem Officium Beatissima Virgo, ac etiam Sancti in Cœlis exercent; officium enim aduocationis in dilectione proximi fundatum est, vt illis succurratur, qui propriam causam tueri nequeunt, latè prosequitur Menoch. de arbitrar. cas. 369. Et sicut Eximij meriti est officium aduocationis rectè exercere, Ias. in l. 1. num. 8 ff. de ius; & iur. Arnonius singul. 23. Borgnin. Caualcan. de vsufruc. mulier. num. 105. & decis. 33. n. 21. Simon de Pret. de interpret. vltim. volun. lib. 1. interpret. 1. dub. 1. Guazzin. ad defens. in præfation. num. 40. ità maxima continet pericula, quę numerantur ab Alberico in l. vnic. C. de suffrag.

Et quoniam humana natura procliuis est ad malum, pauci sunt, qui debitis adhibitis circumstantijs officium exerceant, idcircò Bal. in l. ab Anastasio, num. 4. C. mandati, dixit aduocatos præsumi parũ conscientiatos, & omnia mala mali aduocati nouerũt, gl. in d. l. ab Anastasio, & in isto Dei iudicio tales mali aduocati, absq; lingua multoties moriuntur, gl. in §. itẽ, Surd. in verb. admittitur, Instit. quib. mod. non est permis. fac. testamen. vt in eo puniantur, in quo deliquerunt, cap. literas de tempor. ordinat. cap. Pastoralis de iur. patron. probant etiam Barbat. cons. 65. col. 2. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, in ver. testamentum, 1. primo, nu. 6. de testam. Molf. ad consuetud. par. 4. tit. de renunciat. q. 15. num. 23. latè etiam de malis aduocatis agunt Carozius de locato, & conduc. par. 7. tit. de sublocat.

Digitized by Google

locat. q. 32. nu. 58. Thorus in compend. decis. Neapol. in verb. aduocatus, & præceteris notanda sunt verba, D. Bernardi lib. 1. de consider. ibi, (*minor quemadmodum aures diuina audire possunt huiusmodi disputationes aduocatorum, & pugnas verborum corrige Deus prauum morem præcide linguas vaniloquas, & labia dolosa claude hi sunt, qui docuerunt linguas suas loqui mendacium, discreti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate: Sapientes sunt, vt faciant malum, eloquentes, vt impugnent verum, ti sunt, qui instruunt, à quibus fuerant instruendi: adstruunt non comperte, sed suas struunt calumnias innocentiæ, destruunt veritatis simplicitatem, & obstruunt iudicij vias.*)

Peritus autem aduocatus pessimam causam facit videre bonam, Glos. in l. quod si nolit, in verb. adhibuit, ff. de edilict. edict. Io. de Amic. consil. 103. Indoctus verò cum nescit aliquid allegare, dicit sic aliàs fuisse obseruatum, Alb. in l. 1. ff. de const. Princ. Boer. in addit. Io. de Montagn. in tract. de parlamento, nu. 8. in 16. tit. tractatum de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensu Regio super dotem, num. 35. Potius autem expedit bonum, & peritum aduocatum habere, quàm bonum Iudicem, nàm aduocatus totus est pro suo cliente Iudex, verò pro vtraque parte, Fulgos. in d. l. quod si nolit, §. mancipia, vbi etiam Cepol. nu. 14. Simon de Pretis de interpr. vltim. volun. lib. 5. interpret. 2. dub. 2. nu. 29. quod notandum dicit Rouit. in rubr. de postulan. in pragmat. pro compromissis, quæ in aduocatis solent fieri, cùm non expediat litiganti suum peritum aduocatum effici Iudicem.

Pro veritate patrocinari debet, vt notum est, & tunc multa potest, etiam in foro conscientiæ pro victoria consequenda, facere, nempè, occultare ea, quę possunt processum causæ, vel victoriam impedire, D. Tho. 2. 2. q. 71. ar. 1. Syl. in verb. aduocatus, num. 4. potest etiam cauillationibus, & malitijs vti, dummodò non adsit mendacium, & cauillationes partis aduersæ cauillationibus, etiá repellere, Glos. in cap. cupientes, in verb. malignantium de elect. in 6. Glos. in c. dominus 23. q. 2. Alciat. de præsump. reg. 2. præsum. 31. n. 9. Couar. variar. resol. cap. 2. num. 1. Azeued. in recompil. leg. 2. tit. 16. lib. 2. num. 7. Guazzin. loc. cit. & sicut hostes per insidias, & dolos vincere possumus, cap. vtilè 22. q. 2. ità & aduocatus dummodò aliquid intrinsecè malum non agat, Syl. loc. cit. num. 6. & Dominus in Euang. Matth. 21. volens malignorũ cauillationes retundere præpositæ quæstioni non respondit, sed aliam proposuit, ad demonstrandum licitum esse cautelis vti contra malignorum malitias, & clauum clauo retundere, potest etiam *leuia allegare*, quando *cognoscit inductos Iudices ex leuibus moueri*, Io. And. in cap. per *tuas*, qui fil. sint legitimi, de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensibus super dot. num. 56.

Potest etiam aduocatus tuta conscientia dubias causas defendere, & etiá probabiles contra probabiliores est communis opinio, Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 8. ar. 3. Nau. c. 25. n. .. Gut. pract. qq. q. 28. Sayr. in cla. reg. lib. 12. c. 22. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 31. dub. 9. post alios latè Sanchez in summa lib. 1. cap. 9. nu. 51. cum seq. sufficit enim probabilem causam defendere, & iura clientis coram Iudice exponere sententiam expectando, quod tamen secus est in bello, nam vt tuta conscientia bellum induci possit, non sufficit probabilis opinio, ratio est, quia per litem fit inquisitio veritatis, & decisioni Iudicis auditis partibus relinqui-

Digitized by Google

linquitur, belli autem illatio est sententia exequutio, vndè supponit sententiam, vel esse latam, vel omninò debere ferri pro eo, qui bellum infert, in dubio autem sententia non est ferenda pro opinione minùs probabili, sed pro probabiliore, cùm tutior pars sit eligenda, cap. iuuenis de sponsal. idcircò satis differt litis defensio ab indictione belli, licèt in prosequutione iusti iudicij possit aduocatus industria vti qua, & milites ad debellandos inimicos, subtiliter probat Less. loc. cit. num. 54 Iniustas autem causas defendendo aduocatus non solùm peccat mortaliter, sed etiam tenetur restituere, Glos. in cap. 1. de confessis in 6. latè Viuius comm. opin. opin. 38. Idem etiam sentiunt omnes Theologi, vt post D. Thom. Sot. Syl. Nau. congerit Molf. tract. 8. cap. 13. num. 21. Idem est si iniustam causam facit transigere, Alb. in l. fin. Cod. de suffr. Burg de Paz. in proem. leg. Taur. nu. 255. Cacciaiupus de transact. q. 20. quia transactio in casu dubio facienda est, idcircò grauiter peccat aduocatus consulens transactionem in claris, S. Tho. 2. 2. q. 71. ar. 3. ad... Syl. in verb. aduocatus, num. 16. Nau. cap. 25. num. 28. Less. d. dub. 7. num. 49. Idem est si ob negligentiam iustam causam amittit, Syl. loc. cit. num. 16. Bero. in rubr. de postulan. Ias. in §. omnes, nu. 4. instit. de action. Nau. d. cap. 25. num. 29. Quæ autem negligentia requiratur ad hoc, vt locus sit restitutioni in foro cõscientiæ, dubium est; Et verior est opinio, quod debet esse talis, quæ constituat culpam moralem, Innoc. in cap. sicut dignum de homicid. vbi tradit, quod quis non tenetur ad damnum, quod præter voluntatem ex negligentia intulit; & apertiùs, idem probat Abb. in cap. quia plerique de immunitat. Eccles. & ex Theolog. Gabr. in 4. dist. 15. q. 14. ar. 3. dub. 2. Sot. de iust. & iur. q. 7. ar. 2. & lib. 5. q. 1. ar. 9. Syl. in verb. culpa, num. 6. & in verb. restitutio, 2. §. 12. num. 17. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 7. dub. 6. num. 24. & ità intelligendus est, tex in cap. fin. ibi, (*vel negligentia damnum est datum*) de iniur. & damn. dat. &c. consuluisti, ibi (*ne negligentia qualibet proueniente*) 2. q. 4. & in proprijs terminis aduocati, quod non teneatur restituere ex causa negligentiæ, nisi sit dolus, vel lata culpa, probat Syl. in verb. aduocatus in fin. latè. Gutt. qui alios allegat Pract. qq. q. 29.

Quid autem dicendum si aduocatus dolo, & mendacijs faciat, ne reus pœna fisco applicanda plectatur. Vera est resolutio, q licèt peccet, nõ tenetur restituere; Ratio est, quia pęna nõ debetur, nisi sequuta sentẽtia, cap. fraternitas 12. q. 2. & reus iniuste negans delictum, ob quod bona essent fisco applicanda, non tenetur restituere, quia peccat tantùm contra iustitiam legalem, non autem commutatiuam, Nau. cap. 25. num. 35. Azor. instit. moral. lib. 5. cap. 8. q 5. latè congerit Sanchez de matr. lib. 10. disp. 8. num. 14. & in sum. lib. 2. cap. 22. num. 22. & in casu de quo agimus, idem probat Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 31. dub. 8. num. 50.

Sed quid dicendum in aduocato fisci, Salon de iust. & iur. q. 62. ar. 7. controuers. 5. defendit teneri ad restitutionem, contrarium tamen est probabilius; Ratio est, quia ad officium fisci patroni non spectat mulctis, & pœnis fiscum diuitem facere, sed tantùm curare, vt leges seruentur, & ipsarum violatores puniantur, pœnę autem legibus adiectæ non sunt, vt à delinquentibus soluantur, sed vt ipsarum timore leges custodiantur, idcircò fisci patronus notabiliter negligens pœnas

Digitized by Google

fisco applicari, non peccat contra proprium officium, sicuti custodes viarum, vel nemorum non tenentur restituere fisco pœnas à contrauenientibus iustè exigendis, sed tantùm damnum, quod ex proprio officio tenebantur impedire, Syl. in verb. restitutio 3. q. 5. Nau. cap. 25. num. 34. Less. loc. cit. cap. 13. dub. 10. nu. 75. Sic etiam quilibet Confessarius, etiam Parochus non obligans pœnitentem ad restitutionem, licèt grauiter peccet, non tamen tenetur restituere ex eo, quia non tenebatur ex iustitia bonum creditorum procurare, Suarez de pœnit. disp. 32. sec. 6. ad fin. Sanch. in sum. lib. 1. cap. 6. num. 5. licèt Less. in d. dub. 10. num. 72. aliter dicat esse in Parochis, quam in cæteris Confessarijs, quibus ex officio non incumbit cura animarum, sed verius est idem esse in omnibus Confessarijs, vt ex supradictis constat: Sic etiam concludendum est in aduocato fisci, vti optimè contra Salon. Less. d. cap. 31. dub. 8. num. 51.

De assignatione Aduocati, & eius salario. Cap. II.

REgulariter à litigante eligitur aduocatus in multis tamen casibus à Iudice datur, & primò non habenti aduocatum Iudex assignat, l. 1. §. ait Prætor, ff. de postulan. & hoc procedit etiam in Regularibus, nam tenetur Superior Regulari inquisito designare aduocatum ex eisdemmet Regularibus, latè agit Paulin. Bert. in prax. crim. Regular. tit. 14. cap. vnic. de patrono, licèt Rodriq. de regular. tom. 2. q. 11. ar. 4. dicat, quod Prælati Regularium simul debent esse Iudices, & aduocati. Secundò, pauperibus, viduis, & miserabilibus personis, l. nec quid quam, §. aduocatus, ff. de offic. proconsul. Maran. in specul. par. 6. vers. & aliquando dicitur per viam inquisitionis, Carauit. rit. 99. Tertiò, quando omnes meliores aduocati pro vno ex litigantibus patrociniũ sumpserunt, nam tunc Iudex pro suo arbitrio diuidet, vt vtriusque litigantis æqua lancè iura proponantur, l. prouidendum, vbi latè Bar. & Salicet. C. de postulan. extat Ritus Mag. Cur. 99. vbi Carauit. num. 2. & eo magis dicta procedunt quando dolo aduersarij id euenit, vt in d. l. prouidendum, & Carau. loc. cit. Quartò, assignandus est aduocatus à Iudice in casibus, in quibus absq; licentia non est licitum patrocinari, vt puta in crimine læsæ Maiestatis, l. quisquis, §. denique, C. ad leg. Iul. Maiest. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. sine strepitu, in crimine hæresis, cap. fin. de hæretic. in 6. Pro defendendis latronibus insignibus, l. per omnes, C. de defension. Ciu. à Rot. Hyppolit. de Marsil. in l. 1. nu. 20. ff. de quæstion. Angel. de malefi. in verb. & vestem celestem, num. 12.

Et licèt multi dicant supradicta procedere constito de delicto, non autem priùs, vt possit quilibet licitè patrocinari ad demonstrandum falsa esse indicia, Marsil. singul. 15. Roland. à Vall. consil. 12. num. 79. lib. 3. sic dicit practicari, Clar. in prax. crimin. in §. hæresis, nu. 17. Farinac. in ead. prax. q. 309. num. 108. & sic in delictis notorijs non licèt patrocinari, Peregrin. consil. 2. num. 151. vol. 2. Guazzin. ad defens. defens. 24. cap. 10. Communis tamen est praxis in delictis læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, non posse aliquem absque licentia patrocinari, & quod requiratur licentia Ordinarij in crimine hæresis, tradit And. de Isern. in cap. 1. vers. satisfactionem de statut. contr. libert. Eccles.

ità

ità dicit practicatum, Anna sing. 10. Ità etiam in crimine læsę Maiestatis humanæ practicatum vidi in anno 1599. in causa quorundam Calatiorum de crimine læsę Maiestatis inquisitorum.

Duo tamen aduertere debet Iudex in designatione aduocatorum: Alterum est, ne aliquem cogat contrà suos patrocinari, cùm nec etiam fisci patronus ad id teneatur, l. petitionem, C.de aduoc. diuer. iudic. vbi Bald. notat, & allegat tex. in l. amicissimos, C.de excusat.tutor. facit etiam tex.in l.fin.ff. de postulan. Nec etiam cogat contra amicum, vel pro inimico patrocinari, Glos. in l.1.§.1.in verb.non habebunt,ff. de postul. per tex.in l.humanitatis, C.de excus. tutor. Benè tamen potest Iudex prohibere, ne quis contra inimicum patrocinetur, ad hoc, vt fraudibus, & prætensis dolis obuietur,sic probat ex multis, & dicit iudicatum Valasc.in decis. Lusitan. cõsult. 124.Mastr.dec.151.Rou.in pragm.rubr.de postulan.num.11.

Alterum aduertere debet Iudex,vt statuat salarium aduocato, quod pro qualitate causæ,& laboris à cliente soluendum est,l.1.§. in honorarijs, ff.de var.& extraord. cognition. licitè enim aduocatus salarium exigit,l.1.C. de suffrag. cap. non licèt 11.q.3.cap.non sanè 14. q. 5. cap. Romana, §. nec etiam de for. compet. in 6. Et procedit id; Primò, etiam in clericis aduocatis, Glos.in cap.1.15.q.2.Abb.in cap.1.de postulan.Secundò,etiam in Regularibus, qui cùm Superioris licentia pro substentatione Monasterij patrocinantur, cap. Monachi 19.q.1. Abb.in cap.2.de postul. Nau. in c. non dicatis,num.99.12.q.1.Sic dicitur de lapso, Abbate regulari, qui suis laboribus in præstandis patrocinijs Monachos alebat, Ignat.Lopez ad Diez in prax.canon.cap.63. Rodoanus de spolijs q.2. num. 27. Gonzal.de alternatiu.Glos.2.num. 33. Tertiò, etiam si aduocatus pro Rege patrocinetur, nam debetur etiam salarium, cùm non teneatur gratis patrocinari, Innoc. in cap. sicut,il secondo,de iure iur. Aflict. in Constit.Regni, cùm circa in 18. notab.facit tex.in l.1.C. de aduoc. fisc.& Andr.de Isern.in cap. 1. de Capitanio,qui cur.vend.in fine,dixit, quod quando Princeps aliquid petit à priuato,non potest absque salario illud accipere.Quartò,etiam quando Ecclesiæ assignatur aduocatus, nam tenetur soluere salariũ, cùm etiam Ecclesiæ possit consiliũ vendi,cap.significatum de præben. Innoc in cap.non satis de Simon.& in cap. 1. vbi etiam Felyn. de magistr.& facit tex. in §. oportet, & §. illud,in auth.de mandat.princip.& §.ne autem in auth.de iudicijs.

Non tamen debetur à pauperibus salarium aduocatis, nam gratis tenentur pro ipsis patrocinari, Glos. in cap.1.§.insuper, in verb. paupere de rescript. in 6.cap.1. vbi Hostien.Abb.& Felyn. de offic. Iudic. Alberic.in proem.Cod.num.18.& in l. 1.§. ait prætor, ff. de postulan. Couar.pract. qq.cap.6.& eo magis hoc procedit in aduocato pauperũ, qui ex publico habet salariũ, & tenetur gratis patrocinari, & de medico à comunitate conducto, tradit Syl.in verb. medius, num. 6. & legendus est Carauit.Ritu 99.In foro tamen conscientiæ non tenentur gratis patrocinari sub mortali, nisi positis in extrema necessitate, D.Tho.2.2. q.71.ar.1. Nau. c.25. nu.10.Syl.in verb. aduocatus. Tenentur etiam existentibus in graui necessitate gratis patrocinium præstare in casu tamẽ quando ipsis aduocatis supereſt tempus, & comoditas ad præstandum patrocinium ad instar illorum, qui de superfluo

Digitized by Google

teneatur elęemosynam facere, sic probat Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 8. ar. 1. Syl. loc. cit. nu. 11. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 31. dub. 7. An autem aduocatus in propria causa possit repetere id, quod alteri aduocato esset soluturus, & communis est resolutio non posse, glos. in l. fin. vbi Bal. & Angel. C. de fruct. & liti. expens. Canon. in cap. finem litibus de dolo, & contum. Rot. Roman. in antiquis decis. 434. nisi tamen ex causa patrocinij in propria causa præstiti, alijs causis non potuerit vacare, nam tunc nō ratione patrocinij præstiti, sed ratione interesse petere potest, Bal. in d. l. fin. in vltim. q. Lanfranc. in cap. quoniam contra in verb. expensæ de probat. Bertach. in verb. aduocatus.

Quæres vtrum aduocatus salarium conuentum in casu victoriæ possit petere, si causa à partibus transactione finita fuerit. Res est dubia, quia pecunia, & labor diuisionem recipiunt, l. scio, ff. de annu. leg. Menoch. de arbitr. cas. 223. Sed in Sac. Cons. resolutum fuit, quod transactione bona fide facta, & non in fraudem, salarium deberetur pro rata temporis, sic Franch. decis. 222.

Ad quam verò summmum possit salarium ascendere de iure communi statutum est, in causis ciuilibus centum aureos non transcendere, l. 1. §. pen. ff. de var. & extraord. cognit. secus tamen in causis criminalibus, vbi ageretur de vita, vel statu, Glos. in l. iusta causa, ff. de manumiss. vindic. & in cap. vno delegatorum, de offic. deleg. Bal. in l. 1. C. mandat. Hodiè verò contrariò iure vtimur, nam ex varietate temporum vsus inoleuit, vt multa maiori quantitate pro qualitate tamen causæ, & laboris salarium soluatur, Carauit. d. rit. 99. Non tamen poterit pro salario non præstito retinere scripturas, Capyc. dec. 11. ex traditis per Bal. Imola, & Fulgos. in l. si non sortem, ff. de cond. indeb. licèt scriptor possit pro salario scripturæ retinere quinternum. Nec potest facere pactum de quota litis, l. 5. qui, C. de postulan. extat Regia Pragmatica de postul. Franch. decis. 265. quod procedit etiam in foro conscientię, Syl. in verb. aduocatus, & omnes communiter.

Sed numquid aduocatus pro patrocinio pręstito feudatario, feudum habeat obligatum, & multi dixerunt feudum pro patrocinio præstito esse obligatum ex verbis, Andreæ de Iser. in cap. 1 col. 2. de feud. Guard. sic Pernus consil. 14. in verb. colligamus, versic. item nota singulariter Ann. sing. 203. Nicolau. Intrigl. de feud. centur. 2. tit. 7. num. 353. Petr. Gregor. de concess. feud. par. 2. q. 10. nu. 19. Molses. in sum. tract. 12. cap. 12. n. 50. Hoc autem sic intelligendum est, vt possit Dominus pro patrocinio præstito feudum concedere, & dicitur de iure communi feudum aduocatiæ, quod durat tantùm ad vitam, & non transmittitur ad successores, Speculat. in tit. de aduocat. §. 1. num. 26. Iacobutius de Franchis in præludijs feudor. nu. 213. Menoch. de arbitr. q. 68. & ità propriè loquitur Pernus loc. cit. An autem feudum possit alienari, vel obligari ex causa patrocinij pręstiti D. Garzias Mastrillus in addit. ad Petr. Gregor. par. 2. q. 10. nu. 19. dixit, quod feudum in forma stricta, quod aliàs dicitur ex pacto, & prouidentia, nullo pacto potest obligari, vel alienari; Vera tamen est resolutio, quod si maxima impensa facta est pro feudi conseruatione, seù defensione, vt puta contendente Domino, feudum non esse, vel non fuisse concessum, si feudatarius multum impendit, iure licito feudum obligare potest, sicut dicimus in possessore maioratus, quod

quod modicas impensas ex fructibus maioratus tenetur facere, ex tex. in l. hactenus, ff. de vsufruct. Gulielm. de Cun. Bal. & Angel. in l. 1. §. vsufructuarius, ff. de vsufruct. Gozadin. consil. 94. nu. 37. Gomesius var. resol. tit. de contract. cap. 15. num. 7. in fin. magnas verò non tenetur de fructibus, sed potest partem aliquam maioratus alienare, sic Mol. de primogen. Hispanor. lib. 1. cap. 27. in fin. allegat Bal. in auth. excipitur, num. 4. C. de bon. quę lib. Paul. de Castr. in l. fin. §. vbi autem, C. eod. tit. num. 7. Bal. Angel. Paul. & Alex. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber. Marzar. in Epithom. fideicommiss. par. 3. q. 7. & ità practicatum vidi à Cicco de Loffredo Marchione Triuici, qui in anno 1618. concessit partem territorij, & domorum strictissimo fideicommisso subiectarum cuidam doctori, qui pro defensione fideicommissi aduersus creditores insudauerat, & ità tamen procedere possunt contractus censuales super feudis, quos Mastrill. in addit. supradicta dixit vidisse fuisse exequutioni demandatos.

An possit cogi aduocatus ad patrocinium pręstandum, & vtrum possit testificari pro cliente. Cap. III.

SI renuat patrocinium præstare aduocatus potest à Iudice cogi, l. inuitus, vbi Bald. & Salicet. C. de procurator. Glos. in l. 1. §. ait prętor, ff. de postul. l. prouidendum, §. 1. C. eodem. Couar. pract. qq. cap. 16. nu. 4. & var. lib. 3. cap. 14. Misinger. obseruat. pract. centur. 3. obser. 32. Ratio est, nam omne officium, quod aut authoritate, aut vtilitate publicum est, dicitur necessarium, nec potest recusari, l. & iudicare munerum, ff. de muner. & honor. Sic primò dicimus, quod quis cogi potest ad officium Oratoris, siuè legati, Glos. in l. si quis decurio, vbi communiter approbatur à Bar. Angel. Ioan. de Plat. & Luc. de Penn. C. de decurion. lib. 10. facit tex. in l. sciendum, §. si accusatio, ff. de legation. Bald. in d. l. veluti, ff. de iust. & iur. Auil. in cap. 54. Prætorij nu. 2. cum seq. & in verb. Messajero, & in verb. ha de azer. Secundò, cogitur quis publicam pecuniam colligere, Alberic. in l. munerum, ff. de muner. & honor. Tertiò, officium Syndicatus exercere, Petr. Greg. Tolos. de Rep. cap. 5. num. 4. lib. 4. Quartò, cogi quis potest, vt sit curator ad litem, §. est autem, vbi Glos. Inst. de tutel. l. §. si quis tutori, ff. quando. appell. sit Baez de decima tutor. præstan. cap. 2. num. 35. Quintò, pro exercitio iustitiæ cogitur quis esse, Carnifex l. 1. C. ne quis liber inuit. &c. lib. 11. Bouadigl. d. lib. 1. cap. 15. num. 47. lit. L. Sextò, Notarius cogitur instrumenta conficere, aliàs poterit ab officio suspendi, l. prouidendum, §. 1. C. de postulan. Bal. in rubr. C. de fid. instrum. Dec. in l. inuitus, ff. de reg. iur. Rom. sing. 259. incip. Menoch. de arbitr. cas. 369. Septimò, cogitur quis gerere officium procuratoris fiscalis, Dec. in d. l. inuitus, Mastril. de magistr. lib. 1. cap. 30. Sic etiam aduocatus non solùm cogi potest, vt iusta mercede accepta patrocinium præstet, vt dictum est, & iusto Iudicis præcepto renuens potest ad tempus suspendi, d. l. prouidendum, Roman. loc. cit. l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præf. Vrbis, l. moris, §. sicut autem, ff. de pœnis, Menoch. & Mastrill. locis citatis, sed etiam cogi potest, vt officium Consiliariatus exerceat, nec potest se excusare, Ioan. de Plat. in l. in filijs, num. 2. C. de decurion. lib. 10.

Digitized by Google

lib. 10. & in l. semel in fin. C. de re milit. lib. 12. Bouadigl. d. cap. 15. num. 8. Gabut. decis. Lusitan. decis. 84. num. 45. par. 2. licèt contrarium dicat Fontanell. de pactis dotalib. claus. 4. Glos. 10. par. 1. num. 127. Sed verius est posse cogi, nam iudicare, & magistratum gerere munus publicum est, l. quippè, ff. de iudicijs, l. nunquid, ff. ad Trebellian. Menoc. de arbitr. lib. 1. q. 2. nu. 21. & idcircò cogi potest, latè Mastrill. de magistrat. lib. 1. cap. 30. nu. 78.

Ad secundum in titulo propositum; Respondeo aduocatum non posse esse testem pro suo cliente, l. fin. ff. de testib. cap. fin. de testib. in 6. cap. si testes, quos accusator, ibi, (*patroni quoque in causa, cui patrocinium præstant testimonium non dicant,*) 4. q. 3. Odoffred. & Abb. in d. l. fin. est communis opinio, quam probant Bal. Ias. & Siccard. in l. dictantibus, C. de testamen. Franch. decis. 222. Ioseph. Ludouic. in decision. Perus. decis. 82. Surd. decis. 219. Marius Giurb. decis. 195. Farinac. de testib. q. 60. illat. 4. n. 155. & procedit etiã finita causa, quia adhuc durat affectio, Salic. in l. omnibus, num. 6. C. de testib. multos allegant Mascard. de probation. concl. 1357. num. 4. Surd. d. decis. 219. nu. 2. Farinac. d. illat. 4. num. 160. vel in causa appellationis, d. cap. fin. vbi Glos. in verb. appellat, Archidiacon. Gemin. & Franch. & etiam si in illa secunda instantia non patrocinaretur, Imol. in cap. cùm nobis, num. 7. de testib. Lanfranc. de testib. num. 67. & procedit dictum, siuè cùm salario, siuè absque eo patrocinatus fuerit, Mandos. in addit. ad Consil. Roman. 420. Procedit etiam dictum in aduocato, qui salarium accepit, ne pro aduersario patrocinaretur, Mascard. loc. cit. & concl. 66. num. 5. & 6. licèt contrarium dixerit Specul. de testib. §. 1. num. 35. pro veritate tamen legendus est Farinac. loc. citato.

Limitatur tamen quando aduocatus produceretur in testem contra suũ clientem, nam tunc ei creditur, & aliquando cogi potest ad deponendum, Glos. in l. etiam, C. de testib. & in d. l. fin. vbi etiam Bal. Salicet. Fulgos & Iacobin. Bar. in l. deferri, §. idem decreuerunt, ff. de iur. fisc. & est communiter receptum, Guid. Pap. decis. 45. Franch. decis. 222. num. 2. Giurb. in d. decis. 195. Non tamen cogi potest ad deponendum in his, quæ scit tanquam aduocatus, iuxtà tradita per Affli. & in Const. Reg. aduocatorum, Viui. in Thesau. com. opin. opin. 959. incip. testis, Mastrill. decis. 151. num. 40. Et procedit etiam stante præcepto sub pœna excommunicationis, Cordub. lib. 1. qq. Theolog. q. 43. dub. 2. Petr. Nau. lib. 2. cap. 4. num. 222. qui multos allegat Gab. & alij quos refert, & sequitur Nau. in cap. 25. nu. 42. Rodriq. in sum. cap. 3. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 14. nu. 29. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 30. dub. 6. num. 45.

Hoc tamen nõ procedit in subsidium, & quando damnum illius, ad cuius iustitiã fiunt monitoria, est maioris considerationis, quam clientis, qui secreto negotium suum aduocato commisit, vt per supracitatos authores, & in specie per Nau. d. num. 42. accedit etiam Genuens. in prax. cap. 2. Ratio est, quia ex lege charitatis quilibet tenetur proximo in necessitate existente subuenire, vt notum est, nam vnicuique mandauit Deus de proximo suo, & secretum naturale non obligat cum interesse partis, D. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 1. ad secundum; Est communis resolutio Theol. & Canonist. quam nouissimè probat ex multis Henric. Bohic. in cap. omnes de pœnit. & remiss. Less. d. dub. 6.

Sayr.

Digitized by Google

Sayr.d.cap.120.num. 14. & 15. & quod teſtes teneantur deponere etiam de his, quæ ſecreto ſciunt imminente damno tertij, probant D.Thom.& Caiet.d.ar.1.D.Bonauent.in 4.diſt.21.ar.3.verſic. ad illud, Alex. de Aleſ.in 4.par. ſum.ar. vltim. ad fin. in reſp. ad ſecundum, Henricus de Gandauo quolibet.9. Syl.in verb. confeſſio 3. verſic. 5. quæritur Ioann.de Triburg.in ſum. S. Raymundi, tit. de pœnit. S. 59. verſic.peccata, idem in tit. de confeſſionis celatione,q.95.& tit. de teſtib.q.185.Ang.in verb.confeſſio vlt.nu.22. Nau. in cap. inter verba 11.q.2.& in ſum.cap.17.num.134. & ſeq. & cap. 18. num. 54. verſic. dixi.cap.25.nu.51.verſic.3.peccat, Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 30. dub.6.num.47.Sayr.d.cap. 20. nu. 14. & 15. & ex Canon. idem probant Innoc.in cap.omnis, nu. 7. de pœnit. Abb.in d. cap. omnes, & in cap. Sacerdos de offic. ordin. & in cap.intimauit, vbi etiam Felyn. de teſtib. Turrecremat.in cap. quidam maligni 5.q.9.Zabarell. conſil. 35. Henric.Bohic.in d.cap.omnis, nu. 43. & in cap.dilectorum de teſtib. cogen.vbi allegat D. Tho. & alios Theolog. & hoc iure vti, & practicari in Curia Neapolitana teſtatur Genuenſ.in Prax.cap.2.

Confirmantur etiam ſupradicta ex alia ratione; Nam delicta occulta proximorum pandere poſſumus,quando alicuius innocentis imminet damnum,Sot.de iuſt.& iur.lib.5.q. 7. ar. 1. Nau. in ſum.cap.18. uum. 31.nam nullus tenetur famam proximi tueri in alterius præiudicium, probat Leſſ.loc.cit.cap.11. dub.9. & in dubio quale ſit maius damnum proximi ne innocentis, an famæ delinquentis,pro innocente reſpondendum eſt, Leſſ. loc. citat. & quando adeſt proximi damnum nõ ſolùm poſſumus proximorum occulta delicta pandere,ſed etiam tenemur,Mol.de iuſt. & iur. tract. 4. diſp.5.num.6.& diſp.24. Leſſ. loc. cit. ergò eo magis in ciuilibus exiſtente damno tertij cum Superioris præcepto.

Ampliantur ſupradicta,etiam ſi adfuerit iuramentum de ſeruando ſecretum,nam tale iuramentum, ex quo adeſt tertij præiudicium, non eſt ſeruandum,c.ſicut literis, vbi Abb. cap tua de iur. iuran. & iudicatum tanquam temerarium, idcircò non tenet Innoc.in d.cap. omnis, & in cap.qualiter,& quando,il ſecondo, de accuſat.Abb.in d.cap.Sacerdos num.2.Henric.Bohic,Ang.Leſſ. & Sayr. locis citatis, & poſt omnes Rodriq.in trac.de ordin.iudic.cap. 7.conc.10. & eo magis accedente Superioris authoritate,quæ ſemper in omni promiſſione dicitur excepta,l.fin.vbi Bal.Ang.& alij, ff. qui ſat.dar.cogan. Idcircò concludendum eſt aduocatum in caſu ſupradicto teneri ad deponendum, vt in puncto reſpondit Maſtrill. ſingul. 424.& deciſum refert Giurba dec. 95.In Sacro tamen Conſilio inoleuit praxis, quod quando inſtatur à parte, vt aduocatus aduerſarij deponat, nunquam cogit illum Iudex ad deponendum, niſi exhibitis articulis,Franchis deciſ.222. Thorus in compen.dec.in verb.aduocatus.

De fidelitate in Aduocato requiſita. Cap. IIII.

ADuocatus reuelans ſecreta cauſæ, non ſolùm peccat mortaliter, punitur pœna falſi, ſed etiam tenetur reſtituere omnia damna,l.1.vbi Bar.& Angel. ff. de prævaric. eſt communis opinio,quàm latè probat, & iuxtà eam dicit multoties fuiſſe practicatum, Menoch.de arbitr.caſ.537.nu. 25.

& caſ.

Digitized by Google

& cas. 323. n. 9. Nec potest cęptam causam derelinquere, & pro altera parte patrocinari, nam aliàs diceretur prævaricator, d. l. 1. ff. de prævaric. latè Simon de Præt. de interpr. vlt. volun. lib. 1. interpret. 1. dub. 5. Carauit. Rit. 3. num. 14. & rit. 99. An autem is, qui in prima instantia pro actore patrocinatus est, in secunda instantia possit pro reo patrocinari, Glos. in l. 2. ff. de postulan. respondit affirmatiuè, idem probat Speculat. in tit. de aduocato, §. nũc tractemus, num. 12. asserens sic practicari in Curia Romana, & pro hac opinione, Ann. sing. 7. allegat Alex. Lanfranc. & alios; Contrarium tamen est verius, nam licèt causa appellationis non dicatur propriè eadem causa, sed noua, aduocatus tamen, qui in prima instantia vnam partem defendit, & secreta causæ nouit ad aliam partem se transferendo notam prævaricatoris non euadet, Ioann. Andr. in cap. fin. de testib. in 6. Guliel. de Cuneo, quem sequitur Bal. in l. fin. ff. de postul. & tanquam prævaricatorem esse puniendum asserunt, Bald. & Pal. de Castr. in dicta l. fin. quos sequuntur Peregrin. de iur. fisci lib. 7. tit. 2. n. 9. Idem est in aduocato, qui accepto salario pro vna parte consuluit, Bal. Paul. de Castr. & Peregr. locis citatis, post alios Guttier. pract. quæst. quæst. 30.

Dantur tamen casus, in quo aduocatus licitè potest defendere contrarium eius, quod consuluit, & primus est si varietur factum pro quo consuluit, nam ex quo minima facti variatio variat decisionem, idcircò aduocatus per contrarium defendere eius, quod primò consuluit, Speculat. in d. tit. de aduocato, §. nunc tractemus, col. 1. Abb. Dec. & alij, quos refert, & sequitur Simon de Petr. in d. dub. 5. solut. 8. num. 13. cum seq. Secundus est casus, quando aduocatus efficitur principalis, vt puta, quia successit illi, contra quem consuluit, l. fin. ff. de postul. cap. infamis, §. tria 3. q. 7. Glos. in cap. 2. §. fin. in verb. eius de procur. in 6. alios allegat Rouit. in rubr. de pustulan.

De Fisci Patrono. Cap. V.

ADuocatus Fisci dicitur habere dignitatem, l. binos, vbi Bal. C. de aduoc. diuers. Iudic. Appellatur clarissimus, l. 1. laudabile, & l. restituendæ, C. eod. tit. Præcedit cæteros aduocatos, etiam antiquiores, Ang. & Imol. in qui soluendo, ff. *de hæred. instit.* Crauett. in *addit. ad Vestrium*, in tract. de vsuris Curiæ Romanæ, lib. 2. c. 8. vbi idem dicit esse in procuratore fiscali, vt etiam aduocatos præcedat, probat etiam Peregrin. de iur. fisci lib. 7. tit. 2. de aduoc. fiscal. nu. 15. cum *ipse etiam aduocatus dici possit, Glos. in l. non intelligitur, §. fin. in verb. restituatur, ff. de iur. fisc.* Et licèt officium procuratoris *vilè sit pro fisco* tamen dicetur nobilè, Ias. in rubr. C de procurat. Ioan. de Plat. in l. vniuersos, Cod. de decurionib. lib. 10. Bonifac. de Curtil. tract. de nobilit. par. 3. num. 142. Peregrin. loc. cit.

Fisci iura solicitè tueri debet eius aduocatus, non tamen calumnioſas instituere actiones, nàm aliàs teneretur de proprio damna restituere, l succurritur, ff. de excusat. tutor. Io. Fab. in l. non est, C. in quib. caus. tutor. Boer. decisione 324. Adeò verò grande delictum est iniurioſas instituí actiones à fisci patrono, vt talia faciens viuus igne comburendus sit, l. vniuersi, C. vbi caus. fiscal. Gramatic. decis. 60. Rouit. in commentar. pragmatic. rubr. de postul.

Vbicunque adest fisci interesse, audien-

Digitized by Google

diendus est ipsius aduocatus, aliàs sententia nulla est, l. non intelligitur, §. Diuus, & l. si fiscus, ff. de iur. fisc. l. 2. C. si aduer. fisc. l. fin. C. de aduoc. fisc. quod secus est in causis priuatorum, nam sententia ex absentia aduocati non rescinditur, l. velamento, C. de postulan. l. 1. C. de bonor. possess. contr. tab. Peregrin. loc. cit. solent tamen Iudices absente aduocato vnius partis, concedere dilationem, donec reuertatur, si tamen de proximo est reuersurus, l. si longius, vbi Ang. ff. de iudic. secus tamen est si longo tempore, vel si plures pro vna parte adsint aduocati, nam absente vno, licèt magis instructo non conceditur dilatio, Bar. in l. ait prętor, num. 2. per illum tex. ff. ex quib. caus. maior. Felyn. in cap. 1. vt lit. non contest. Mandos. in cap. quoniam contra num. 43. de probation. In omnibus causis criminalibus audiendus est fisci patronus, nam Reipublicæ interest ne *delicta remaneant impunita, & procedit etiam in causis Curiæ Admiratiæ, quando de ipsis agitur in magna Curia Vicariæ*, vel in Sacro Consilio, Franch. decis. 722. in causis verò ciuilibus in quibus fiscus formatum habet interesse, non solũ audiendus est, sed remittuntur ad Tribunal Regiæ Camerę Summariæ, iuxtà Reg. Pragmatic. In causis verò, in quibus non habet formatum interesse, sed dubitatur ne ex ipsarum decisione aliquid interesse oriatur, licitè potest in quocunque Tribunali assistere ex notabili decisione, Angel. in auth. nec si hęres, C. de relig. allegat tex. in l. si ità, §. dominus, vbi Alberic. ff. de vsu, & habit. Capyc. in inuest. feud. in verb. gabellis, versic. & his, qui territorio, & ità quotidiè practicari asserunt, Franch. decis. 117. Aloys. Leo in d. auth. nũc si hæres, Thorus in compend. decis. in verb. aduocatus Regij patrimonij.

Hic aut fisci aduocatus, licèt maximas habeat prærogatiuas non potest tamen concedere saluum cõductum, siuè guidaticum delinquenti absq; speciali Proregis licentia, Afflict. decis. 4. Fortun. Garz. in l. conuentionum, C. de pactis, Remig. Gamma de immunit. Ecclesiar. in 26. fallent. Ann. sing. 9. & 462. Menoc. de arbitr. cas. 337. nu. 10. Farinac. de carcerib. q. 29. nu. 98. de Ponte de potest. Proreg. rubr. de prouisio. fieri solit. §. 4. num. 51. Borrell. ad Belluc. in specul. Princip. rubr. 6. lit. Q. incipiente aduocatus, Thorus loc. cit. in verbo aduocatus fisci.

Dicitur etiam Inquisitor, qui Reos accusat, l. ait lex, ff. de iure iur. l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omn. iudi. Bald. in l. ea quidem, C. de excusation. & propterea dicitur contrahere inimicitiam cum accusato in causa capitali, l. 1. §. qui autem, & §. sed & constito, vbi Glos. in verb. aduersario, ff. de calumniator. facit tex. in l. post legatum, §. is verò, ff. de his, quib. vt indig. Alberic. in dictionar. in verb. aduersarius, Luc. de Penn. in l. 1. col. 2. C. de his, qui deferun. Io. de Anan. & Anchar. in cap. cùm P. Manconella, de accusation. Butr. Rip. & Dec. in cap. 1. de iudic. Farinac. de indit. ad tortur. q. 49. nu. 73. Idcircò multi dixerunt, quod si aduocatus fisci efficiatur Iudex, prout multoties vidi practicatum, poterit recusari tanquam suspectus ex capite inimicitiæ ab eo, quem in causa capitali habuit inquisitum, Glos. in l. si pecuniam in princ. in verb. repetetur, ff. de condit. caus. dat. iuncto tex. in l. qui operas, ff. locati Glosam prædictã, sequuntur Paris. de Syndic. in verb. suspicio, num. 5. Luc. de Penn. in l. 1. col. 2. in verb. inimicus, vers. itẽ aduocatus, C. de his, qui se deferuer. sicut in simili testes deponentes in causa capitali,

Digitized by Google

contra aliquem, iudicantur inimici, d.c. cùm P. Manconella, vbi Innoc. & cæteri Canonistæ, sic & aduocatus fisci, qui contra inquisitum instat. Et quod inimicitia contracta ex causa aduocationis in causa capitali, sit iusta causa aliquem recusandi, probant Blancus de indit. ad tortur. num. 142. Meren. consil. 87. inter Consil. Crimin. diuers. tom. 2. Et quod etiam consanguinei inquisitorum id possint, probant Rouit. in pragm. 1. de susp. Official. nu. 49. licèt contrarium Farinac. de indit. ad tortur. quæst. 49. num. 37.

Quasi possessio vtrum probetur per actum vnicum Iure proprio factum.

QVÆST. XL.

Exemplis affirmatiua pars astruitur. Cap. I.

EX doctrna Abb. in capit. cùm Ecclesia Sutrina, num. 22. vbi etiam Ripa num. 52. de caus. possess. & propriet. Ruin. cons. 106. num. 9. lib. 5. Crauett. consil. 124. num. 2. Roland. à Valle consil. 47. num. 27. lib. 1. Menoch. consil. 126. n 6. vol. 2. & de arbitr. iud. cas. 160. Respondendum est affirmatiuè; Quando autem actus dicatur fieri iure proprio, declarat tex. in l. fin. ff. quemadmod. seruitut. ammitt. ibi, (*nisi is, qui suo iure vti se credit,*) & sic requiritur opinio vtentis, vt credat se proprio iure vti, & actum ex proprio iure facere, ad quod concordat tex. in l. 1. §. Aristo, ibi, (*qui se putat suo iure vti,*) ff. de aqu. quotid. & æstiu. l. fin. ff. de itiner. actuq; priuat. Glos. in d. l. fin. ff. quemadm. seru. am. Secus tamen est quando quis alia ratione, vel occasione re aliqua vtitur, vel actum facit, l. 1. §. Iulianus rectè ait, ff. de itiner. act. priu. vbi loquitur de eo, qui ob riui incommoditatem, vel quia via publica interrupta erat, per alienum fundum ambulauit, vel quando nulla ratione, vel causa actum facit, vt probat tex. in d. §. Iulianus; Et sic standum est dicto facientis actum, quod proprio iure fecerit, quando contrarium non constat, l. 1. §. hoc interdicto, ibi, (*sufficit enim si iure se ducere putauit,*) ff. de aqu. quotid. & æstiu.

Confirmatur: nam sicut in dubio actus præsumitur proprio nomine gestus, quando prodesse potest agenti, l. & magis, ff. de solution. Bar. in l. post mortem, §. si tutor, ff. quando ex fact. tutor. & in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nuntiat. Tusc. in verb. procuratorio, ac proprio nomine, concl. 424. Mascard. de probation. concl. 38. & regulariter, actus censetur gestus à faciente ex eo, quia sibi prodest, & non quod vicino noceat, Glos. in l. luminum, §. fin. in verb. non teneri, ff. de damn. infect. Bald. in l. item lapilli, col. 2. ff. de rerum. diuis. latè ad materiam molendinorum, tradit Ann. allegat. 91. numer. 5. Item quando actus potest fieri ex duplici causa, censetur factus ex causa magis legitima, l. si non ex alia, ff. de hæredit. institu. Crauett. consil. 141. Item quando actus potest fieri ex aliquo iure speciali, & ex dispositione iuris communis, censetur factus ex vi iuris communis, l. quamquam, & in l. in testamento, la prima, C. de testam. milit. l. Centurio, vbi Alex. & Paul. de Castr. ff. de vulg. & pupill. substit. Ratio est, quia firmior est dispositio facta ex iure communi, quam ex speciali, l. eius militis, §. militia missus,

sus, ff. de milit. testam. Ripa in d. l. Centurio, num. 25. Afflict. dec. 257. latè Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 4. num. 10. Et propterea Iudex, qui potest procedere tanquam Ordinarius, & tanquam Delegatus simpliciter procedendo, censetur procedere tanquam Ordinarius, Roman. in l. quanquam, C. de testamen. milit. Galliola in d. l. Centurio, num. 135. Vantius de nullitate in tit. de nullitate ex defectu iurisdictionis Ordinarij, nu. 27. Immò, omni meliori modo, & via censetur factus, quia legis præsumptio non ad infirmandum, sed ad confirmandum adaptatur, Bal. in l. quis filio, ff. de leg. 1. Dec. in l. in cõtrahendo, ff. de reg. iur. Et idcircò si actus non potest fieri, nisi sub certa forma, & modo, si simpliciter fiat, censetur eo modo, & forma factus, Iason. in l. Gallus, §. quidam rectè in 30. notab. ff. de liber. & posth. Et non solùm censetur factus, vt omninò valeat, l. 3. ff. de milit. testam. l. quoties, ff. de reb. dub. l. quoties, ff. de verb. obligat. cap. Abbate sanè, vbi Glos. de verbor. signific. Bar. in l. 2. C de edict. Diui Adrian. tollen. Vantius de nullitate in tit. Quid sit nullitas, num. 24. sed etiam, vt efficaciori, & potentiori, modo valeat, Bal. in cap quia verisimilè de præsumpt. & in cap. 1. de controuers. inter mascul. & fœmin. in vsib. feud. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 5. Et propterea, qui potest ex duplici iure possidere censetur ex magis efficaci possedisse, Alex. cons. 8. col. 4. lib. 3. & qui potest ex varijs modis beneficium conferre, censetur ex efficaciori, & firmiori modo concessisse, Aymon. Crauett. cons. 322. num. 3. Et qui ingreditur possessionem causa continuandi, si nunquam cepisset possessionem habetur, ac si in illo actu caperet, Bar. Imol. & Angel. in l. 3. ff. de acquir. possess. Ratio est, quia quando actus non potest valere, vt confirmatorius, valet vt de nouo factus, si fiat ab eo, qui potest de nouo facere, l. 2. C. commun. vtriusq; Iudic. Alex. in l. 3. n. 18. ff. de acquir. poss. & sic refutatio feudi facta cum aliqua reseruatione, si ad confirmandam refutationem tollatur reseruatio, valet refutatio, ac si de nouo tunc facta fuisset, sic refert iudicatum Anna alleg. 97.

Ex omnibus istis confirmatur suprafirmata conclusio, quod actus in dubio censeatur iure proprio factus.

Sed quia sumus in materia coniecturarum, & actus fundantes possessionem debent esse clari, & simplices, & non equiuoci, Anton. de Butr. in cap. fin. col. 11. de caus. possess. & propriet. Bal. in l. 2. num. 15. C. de seruit. & aqu. Soccin. consil. 187. col. 8. vol. 2. Anna alleg. 131. nu. 11. & singul. 3. Alex. Raud. consil. 32. num. 15. & 16. vol. 2. idcircò arbitrio Iudicis, relinquitur Abb. in d. cùm Ecclesia Sutrina, num. 24. vbi etiam Anton. de Butr. num. 25. de caus. possess. & propriet. Afflict. dec. 67. num. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 160.

Quod autem vnicus actus sufficiat ad probandam quasi possessionem iuris incorporalis, probat tex. in l. 1. §. quæsitum, ff. de aqu. quotid. & æstiu. vbi ad probandam quasi possessionem iuris ducendi aquam per fundum alienum, sufficit probare semel fuisse vsum; sic etiam in materia electionis, ad probandam quasi possessionem iuris eligendi, sufficit probare, quod semel elegerit, d. cap. cùm Ecclesia, vbi Glos. in verb. trium, vbi etiam Abb & Ripa, Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itiner. actuque priuat. Et in materia præcedentiæ sufficit vnicus actus, taliter quod in ipsa manutenendus, & etiam manu armata defendendus,

Digitized by Google

Bald. in l. obseruare, §. antiquam, ff. de offic. Proconsul. Cardin. Zabarell. consil. 62. col. 2. Corneus cons. 193. n. 11. vol. 2. Bursatus cons. 443. numer. 75. Ratio est, quia prælatio ex quasi possessione est iudicanda, Imol. consil. 164. num. 48. Menoch. consil. 126. nu. 6. vol. 2. Anna alleg. 131. & singul. 98. Fabius de Anna consil. 40. num. 8. Et vnica collatio constituit aliquem in quasi possessione conferendi, Andr. de Isern. in cap. 1. col. fin. de controuer. feud. apud pares terminan. Dec. consil. 117. & 123. si tamen collatio effectum habuit, Abb. in cap. tùm olim de caus. possess. & propriet. Afflict. decis. 282. Item per vnicam perceptionem, quis dicitur esse in possessione annuæ præstationis, Andr. de Isern. in cap. 1. versic duobus, quid sit innestit. & in cap. 1. §. similiter in ostenditijs, col. 2. de capit. Corrad. Guid. Pap. singul. 980. Iacobin. de Sancto Georg. in l. si certis annis, C. de pact. Fabius de Ann. consil. 80. num. 14. pro qua competit remedium possessorium ex vi capitulorum Regni, Afflict. decis. 135. de Ponte consil. 144. vol. 2.

Iurisdictionis quasi possessio probetur ne per vnicum actum. Cap. II.

IN materia iurisdictionis vnicus actus sufficit ad probandam quasi possessionem, Bar. in d. §. hoc interdicto, Fely. in cap. auditis, col. 8. de præscript. Purpurat. in l. imperium, ff. de iurisdiction. omn. iudic. Fab. de Anna alios allegat in addit. singularis 96.

In hoc autem aduertendum est, quia sicut vna hirundo non facit ver, nec vnicus actus nundinationis constituit aliquem mercatorem, Glos. in l. 1. in verb. omnes, ff. de tribut. act. & in l. semper, §. negotiatores, ff. de iur. immunitat. Bald. in rubr. C. de constit. pecun. ità vnicus actus iurisdictionis non tribuit iurisdictionem, Bal. in l. item Iapilli, num. 11. ff. de rer. diuis. Alex. Raudens. cons. 32. lib. 2. quia vsus iurisdictionis debet saltem verificari in bino actu, l. 2. C. de Episcopal. audient. Dec. in rubrica de consuetud. in fin. & in l. certi conditio, ff. si cert. petat. sicut bina præstatio decimarum, vel pensionum constituit ius decimandi, vel exigendi pensionem, Caualcan. decis. 29. nu. 14. Borrell. consil. 10. n. 21. latè Andr. Knichen. de superioritat. eiusue possess. cap. 3. num. 157. cum seq.

Inducit tamen quasi possessionem iurisdictionis cùm infrascriptis tamen circumstantijs, & conditionibus videlicèt data capacitate facientis actum, Anchar. in cap. sine possessione, col. 24. de reg. iur. in 6. Innoc. in cap. dilectus, num. 3. de Cappell. Monachor. Bar. in d. §. hoc interdicto, Alex. consil. 74. num. 10. vol. 4. Abb. cons. 71. vol. 2. Alban. cons. 34. & 64. Vant. de nullit. tit. qualiter sententia, & processus, Menoch. consil. 725. num. 11. lib. 8. Sed stante incapacitate facientis actum, non solùm vnicus actus non sufficit, sed etiam si per mille annos fuerint exerciti non iuuant, Io. Andr. Imol. & Gemin. in cap. 2. de præben. in 6. Abb. in cap. causam de præscript. Roman. & Hypolit. de Marsil. in l. si certis annis, C. de pact. Nàm licèt consuetudo, & priuilegium æquiparentur, glos. in cap. nouit de iudicijs, & consuetudo det priuilegium, cap. conquestus 8. q. 3. cap. quia per ambitiones 64. distint. & tex. notab. in cap. cùm contingat de for. compet. ibi, (*ex consuetudine, vel indulgentia*) & Bal. notabiliter dixerit in l. quicumque, C. de seru. fugitiu. quod illud,

Digitized by Google

illud, quod est consuetudinarium non est arbitrarium, & idem Bal. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. in vsib feud. dixerit, quod consuetudo habet vim decreti, quod tenaciter est obseruandum, & alia similia, referat Alex. consil. 74. lib. 4. loquens de antiqua consuetudine, ob quam Reges conferunt beneficia Ecclesiastica, supradicta tamen procedũt data capacitate possidentis, Bal. in l. 1. ff. de emancipat. liberor. vel nisi allegaret priuilegium, & probaret per possessionem, Bal. in l. rescripta, C. de præcib. Imperat. offerend. Alex. d. consil. 74. num. 20. sed de hoc aliàs.

Intelligitur etiam, vt vnicus actus probet quasi possessionem iurisdictionis, quando est actus vniuersalis denotans animum facientis actum esse velle vniuersaliter possidere, Abb. & Alban. locis citatis, & propterea, Innoc. in d. cap. dilectus de Cappell. Monach. dixit, quod optimus actus est declarans iurisdictionẽ si in aliquo Oppido, vel Ciuitate fiat bannum prohibitorium alicuius rei nomine illius, qui prætendit habere iurisdictionem, nàm licèt de facto non exequatur, probat possessionem, & magis iuuat supradictus actus, quam iuramentum fidelitatis vel ligij homagij, quod forsan à vassallis Oppidi præstaretur.

Intelligitur etiam quando vacans est possessio, quia tunc, qui in vno actu iurisdictionem exercet, in vniuersum quasi possidere, dicitur Innoc. in cap. dilecto de offic. Archidac. facit tex. in cap. 1. de Relig. domib. vbi Innoc. Abb. in cap. cùm inter de re iudic. Natt. consil. 98. num. 25. Secus tamen si ab alio vniuersaliter possideretur, quia tunc in illo, tantùm actu particulariter gesto censetur acquisita quasi possessio, l. quod meo, §. fin. ff. de acquir. possess. cap. auditis, & cap. cùm olim de præscrip. vbi exercens iura Episcopalia præscribit tantùm in illis, quę exercuit, ex trita illa ratione, quod tantùm est præscriptum, quantùm est possessum, Bar. in d. l. 1. §. hoc interdicto.

Supradicta tamen limitantur, quando actus iurisdictionalis exerceretur in personam aliquam territorij, nam tunc censetur esse in quasi possessione omnium personarum illius territorij; Ratio est, quia personæ, respectu subiectionis connexionem dicuntur habere, & sicut dicimus in gleba territorij, quod qui in vnam ingreditur, totum territorium possidere dicitur, sic qui in vna persona iurisdictionem exercet, Innocen. & Natt. locis citatis; Per quos tamen actus, quis dicatur esse in quasi possessione iurisdictionis, latè explicat Mascard. de probation. concl. 947. Andr. Kchinchen loc. cit. d. c. 3. de superior. & iur. possess.

Quid dicendum in actibus iure familiaritatis, facultatis, aut amicitiæ factis. Cap. III.

NOtandum est etiam pro principalis conclusionis explicatione, quod actus vnicus sufficit ad probandam quasi possessionem iurium incorporalium si iure proprio fiat, ad differentiam actum meræ facultatis, vel qui iure familiaritatis, vel amicitiæ fiunt, nam actus meræ facultatis nullum ius tribuũt, etiam si longo tempore fiant, l. 1. §. Marcellus, & l. si eo fundo, ff. de aqu. quotid. & æstiu. vbi nulla existente seruitute possum diuertere aquam, quæ ex meo prędio in tuum fluit, etiã si longo tempore fluxerit probat etiam tex. in l. Proculus, ff. de damn. infect. & in l. 2. ff. de via publ.

Digitized by Google

publ. Sic etiam vassalli, qui longo tempore accesserunt ad molendum in molendino domini, non possunt cogi ad illuc accedendum,& recedendo non dicuntur dominum iure suo spoliare, Abb. in cap. Abbate sanè de verbor.signific.Io.Faber.in §. æquè, instit. de action. Ripa in l. quominùs,num.132.ff.de fluminib. Boer.decis.125.Thesaur. decis. 16. Couar. in §. possessor de reg.iur. in 6. Sic etiam, is,qui per mille vices hospitio receptus fuit, nullum ius hospitandi, acquirit Innoc. in cap. bonè,il secondo de postulat.prelat. & in cap.cùm Ecclesia Sutrina,nu. 5.de caus.possess. & propriet. Cyn. in l.1.C.de seruit.& aqu. Io.Andr. in cap. Ioannes de cleric. coniug. Sic etiam in rustico, qui quotannis par Caponum obtulit alicui nobili, & si longo tempore,nullum ius nobili,per id acquisitum fuit in l. cùm de in rem verso,ff.de vsur.Innoc.& Ioann. Andr.locis supracitatis; Sic etiam beneficium manuale, quod sui natura est reuocabile,& si longo tempore Prælatus non reuocauit, non efficitur irreuocabile, Abb. & Dec. in cap. ad nostram de confirmat. vtil. vel inutil. Ratio est, quia quæ gratis fiunt,non debent ad necessitatem reduci,quia actus voluntatis non obligat vltrà voluntatem, l. voluntariè, C. de excusation.tutor. Bar.in l.4.C.ne vxor pro marit. & in l.1.§.hoc interdicto, ff. de itiner. actuque priu. Idcircò in actibus meræ facultatis nulla potest considerari possessio,Glos.in l.solet ff.de offic.Procons. Bar.in d.l.cùm de in rem verso,Bald. in tract.de præscription.in 4.particula quintæ partis principalis,q.5. Abb.in cap. ex parte,num.7.de concess.preben. in cap.Abbate sanè de verb. signif. Surd. consil. 127.vol. 1. Menoch. de arbitr. Iudic.cas.160.

Ampliatur hæc conclusio,quod suprascripti actus voluntarij sint imprescriptibiles,Io.Andr.in cap.non est de consuetud.in 6.Innoc.in d.cap. cùm Ecclesia, Abb. in cap. quoad translationem de offic.deleg.Fely. in rubr.de præscript.& in cap. cùm accessissent de constitut.Villalobos commun.opin.§.præscriptio, num. 154.& licèt in contrarium facere videatur, quod mare licèt imprescriptibilè sit,l. fin. ff. vsucapion. l. iniuriarum, §.fin ff. de iniur. potest tamen consuetudine effici proprium alicuius, vt puta si longo tempore vsus fuerit,l.sanè si maris, vbi Glos. & Bart.ff.de iniur.

Ampliatur secundò,vt per actus meræ facultatis regulariter non possit induci consuetudo,l.1.C.de seruit.& aqu.Cyn.in l.1.& 2.C.quæ sit longa consuetud. Bart. d. l. cùm de in rem verso, Abb. in cap. Ioannes in fin.de cler.coniug.vbi Additio litt. D.alios allegat.

Ampliatur tertiò, vt prætendenti aliquod ius fundatum *in actibus meræ* facultatis *nullum competat remedium possessorium*. Ratio est, quia vbi non *competit* petitorium, nec *potest dari* possessorium, Bart. in l. fin.ff.quor. bonor. Et licèt maxima sit controuersia inter Canonistas,& Ciuiles, an in annuis præstationibus locum habeat possessorium, prout latè tradunt Ripa in d. l. fin. Alex.consil.94.vol.7.Menoch. de recuperand.possess.remed. 1. num. 88.Cacher.decis.99.num.10.Omnes tamen concordant, quod nisi annua præstatio fundetur in aliquo iure reali fundato in re,vel persona, non datur remedium possessorium, & ità intelligitur doctrina Innoc. & Abb. in cap. quærelam in 3. notab. de elect.Io.Fab.in §. præiudiciales, num.15.instit.de action.Affl.decis. 395 num.5 & facit tex.in cap.peruenit de censib. sed per actus meræ facultatis certùm est, nullum ius acquiri,

Digitized by Google

acquiri, vt supraprobatum est, ergò nullum remedium possessoriũ competere potest, licèt contrarium probet de Pont. consil. 144. sed contra ipsum latè scripsit Ioan. Dominicus Tassonus in allegat. pro Charusia, D. Laurentij propè Padulam.

Limitantur supradicta, & primò quando is, qui actum ex mera facultate facit, prohibetur facere, & prohibitioni acquiescit, nàm tùnc à prohibente acquiritur quasi possessio, Gl. in l. qui luminibus, ff. de seruit. vrban. prædior. Bal. in l. item lapilli, ff. de rer. diuis. Rip. in d. cap. cùm Ecclesia Sutrina, num. 50. Couar. in cap. possessor, §. 4. num 6. Menoch. loc. cit. Hinc est, quod licèt venatio communis sit omnibus, si tamen Baro prohibeat, & vassalli prohibitioni acquiescunt, Baro dicitur esse in quasi possessione prohibendi, Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitura feudali, in verb. & cùm venationibus, Roderic. Suar. allegat. 16. Cassaneus in consuetud. Burgund. rubr. 13. §. 7. num. 4. Vndè datur pro cautela Baronibus, quod si velint acquirere ius prohibendi venationem, emittant Proclamata pœnalia, ne vassalli venentur; Nam ipsis acquiescentibus, dominus dicitur esse in quasi possessione prohibendi, Menoch. loc. cit. Et è contrariò datur cautela vassallis, vt, cùm primum proclama eius innotuerit, ad superiores appellent, Rip. in d. l. quominùs, n. 133. Cassaneus, & Suar. locis citatis, Grammat. dec. 67. num. 14. Cancer. variar. resol. cap. 2. de iurisd. omn. Iudic. & for. compet. num. 79. & seq.

Limitatur secundò fauore piæ causæ, vt per actus meræ facultatis longo tempore factos, inducatur obligatio faciendi, probat tex. in cap. ad Apostolicam, de Simon. vbi licèt pro Sacramentis nihil recipi possit, laudabilis tamen consuetudo laicorum aliquid dandi obseruanda est, ad quod facit dictum Io. Fabr. in §. Pauonum de rer. diuis. quod ex diuturna præstatione, licèt liberaliter inceperit, videtur se velle obligare, ex hoc Cappellanus potest petere, quod Parocchiani compellãtur soluere cereum, vel aliud donũ, quod certo tempore solebant offerre, idem probat Abb. in cap. suam, & in cap. cùm Iacobus de Simon. Ad idem facit Consilium Federici de Sen. 155. vbi probat, quod Presbyter, qui solitus est in die Purificationis dare candelã laicis, tenetur eam continuare, & tanquam fauorabilis consuetudo est amplectenda, idem probat Felyn. in d. cap. ad Apostolicam, numer. 3. facit etiam dictum Bar. in l. priuilegia, C. de Sacrosan. Eccl. vbi per illum tex. dixit, quod Vniuersitas si est solita dare certam eleemosynam pauperibus, non potest illam reuocare, idem probat Abb. in cap. penul. de sepult. Felyn. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, nu. 97. de constit. faciunt etiam dicta per Auendados de exequen. mandat. Regijs lib. 2. cap. 4. num. 18. vbi allegat Paul. de Leazar. in cap. in litteris de restit. spoliat. & Hipolyt. de Marsil. sing. 190. qui probant, quod fauore piæ causæ ex actibus meræ facultatis longo tempore factis inducitur obligatio faciendi, & latè etiam hanc opinionem, probant Cachera. decis. 199. num. 18.

Confirmantur supradicta; Nam licèt tempus non sit causa, neque modus inducendi obligationem, fauore tamen piæ causæ inducit, sicut fauore alimentorum, iuxtà tex. in l. 1. C. de fideicommiss. latè Tiraquel. de priuil. piæ causæ priuil. 60. Surd. consil. 254.

In contrarium tamen facit, quod nemo cogitur eleemosynam facere, cap. 1. & 2. 83. dist. Abb. in cap. 1. num. 8. de empt. & vendit. quia est

actus

actus meræ facultatis, Bonifac. Vitalin. in Clemen. abusionib. nu. 59. de sent. excomm. vbi etiam Anton. Burg. num. 24. testatur de communi; Et propterea, qui quotannis certam eleemosynam erogare consueuit, si ab illa desistat, non potest cogi, Dec. consil. 215. Bald. Couar. & Menoc. locis supracitatis, & contra Bar. in d. l. priuilegia tenuerunt, ibid. Fulgos. & Paul. de Castr. Cyn. Imol. & Fulgos. in l. non amplius, ff. de leg. 1. vbi etiam Alex. num. 5. & consil. 209. vol. 4. Salycet. in auth. cassa, & irrita, C. de Sacrosan. Eccl. Et hoc ea ratione, quia ex actibus merę facultatis non inducitur quasi possessio, & hanc opinionem, latè probat Tassonus in d. allegat. pro Chartusia.

Pro resolutione tamen est aduertendum, quod aut loquimur de prestatione ex aliqua rationabili causa introducta, aut de eleemosina ex simplici proueniente: Primò casu certũ est ex frequentatis actibus induci laudabilem consuetudinem, quæ seruanda est, & ità procedit tex. in cap. ad Apostolicam, vt optimè aduertit Abb. in dicto cap. suam de Simon. & in hoc sensu procedunt, latè allegata per Cacher. in d. dec. 199. vbi agit de obligationibus solitis fieri Parocho, & procedunt etiam dicta per Paul. Eleazar. in d. cap. in litteris, & per Auendad. & Federic. de Sen. locis citatis; Nisi tamen præstatio esset difformis, nam & si longo tempore fiat, nullũ ius tribuit, Auendad. de exeq. mandat. Regij. lib. 2. cap. 4. num. 17. allegat Bal. in l. obseruare, §. non verò, ff. de offic. Proconsul. Angel. in l. malè agitur, C. de præscript. trig. vel quadrag. ann. Ias. in l. quominùs num. 28. ff. de fluminib. Secundò casu, certùm est nullo vnquam tempore solitam eleemosynam prescribi, nam contrà Bar. in d. l. priuilegia tenuerunt, Cyn. Imol. Fulgos. Alex. Salycet. Paul. de Cast. Dec. Couar. Bal. & Menoch. locis supracitatis: Potest tamen ipsius doctrina intelligi, quando Ciuitas priuilegiando aliquos regulares concessit aliquam eleemosynam, nam tunc est irreuocabilis: ex regula, quòd priuilegium concessum non subdito, est irreuocabile, cap. 1. de probat. Innoc. in cap. innotuit, in verb. Theologos, de iudicijs, & ità in proprijs terminis, tradit Alexan. in d. consil. 209. Regalis tamen eleemosyna solita elargiri, & si ex Principis voluntate perpetam habet firmitatem, probat tex. in l. priuilegia, vbi Bart. & alij, C. de Sacrosan. Eccles. in quo tex. Imperator, mandat non reuocari solitas eleemosynas, sed perpetuò continuari, & est notandum in hoc Regno, in quo solet Rex Regularibus aliquot modios salis concedere.

Notandum est, etiam pro principalis conclusionis declaratione, *quod* vnius actus debet *esse iure proprio* factus, & *non familiaritatis*, ad hoc, vt, inducat quasi possessionem, l qui iure *familiaritatis*, vbi Bar. Paul. de Castr. & alij, ff. de acquir. possess. Qui enim re alienam vtitur, nullum ius acquirit, nisi constet, quod proprio iure sit, nàm aliàs videtur iure familiaritatis vsum fuisse, Innoc. in cap. bonę, il secondo, de postulat. Prælat. & in cap. cùm Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propriet. Titulus autem familiaritatis, ad excludendum delictum, (quod de iure non præsumitur, l. meritò, ff. pro socio) inuentus fuit, Oldrad. Iacob. de Arena, Bar. Paul. de Castr. & alij in d. l. qui iure familiaritatis, Socc. consil. 131. vol. 1. Et locum habet quoties non constat de alio titulo, Soccin. loc. cit. & consil. 61. num. 4. vol. 1. Alciat. de præsumpt. præsumpt. 23. Menoch. de præsumpt. lib. 6.

Digitized by Google

lib.6.præsumpt.67.nu. 11. & ratio est,quia quilibet possidens suo iure, & nomine, & non alieno censetur possidere,Bar.& Salycet.in l. 2. C. de acquir.possess.Alex.consil.136. num.2.lib.1.Paris.consil.75. lib.4. num.7. Roland. à Valle consil. 46. num.44.lib. 3. Natta. consil. 514. num.26.lib.3. Et ex titulo antecedente,quis censetur possidere,l.1.§. 1.ff.de except.rei iudic. l. quędam mulier,ff.de rei vendicat.Bar. in d. l. 2. C. de acquir.possess. Lucas de Penn. in l. 3. præsumpt. 23. C. de apocis public.lib.10.Soccin. cons. 15.num.7.lib.4.Cacheran.dec.21. Gabriel. consil. 32. num. 2. lib. 1. Et ratione prędecessoris causæ actus censetur gestus, Bar. in l. quæ sub conditione,ff.de condit.& demonstrat.Barbat.consil.11.col.6.in fin. lib.2.Menoch. remedio 1. recuperandæ possessionis, num. 268. sic etiam in exequutione præcedentis tractatus censetur actus gestus,l.3. §.verum quęri poterit,ff. de manumission. l. qui in aliena,§. si is, qui putabat, ff. de acquir. hæred. Propterea procurator ad aliquid certũ faciendum, si postea simpliciter illud faciat,procuratorio nomine feciſſe dicitur, l pignori, §. fin. ff. de vsucapion.Alciat.de præsumption. præsumption.24.Idcircò nunquam censetur, quis iure familiaritatis possidere,nisi nullo alio præcedente titulo,vel causa, vt optimè Socc. d.consil.131.num.1.quia ius familiaritatis nihil prodest ad possessionem,vel quasi,vt suprapobatũ est. Et confirmatur,nam filius,qui fundum matris longo tempore coluit, nullum ius acquisiuisse dicitur, quia iure familiaritatis id censetur,fecisse,Bar.in d.l qui iure familiaritatis; Et procedit etiam stante statuto, quòd si filius fuerit repertus possidere bona patris, teneatur ad onera hæreditaria,nam si possideat fundum, qui fuit patris, sed ob dotes suæ matris consignatus, non per hoc tenetur, quia non censetur voluisse matrem fundum filio renunciare, sed potiùs permittere, quod iure familiaritatis possideat, Paul. de Castr.in d.l. qui iure familiaritatis,Ruin. consil.174. num.4. lib.1. Sic etiam,& in filio,qui bona patris administrauit ipso patre sciente, & patiente,quia non censetur procuratorio nomine gerere, sed iure familiaritatis,Ruin.consil. 141. num. 3.& seq.lib.4 Hinc fit,vt pater non teneatur de gestis per filium, nisi quatenùs sciuit,& prohibere potuit l. fluminum, §. quamquam, ff. de damn.infect. Ex regula iuris, quod de delictis patratis à familiaribus, vel coniunctis,ille tantùm tenetur, ad cuius commodum commissum fuit, & sciuit, & prohibere potuit, cap. constitutis,il secondo, de testib.Bart.& Alex.in l. de pupillo,§. si quis prętori in decima quæstione, ff. de oper. nou. nunciat. Idem est in fratre, qui bona sororis administrando domos locauit,& pensionem exegit,nam iure familiaritatis, id feciſſe dicitur,Bar.in d.l.qui iure familiar. Curt.Iun. cons.108.n.26. Ruin.consil.38.nu.13.lib.1.consil. 174.n.4.lib.1.Menoch.de arbitrar. cas. 160. Idem, & in fratre primogenito, cui pater reliquit feudum, cùm onere prouidendi alijs fratribus, si per viginti annos permisit, quod Officiales ab ipso, & à fratribus deputarentur,non censetur,sibi præiudicasse,nec secundogeniti aliquod ius acquisierunt, nam gesta per ipsos censetur fuisse iure familiaritatis, Paul.de Castr. in d.l. qui iure familiaritatis,vbi dicit sic consuluisse,& est in cosil.178.vol.1.refert,& sequitur Ruin.consil.34. nu. 13.lib.1 Sic etiam,& in vxore, quæ colligit fructus rerum viri ipso viuente, nam censetur iure familiaritatis

tatis facere, ità etiam & post mortem ipsius, ne censeatur sibi titulum possessionis mutasse, Socc. d. consil. 130. vol. 1. Idem & in viro, qui reperitur in possessione bonorũ vxoris nulla præcedente dotis constitutione, nam censetur iure familiaritatis possidere, Salic. in l. ob maritorũ, C. ne vxor pro marito, Soccin. Senior. consil. 131. num. 1. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 67. num. 11.

De alienatione bonorum Ecclesiasticorum.

QVÆST. XLI.

Expenduntur requisita, ad hoc, vt alienatio bonorum Ecclesiæ ritè fiat. Cap. I.

PEr Sacros Canones, & extrauagant. Pauli Secundi sub tit. de reb. Eccles. non alienand. latam in anno 1465. & confirmatã à Paulo Quarto in anno 1555. ac nouissimè ab Vrbano Octauo in anno 1623. ac per Decretum Sacræ Congregationis Cardinalium concilij Tridentini interpretum die 7. Septembris 1624. prohibita est bonorum Ecclesiasticorum alienatio. Supponendum autem est præfatę dispositionis efficaciam hodiè vigere, & in praxi seruari, non solùm quòad nullitatem contractus, sed etiam quòad pœnas: ità testantur Bertachin. tract. de Episcop. par. 4. cap. de potest Episcop. in temporalibus num. 109. Roland. à Vall. cons. 15. num. 9. lib. 1. Auendan. de exequen. mandat. par. 1. cap. 4. num. 30. Beninten. decis. 13. Caualcan. dec. 43. & 45. par. 1. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 21. n. 15. Anna cons. 39. Rota Romana in nouissim. decis. 82. parte 1. Genuensis in praxi c. 50 Barbosa de officio Episcopi alleg. 95. num. 48. & alij.

Hæc autem alienatio, vt rectè fiat, duo requirit, videlicèt causam, & sollemnitates, vt in d. extrauag. ambitiosè, & probatur etiam in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 17. Mol. de contract. disp. 468. Caualcan. decis. 35. nu. 31. & 451. par. 1. Rota Lucensis decis. 67. & 74. Rota Romana, apud Seraphinũ decis. 508. Grammatic. decis. 79. Capyc. decis. 105. & 113. Et quoniam vtrumque copulatiuè requiritur, scilicèt solemnitas, & causa, Glos. in cap. ad nostram, in verb. enorme, vbi Abb. numer. 8. de reb. Eccles. non alien. alterò eorum deficiente actus corruit, cap. finè exceptione, vbi Lauren. de Rodulphis, 12. q. 2. De comm. opinione testantur Soccin. consil. 29. num. 8. lib. 1. Dec. consil. 142. & 204. 282. Iason. consil. 116. lib. 4. Couar. Caualcan. & Anna loc. s citatis. Et quod deficientibus sollemnitatibus, licèt adsit causa, videlicèt necessitatis, vel euidentis vtilitatis, iuxtà Glos. in summa 12 q. 2. & in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. & in d. extrauag. ambitiosè, actus corruat, fuit multoties decisum, Franch. dec. 35. Rot. Florentina, apud Magonium decis. 69. Guid. Pap. decis. 149. Ioseph. Ludouic. decis. 93. Caualcan. dec. 16. aliàs Rotæ decisiones congerit Ricc. in prax. alienat. Eccles. decis. 7. num. 3.

Et licèt Glos. in d. cap. finè exceptione, in verbo profuturam in fin. & in d. q. 2. in fum. dixerit, quod alienatio bonorum Ecclesię facta cùm legitimis sollemnitatibus, causa tamẽ legitima non existente, valet, nisi ab Eccle-

Digitized by Google

Ecclesia tanquam læsa reuocetur, cõmunis tamẽ opinio est in contrarium, videlicèt nullam esse elienationem, siuè deficiat in causa, siuè in solemnitate, Glos. penul. in cap. 1. vbi etiam Abb. num. 7. de in integ. restit. & in cap. tua, de his, quæ fiunt à Præl. fin. consil. capit. & in cap. nulli, numer. 7. de reb. Eccles. non alien. Couar. in d. cap. 17. Molin. in d. tract. de contract. disp. 468. num. 14. Nau. de alienat. rer. Eccles. nu. 9. Et apertè probatur communis opinio, in d cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. & in d. Clem. 1. eod. tit. Opinio tamen Glos. in d. cap. fine exceptione procedere potest, quando alienatio fuit facta cùm sollemnitatibus, & causa existimata legitima, quã postea constet nõ fuisse legitimam: Anton. de Butr. in cap. in Apostolica, de his, quæ fiu. à Præl. colligitur ex Glos. in d. cap. ad nostram de reb. Eccl. non alien. Nau. loc. cit. num. 10.

Id circò, quia contractus est nullus siuè deficiat causa, siuè sollemnitas, potest propria authoritate reuocari, d. cap. si quis Præsbyterorum, & in d. cap. nulli de reb. Eccl. non alien. & in hoc casu potest quis propriam turpitudinem allegare, Abb. & omnes Canonistę in d. cap. si quis Præsbyterorum, Rota dec. 17. Et etiam stante iuramento in contractu apposito, nam in damnum Eccl siæ iuramentum, Prælatum iurantem non ligat, cap. 2. vbi Glos. in verb. iuramenti, de reb. Eccl. non. alien. in 6. Glos. in d. cap. si quis Præsbyterorum, in verb. alienatur: Et tale iuramentum dicitur potiùs periurium, idcircò non obseruatur, cap. 1. ibi, (*non enim iuramenta*,) de his, quæ fiun. à mai. par. cap. Et ad euitandas Censuras, quantò citiùs Prælati, vt indemnitati Ecclesiarum consulant, reuocare debent, alienationes, d. c. si quis Præsbyterorum, ibi, (*celeriter*,) vbi Glos. Et repetitur res alienata vna cùm fructibus, d. cap. nulli, Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 3. num. 8. Rota diuers. decis. 14. par. 1. decis. 246. par. 2. Surd. consil. 249. Bonæ tamen fidei possessori pretium restituendũ est vna cùm interesse, Glos. in cap. vulterane, 12. q. 1. est communis opinio legistrarum in Auth. qui rem, in l. iubemus, C. de Sacrosan. Eccl. Imol. in d. cap. ad audientiam, Berou. in d. cap. si quis Præsbyterorum.

Procedunt dicta, vt non solùm alienans possit alienationem absque debitis solemnitatibus, & causa factam, propria authoritate reuocare, sed etiam confirmans alienationem, ex Glos. & Bar. in l. cùm pater, §. Libertis, ff. de leg 2. Bertacch. de Episc. par. 4. q. 40. num. 20.

Quod autem dictum est de reuocatione propria authoritate, procedit, vt ipsemet Prælatus alienãs, vel ipsius successor reuocare possit, non autẽ alter ex contrahentibus; nã, cùm fauore Ecclesiæ introductum sit, vt cùm legitima causa, & debitis sollemnitatibus fiat alienatio, ipsa tacente, ex quo ipsius vtilitas adest, licèt defectus sit in sollemnitatibus, altera pars conqueri non potest, Innoc. Hostiens & Zabarell. in cap. 1. de his, quæ fiu. à Præl. absq; cons. cap. Abbas in cap. diuersis fallacijs, de cler. coniug. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 31. de constit. Rodoanus de reb. Eccl. non alien q. 47 & 58. Rot. Rom. diuers. decis. 133. vol. 2. & decis. 261. volt. Seraph. decis. 374. Puteus dec. 310. lib. 1. & 365. lib. 2. Ricc. d. decis. 7. in fin. vbi aliàs Rotæ decis. allegat, & pro conclusione facit tex. notab. in l. cùm hi, §. transactionem de transaction. per quem tex. multi tenent alienationem rerum Ecclesiæ, cùm euidente eius vtilitate, validam esse absque assensu, quos refert

Digitized by Google

Gabr.com.concluſ.tit.de reb. Ecc. non alien.conc.1.num. 2. latiſſimè Ricc.in 1.par.dec.dec.192.n.5.vbi allegat varias Rotæ deciſiones. Et propterea cõductor bonorũ Eccleſiæ, vltrà trienniũ non poteſt dicere de nullitate contractus ad euitandã ſolutionem pentionis, Creſcent. deciſ.1.de locat.Ricc.loc.cit. deciſ.9. Hoc autem intelligendum eſt, quod exiſtente alienatione in euidentem Eccleſiæ vtilitatem ſi in ipſa vult perſiſtere, non cogitur inſtante altera parte reſcindere contractum, benè tamen ipſum validare impetrando aſſenſum, & ità intelligenda eſt doctrina, Innoc. & aliorum ſupra allegatorum, vt latè proſequuntur Corſet.in ſingularib.in verb. pupillus, Tiraquell. de legib. connubial. poſt tractatum prædictum, Gloſ. 6. 10.q.num.89.& ideò Sacr.Conſil. Neapol. teſte Domino de Franch. deciſ.35. Beneficiario contendenti alienationem fuiſſe in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, terminum impartiuit ad impetrandum aſſenſum, quo elapſo, & non impetrato, declarauit contractum nullum, & ità procedunt prædicta per Marium Antonium lib.1.variar.reſol.cap.5. & per Theſaur.for.Eccl.par.1.cap.10.

Ampliantur ſupradicta, vt procedant etiam ſi alienatio fuerit facta reſeruato aſſenſu, ſi tamen antè ipſius impetrationem tradatur poſſeſſio, contractus eſt nullus, & fit locus diſpoſitioni, dictæ extrauag. ambit. Franch. deciſ. 267. Quaran.in compen. bull.verb. alienatio,num.9. in prin. allegat Nau. conſil. 1.de reb. Eccleſ. non alien. Et licèt multi dicant, quòd quando reſeruationi aſſenſus apponitur clauſula, nec aliter, nec alio modo, etiam ſi tradatur poſſeſſio, nullus erit locus pœnæ, vel nullitati, nam talis reſeruatio inducit conditionem, Gloſ.in l.ſi quidem, C.de exceptio. Caputaq.dec.82.par.2. Caſſiodor. deciſ.2.num.7.de Simon.& inducit etiam formam, Boerius deciſ. 243. nu.11. & in ſpecie, de qua agimus, tradunt Iaſ.in l.2.C.de iur.emphyt. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Mynadoys dec.24. Molfeſius conſil. 44. num. 22. Tamen Conſilium Neapolitanum declarauit contractum nullum, Grammat. deciſ.49.refert Franch.d.dec.267. & Clemen.VIII. declarauit locum fuiſſe pœnis Genuenſ.d.cap.50. ex illa ratione, quia proteſtatio contraria facto non iuuat, l. non ſolùm, §.morte, ff de oper.nou.nunciat. & ne bona Eccleſiarum ſęcularibus tradantur, à quibus aſſenſu non ſuperueniente, difficilis, & litigioſa foret recuperatio.

Supradicta tamen in foro conſcientiæ non procedunt, nam ſi ex legitima cauſa proceſſit alienatio, licèt aſſenſus deficiat, ex quo eſt ſolemnitas iuris poſitiui licite poſſidetur, vſque quò contractus non reſcindatur, Abb. in cap. 1. de reſtit. in integr. Sarmient. de reddit. Eccleſ. par. 1. cap.13.& 24.Nau.d.comment. de alienat.rer.Eccleſ.nu.16. cum ſeq. Rodoan.in d.tract.q.46. numer. 4. Rodriq.de regul.tom.1.q. 27. ar.9. & ſicut electio omiſſa ſolemnitate iuris poſitiui, ſi habeat naturalia requiſita, valet in foro conſcientiæ, Innoc. in cap quod ſicut de elect. num.8.ità & alienatio, Abb.& Ant. de Butr. in cap. quia plerique, de immun.Eccleſ.Felyn. in cap. 1. nu. 79. de conſtit. probat etiam Syl. in verb.alienatio,num. 12. & 13. facit etiam ratio, nam pœnę ſpirituales, de quibus in d. extrau. ambit. procedunt contra præſumentes alienare in caſibus à iure non expreſſis, ſed dùm bona fide in Eccleſiæ vtilitatem fit alienatio, nulla eſt præſumptio, nulluſque dolus, idcircò nulla culpa adeſſe poteſt, etiam ſi

trada-

Digitized by Google

tradatur possessio, Cardin. Zabarell. in Clem. num. 22. de priuil. Nau. loc.cit.& in cap.27.nu.24. & cons. 19.de reb.Eccles. non alien. Sayr. d.disp.12.eod.tit.latè probat Ricc. in par.1.decisionum decis. 222. Et procedit etiam si Prælatus alienans præstitisset iuramentũ de non alienando,inconsulto Summo Pontifice, prout omnes Prælati faciunt, quando consecrantur, vt patet ex libro Pontificali, & probat Glos. in cap.vt super,& cap.fin.de reb. Ecc. non alien.& in cap.2.de feud.Nam ex vi alienationis non peccat,vt suprà, nec actus corruit ex eo, quod est contra iuramentum,nam verior est opinio actum factum contra iuramentum non esse nullum, Innoc. & Abb.in cap.dilecto,de pręben.& in cap.intellectu de iur.iuran. Bart. in l. si quis in principio testamenti, in vlt.col.ff.de leg.1.Ias.in l.ea lege num.33.ff.de verbor.obligat. licèt alij contrarium teneant. Videndus quoque Sanch.de matr.lib 6. disp. 13.& in summa lib.3.cap.17.n.13. Et in proprijs terminis,quod actus valeat, probant Henrich. Bohic. in d.cap.vt super,S.possessiones,Franchus,& Geminian.in cap. licèt de iur.iuran.& probat tex.in cap.sicut ex litteris,& in cap.de illis,de sponsalib. benè tamen incidit in periurium secundum opinionem, Nauar. loc.cit.num.14.cum seq. Crescent. decis.3.de iur.iur.Ricc.loc.cit.dec. 11.licèt alij dicant,nec etiam incidere in periurium;veriùs tamen est, quando fit iuramentũ de non alienando inconsulto Summo Pontifice, etiam quod alienatio fiat in euidentem vtilitatem incidi in periurium,quia verba illa,de non alienando, intelliguntur etiam de actu licito, cap. adducitur, de immunit. Eccles.& colligitur ex cap. fin. de Eccles.edif. sic probant in specie Inoc.& Abb.in cap.vt super nu.16. de reb.Eccles non alien.Syl.in ver. alienatio, num. 20. In praxi,tamen iuramentum supradictum itelligitur iuxtà Paulinam,nec in plus obligatur Prælatus, qui iurauit Azor. lib. 9.cap.1.q.9.& 10.

Quæ nam pia loca sub huius Extrauagantis prohibitione compræhendantur.Cap.II.

AMplianda est principalis conclusio,vt procedat dispositio dictæ extrauagan. ambitiosæ in alienatione bonorum cuiuslibet pij loci, authoritate tamen Episcopi constructi,Abb. in d.cap. nonnulli, de reb. Eccles. non alien. Franch.in cap.1.eod. tit.in 6.Fely. in cap.de quarta,de præscript. Parisius in notabili consil. 34. vol. 4. Affli.t. in Constit.Regni,Sancimus num. 12.de iur.protomiseos,Rebuf. in compend.alienat.rer.Eccl.num. 56 Rodoan.loc.cit q.28.47. & 49. Gabriel.com.concl.tit.de pia caus. concl. 2. num. 9. Rota Bononiens. decis. 124.Valascus decis.105.Noster de Ponte cons.18.Ricc.in prax. alienat.dec.40.& 48. Secus tamen est si non constaret de authoritate Episcopi in constructione, seù erectione piorũ locorũ, & dicẽti locũ pium authoritate Episcopi fuisse fundatum, incumbit onus probandi, sic in puncto de quo agimus, Corneus consil.57.num. 8. vol. 3. Alex.consil.120.nu.3.versic.& sic, vol. 1. Ratio conclusionis est, quia dùm non adfuit Episcopi authoritas non dicitur propriè pius locus, licèt ibi pia opera exerceantur,cap. ad hoc cũ ibi notatis per Doctor. de Religios. domib. & Clem. quia contingit,vbi glos. in verb. altare, eod.tit.Glos.in cap.quidam 8.q.2.

Hostiens.

Digitized by Google

Hostiens. in sum. tit. de regular. §. 1. vers. quod de rusticis, Imol. in cap. officij de testam. Geminian. in cap. 2. de restit. in integr. in 6. Angel. consil. 117. latè Alex. in d. consil. 120. nu. 3. vbi additio litt. B. allegat Ancaran. Roman. Curt. Iunior. Ias. Guid. Pap. & alios congerit, latè Gabr. loc. cit. Et in locis supradictis absque Ordinarij authoritate erectis, Episcopus non habet institutionem, neque destitutionem, Bal. notab. in Auth. hoc ius porrectum, col. 8. de Sacrosan. Eccles. Nec in aliquo se debet immiscere Episcopus in supradictis locis, notabiliter Abb. in cap. de Xenodochijs de Relig. domib. & in cap. ad hæc, nu. 2. eod. tit. Et secundum Imol in d. cap. officij, col. 15. versic. indè aduerte, cuia Episcopalis dicitur esse remota à fraternitate laicorum, & ministris ipsius: ipsum sequitur, ibidem Barbat. & probant Calderin. consil. 11. & 13. Dec. consil. 72. col. 1. latè Menoch. de recuper. possess. remed. 15. & Guttier. quæst. Canonic. lib. 1. cap. 35. num. 9. Nec Episcopus sub prætextu, quod mortuo ædificatore Hospitalis, potest cognoscere si pia opera, ibidem instituta exerceantur, iuxtà tradita per Abb. in cap. inter dilectos de donation. & in cap. sopite, de censib. Federic. de Sen. consil. 111. aliquid prætendere potest. Nam in operibus erectis collegialiter, non potest verificari casus mortis erigentium, quia Collegium numquam moritur, iuxtà notata in l. proponebatur, ff. de iudic. & in cap. si gratiosè de rescrip. Bar. in l. mortuo, ff. de fideiussor, Lapus alleg. 88. Paris. d. consil. 34. num. 37. cum seq. Et procedunt supradicta etiam si Confraternitas, vel Hospitale sub nomine alicuius Sancti appellaretur, Ab. d. cap. inter dilectos, nam multoties ratione vicinitatis talem denominationem accipit; Et bona supradictarum Confraternitatum, Extauritarum, seù Hospitalium, dicuntur bona laicorum, Napodan. in Consuetud. Et si Ecclesia, Afflict. in d. Constit. Reg. Sancimus, & propterea laici administratores ipsarum coram Iudicibus laicis conueniuntur, Paul. de Castr. in l. cùm Senatus, ff. de reb. dub. & in l. Collegium, vbi Alex. C. de hæred. instit. Bar. in l. fin. ff. de Colleg. illic. Felyn. in cap. ex litteris de constit. Ann. sing. 90. Meritò ergò concludendum est assensum Apostolicum in alienatione bonorum supradictorum locorum non requiri, sic probant Felyn. in d. cap. de quarta, num. 5. de præscript. Bened. Capra cons. 97. Abb. consil 31. vol. 1. Corneus cons. 119. & 206. vol. 1. Paris. dicto consil. 34. de Pont. loc. citat.

An equites Hierosolymitani, Clerici beneficiati, & Regulares sub hac *Extrauaganti* comprehendantur; Cap. III.

IN primis, quod attinet ad equites Hierosolymitanos, infrascripti Doctores, Calder. consil. 8. de locato, Probus in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Dec. consil. 204. num. 2. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 16. nu. 7. Gomesius in Regul. Cancell. in reg. de trienn. q 5. Capyc. decis. 3. Rodriquez de Regul. tom. 1. dis. 27. art. 12. Rota decis. 597. Ricc. in supradicta prax. decis. 76. & 79. Respondent conprehendi; Ratio est, quia Cõmẽdatarijs perpetuis Sancti Ioannis omnia competunt, quæ alijs Prælatis conceduntur, cap. is, qui, de elect. in 6. & quæ de alijs beneficialijs dicuntur, procedunt etiã in Commendatarijs, Fulgosius consil. 23. Geminianus consil. 417. Nat-

Digitized by Google

417. Natta consil. 414. Moedan. decis. 10. de caus. possess. & propr. & clarius fundatur ex stabilimento eiusdem Religionis in anno 1278. cuius verba habentur, apud Ricc. decis. 26. . . . .

Non tamen supradicta procedunt in bonis alicui Cappellæ assignatis ab aliquo, quando in titulum beneficij authoritate Episcopi non fuerunt erectę, nam ex quo non dicitur beneficium Ecclesiasticum, Guid. Papa decis. 187. Bellamer. in cap. super hoc, q. 15. de renunciat. Dec. consil. 135. & 204. Nau. consil. 5. de præben. Nec pro tali redditu, alicui assignato, potes quis ad Sacros Ordines promoueri, nec tenetur ad recitationem horarum Canonicarum, Nauarr. in Apologia monitor. 24. Spino. de testam. in Glos. 4. princip. num. 42. Idcircò licèt supradicta bona ad diuinum cultum destinata sint, videlicèt ad pauperes alendos, vel pro celebratione Missarum, Felyn. & Dec. in cap. ex parte, de rescript. possunt tamen absque assensu Apostolico alienari, ex quo in titulum beneficij erectę non sunt, Ricc. loc. cit. decis. 82.

Idem etiam est in patrimonio clericorum ad cuius titulum ordines susceptt, nam licèt tale patrimonium loco beneficij censeatur subrogatum, & gaudeat priuilegijs bonorum Ecclesiæ, latè Anton. de Padill. in l. si quis à liberis, vbi alios allegat, ff. de liber. agnosc. Et pro tali patrimonio clericus est immunis, vt constat ex praxi; Et Episcopo soluit charitatiuum subsidium sicut de cæteris bonis Ecclesiasticis soluitur Remigius in tract. de charit. subsid. quæst. 52. Potest tamen de iure communi alienari, Glos. Abb. & Imol. in cap. suis de præben. Est communis opinio, quam probant Couar. in cap. Raynaldus, §. 2. num. 7. de testamen. & lib. 1. variar. resol. cap. 4. n. 4. Grat. reg. 195. incipiente filius, nu. 7. Et licet ex Trident. sess. 21. cap. 2. non possit clericus patrimonium ad cuius titulum fuit ordinatus, alienare, ne cogatur mendicare sufficit si Episcopus assentiat, vel in foro conscientiæ si habeat aliundè, vt possit viuere, idcircò non requiritur assensus Apostolicus Nau. in sum. cap. 22. nu. 18. & cons. 14. de temporib. ordinat. Paris. de resignat. benefic. q. 6.

In alienationibus autem bonorũ Monasteriorum Regulariũ, tenet constitutio robur suum, vt constat ex terminis, & probatur in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Immò Summus Pontifex Vrbanus Octauus die 7 Septembris 1624. audita relatione Congregationis Concilij non solùm supradictas prohibitiones alienandi cõfirmauit, sed etiam priuilegia ab alijs Pontificibus, Generalibus, & alijs Superioribus Regularibus concessa abrogauit. Sed in hoc aduertendum est, supradictas prohibitiones de non alienando, nõ procedere in Religionibus incapacibus in communi, vti sunt Cappuccini, & Fratres Sancti Francisci de obseruantia, nàm absque solemnitatibus possunt alienare, Archidiac. in cap. de viduis 27. q. 1. Bald. in auth. ius porrectum, num. 5. & in auth. si qua mulier, num. 6. C. de Sacrosanct. Eccles. Felyn. in cap. in præsentia, num. 52. versic. 3. scias de probation. Menoch. consil. 73. num. 15. vbi licèt affirmet stante dispositione iuris communis, dubitat tamen stante extrauag. ambitiosè, sed etiam stãte d. extrauag. regulam procedere, defendit Quaran. verb. alienatio, num. 31. & 41. vbi allegat Dec. in d. cap. in præsentia, Soccin. in fallentijs reg. 110. num. 3. Rebuf. in compend. alienat. nu. 29. Rolan. à Vall. consil. 15. vol. 4. Hyppolit. singul. 132. incipien. in alienatione

Fran-

Digitized by Google

Franchum in d.cap.1.de reb.Eccl. non alien.in 6.versic.12.limita.

Quid autem dicendum sit in nostra Religione Clericorum Regularium; Et in hoc certum est nostram Religionem capacem esse proprietatis in communi sic colligitur, ex Trid. sess.25.cap.3.de Regularib.& apertiùs constat ex cap.1.secundæ partis const. tradunt etiam de Franch. decis. 14. Pascalis de Patr. potest. par.1.cap.3 Sed quia,vt promptius, ac liberius Christi paupertatẽ imitetur voluntariè à possessione immobilium se abstinet,ac oblata non retinet, nisi ad effectum vendendi, vel pro vsu fabricæ; Idcircò Sacra Congregatio Concilij Tridentini interpretum, declarauit in decreto prohibitionis alienationis bonorũ immobilium nuper edito, nostram Religionem nõ comprehendi,Ideò ex vi antiquorum priuilegiorum, quando accidit casus alienationis bonorum immobilium, discusso negotio in capitulis localibus domorum, accedente consensu duarum partium, per secreta suffragia, petitur assensus Patris Generalis, & in hunc modum adimplentur requisita extrauagantis Ambitiosè, habetur in compendio priuilegij nostræ Religionis,verbo alienatio.

Vtrum in alienatione annuorum introituum Ecclesiæ, requirantur requisita in Extrauaganti. Cap. IV.

LIcèt annui introitus dicantur fructus ciuiles,l.fin.in verb. res ciuiles,C.de petit.bonorum subl.lib. 10. & procedant ad instar pensionum, Bald. in cap.quæ in Ecclesiarum,col.4.versic.idem de pensionibus,de constitutio. & multi dicant, quod non sunt, nec bona mobilia, nec immobilia, l. à Diuo Pio, S. in venditione, ff. de re iudic. Traq. de retractu consangui.S.1. Glos. 6. num. 3. Cencius de censib. par. 1. cap.3.art.2.Rota decis.3.num.13. in impressis post dictum tractatum, Cencij,Intrigliol.de censib. q. 31. num.3. Vera tamen est opinio, annuos introitus super re immoblili fundatos,naturam bonorum immobilium sequi, probat tex. in l.iubemus, ibi, (*postremo res immobiles, aut in his prædijs Colonos, vel mancipia constituta, aut annonas ciuiles,*) vbi Glos. in in d. verb. annonas, & Bar.num.10.& Paul.de Castr. in 2. notab.C.de Sacrosan. Eccles. probat etiam tex.in auth.de non alien. in prin.ibi, (*aut ciuiles annonas,nam & hæ inter immobilia sunt connumeranda,*) vbi Glos.in d.verb.connumeranda,& Angel. nu.3. Clem. 1. ibi, (*cùmque annui redditus inter immobilia censeantur à iure,*) de verb.signif. Glos.in l.hac edictali,S. his autem, in verb. mancipiorum, C.de secundis nuptijs, & in auth. vt qui obligat,S.quoniam autem vidimus,in verb.redditus,& cap. 1. ibi, (*aut in ijs, quæ inter immobilia connumerantur*, (vbi Bald.in S. sciendum,de feud.cognit.Et hanc etiam opinionem,probat Bart. in l. fin. ff. qui sat.dar.cog. congerunt Mysinger.obseruat. singularium obseruat. 69 nu.6.Boerius decis 209. Guid. Pap.decis.499.Thesaur.decis.160. Viuius decis.410.vol.4.

Hinc fit eos comprehendi in supradicta prohibitione, probant Abb. in d.cap.nulli,vbi etiam Anchar.num. 8.& Imol num.5.Mainard.decis.7. Rebuff.in compend. alienat. q. 16. Ricc.in prax.alienationis,decis 44. Et probatur euidenter conclusio, in d l.iubemus,vt ex tex.in l fin.vbi Bar. & Io. de Platea,C. de vendit. rer.Ciuit.lib.10. vbi annui redditus Ciuitatis absque solemnitatibus alienari

Digitized by Google

alienari non possunt, idem probat Alex. in l. fin. ff. de in ius vocan. ergò ità etiam in redditibus Ecclesiarum, cùm idem sit in vtroque, Glos. in cap. auditis de in integr. restitut. Caldas. in l. si curatorem habens, nu. 169. C. de in integ. restit. Sfort. in eod. tract. q. 33. num. 16.

Procedit conclusio etiam in annuis introitibus, iuxtà Bulla Nicolai III. & Pij V. nam iudicantur inter immobilia, Cencius d. tract. de censibus par. 1. cap. 3. q. 1. art. 2. nu. 6. Surd. decis. 104. Franc. Niger controuers. 74. num. 19. & 24. Et procedit etiam si adsit pactum de retrouendēdo quandocunque, nam non debent ex eo non iudicari inter immobilia, Cacheran. decis. 99. num. 49. Molin. de primog. Hisp. par. 1. cap. 6. Summa host. 12. cap. 6. num. 54. Rouit. in prag. 1. de iur. & exact. fiscal. numer. 63. Salas de censibus dub. 7. Megal. 2. 2. instit. confess. lib. 2. cap. 7. numer. 31. Io. Ficardus in addit. Villalobij in tract. com. opin. in ver. redditus annui, Mysin. loc. ci. nu. 11. & pactum de retrouendendo quandocumque, ex quo dependet à voluntate venditoris facit, vt possint appellari introitus perpetui, per tex. in l. sufficit, vbi Ias. num. 2. ff. de condit. indeb. l. iurisperitos, vbi Glos. in verb. haberet, ff. de excusat. tutor. Et in casu nostro, de quo agimus, quod requiratur assensus ad instar bonorum immobilium, tradunt Guttier. pract. qq. lib. 2. cap. 146. Boninus tract. de censib. art. 14. num. 32. Cencius loc. cit. par. 1. cap. 1. q. 2. per totum, faciunt dicta per Tiraq. de retract. conuention. §. 2. Gl. vn. n. 39. & Nig. lo. ci. n. 27.

Supradicta procedunt, non solùm quando agitur de alienatione annuorum introituum Ecclesiæ competentium, sed etiam quando super bonis Ecclesiæ de nouo introitus constituuntur, & alienantur: ex regula, quod qui non potest alienare immobilia, nec etiam potest annuas pensiones, vel introitus super dictis immobilibus imponere, Bal. in cap. ad audientiam, num. 31. de rescript. Cencius loc. cit. par. 1. cap. 3. q. 1. art. 2. num. 4. cum seq. Rota in dict. decis. 3. num. 18. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. in verb. de instit. ann. cens. nu. 30. Megal. 2. 2. instit. confess. lib. 2. cap. 7. num. 4. Molfes. in Summa tract. 12. cap. 6. num. 61. Felycian. de censib. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 4. Niger. loc. cit. nu. 23. & apertè constat ex decreto Vrbani Octaui 7. Septembris 1624. de reb. Regular. non alien. ibi, (*omnemque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seù vitalitios &c.*) nisi tamen pro redimendo alio censu legitimè constituto nouus census cum Ecclesiæ vtilitate constitueretur, ità hoc licitè fit, nec assensus requiritur, Seraph. decis. 1109. Molfes. loc. cit. nu. 61. & ità practicatur.

Fallit tamen hæc regula, quando annui introitus Ecclesiarum reemūtur ex vi pacti de retrouendendo appositi in constitutione dictorum annuorum introituum; Nam tunc absq; vlla sollemnitate tenetur Ecclesia assentiri, & pretium recipere, & cum dicatur alienatio necessaria, nullus requiritur assensus, iuxtà tex. in l. magis puto, §. si pupillus, ff. de reb. eor. &c.

Et quod sub prohibitione alienationis absque certa causa, & sollemnitatibus, non comprehendatur necessaria alienatio, probatur in l. alienationes, ff. famil. erciscun. l. qui potuerit, ff. de manumiss. testam. l. cùm fidei hæredis, ff. de fideicommis. Libert. l. 1. ff. de fund. dotal. l. peto, §. prædia, ff. de leg. 2. l. tutor, qui repertorium, ff. de adminis. tutor. Et facit quod minor potest absque Iudicis decreto assentiri alienationi

Digitized by Google

ab emphyteutę factæ, & nouum emphyteutam inuestire, Aflict. in cap. Imperialem.q.43.num. 28. de prohib.feud.alien per Feder. Caldas.de iur.emphit.lib.4.cap.11.nu. 33. & seq. & probat apertè tex. in cap.1. in princ. Per quos fiat inuestit. ibi, (*inuestitura autem, aut fit de veteri beneficio, aut de nouo, quæ de veteri fit, etiam à minore fieri potest,*) probant etiam de Ponte cons. 62.num.3 volum.1.Francis.Niger. controu.309.nu.8.cum.seq.& hoc iure vtimur.

Quid autem dicendum sit, quando annui introitus Ecclesiastici non reemuntur; sed diminuuntur,vt puta, qui erant ad rationem octo pro centenario, diminuuntur ad rationem septem, quod vulgò dicicitur, (*basciar l'entrate,*) & in hoc est aduertendum, quod hic casus dupliciter contingere potest; Primò, quando venditor annuorum introituum, ex vi pacti de retrouendendo,facit depositum sortis principalis, seù capitalis, vel dicit habere, iàm pecuniam promptam ad reemendum, ob quod Ecclesia citra præiudicium priorum cautelarum diminuit annuos introitus;Et in hoc casu certum est, nullum requiri assensum, quia duo implicitè celebrantur contractus; alter est reemptionis,ex vi pacti de retrouendendo, in quo iàm suprà concluſimus nullum requiri assensum; alter est nouæ emptionis annuorum introituum,quæ sufficit,vt fiat pretio currenti, cùm res tanti valeat, quanti vendi potest, l. pretia rerum, ff. ad leg.falcidiam,Valasc.decis. 67. nec requiritur sollemnitas extrauagantis ambitiosè, quando Ecclesiastica pecunia conuertitur in emptione annuorum introituum, vt patet ex terminis, & si in tali emptione aliqua adesset læsio,quod rarò euenire potest, Ecclesiæ, vel remedio ordinariò, ex dispositione, l. secundę, C.de rescin.vend.vel per viam restitutionis in integrum succurritur. Alterò modo contingere potest, quando non ex vi pacti de retrouendendo,vt suprà,sed voluntariè Prælatus Ecclesiæ annuos introitus minuit absque sollemnitate; Et in hoc certum est requiri assensum, sic in specie probant Anchar. in cap. vt super de reb. Eccles. non alien.in cap.1.eod.tit.in 6. Alex.& Ias.in l.legatum,ff.de leg.1. Ripam l. si vnquam q. 11. Cod. de reuocan.donat.Mol. de iust. & iur. disp. 465. probat Ricc. in prima parte, dec.Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ decis. 134.nu. 10. & facit doctrina Bar.in l.si fraudator,ff.quę in fraud.creditor.quem refert,& sequitur Federic.de Senis cons. 194. qui dixit, quod procurator prohibitus alienare bona sui principalis, censetur etiam prohibitus diminuere, nam diminutio est species alienationis; Idem est in feudatario, cap.1.de alienat.feud.

Quæ dicta sunt de *expressa annuorum introituum diminutione* procedunt etiam in tacita,quæ solet euenire, quando emptor per triennium ad minorem rationem exigit ad quam fuerat census constitutus,nam tunc censetur diminutus annuus introitus, l. aduersus, C.de vsuris, Rouit. pragm.1.de censib.num. 31. Molf. in sum.tract.12.cap.6. num. 84. ex quo is,qui diminutè exigit non poterat expressè Ecclesiæ præiudicare,idcircò nec etiam tacitè.

Hinc dùm Ciuitas nostra volens creditoribus ad rationem sex pro centenario satisfacere, declarasset se velle certa corpora assignare, quorum redditus erant ad rationem quatuor pro centenario, Consului Regularibus, vt exhibitioni Ciuitatis annuerent, & pro redditibus, quos emptos habebãt ad rationem sex,

Digitized by Google

sex, acciperent assignationem ad rationem quatuor, verùm cautelæ non procederent directè per viam diminutionis introituũ, sed per exercitium pacti de retrouendendo, ob quod conficiebatur nouus contractus, & quia euidens erat vtilitas in supradicta diminutione introituum, cùm ex inopia Ciuitatis introitus ad rationem sex non possent exigi, idcircò pro indemnitate Ciuitatis, & creditorum supradicta diminutio introducta fuit, & in foro conscientiæ tuta est, nam sufficit legitimam causam adesse, & si sollemnitates deficiant, vt supraprobatum est.

Quid autem si fiat diminutio facto Principis, & in hoc est notandum, quod licèt taxatio census ad Summum Pontificem spectet, ad hoc, vt vsura vitetur, vndè Martinus Quintus, Calistus Tertius, Nicolaus Quintus, Pius Quintus, & Gregorius Decimustertius, varias ediderunt Constitutiones, circà annuorum introituum erectiones, congerit Molf. loc. cit. num. 27. In diminutione tamen censuum, & pro iusta quantitate taxanda, non solùm Iustinianus Imperator Constitutionem edidit, de qua in l. eos, §. fin. C. de vsur. mandans annuos redditus reducendos esse ad minorem summam, quam anteà à contrahentibus exigebatur, non obstante quauis consuetudine in contrarium, sed & idem etiam statuit Carolus Quintus Imperator in locis Imperio subiectis, Andreas Gail obseruat. singul. lib. 2. obseruat. 5. num. 11. Idem Philippus Secundus in Regnis Hispaniarum die 25. Octobris 1563. refert Rouitus pragm. 5. de censib. num. 2. Idem Clemens Octauus in terris mediatè, & immediatè Romanæ Ecclesiæ subiectis, in beneficium tamen Communitatum, & Vniuersitatum annuos introitus ad rationem septem reduxit, salua tamen potestate redimendi, habetur in Bulla incipiente, quę ad subleuationem grauaminum; Idem fuit in hoc Regno statutum in anno 1611. in beneficium supradictarum Communitatum, vt in prag. 5. de censib. & hoc optima ratione; Nam potest Princeps Sæcularis non solùm iustum pretium taxare, sed etiam contractus, iàm perfectos ad pretium iustum reducere, Gulielm. de Monte Ferrato in tract. de Regum succes. dub. 2. num. 4. habetur in tom. 16. tractatuum, Franc. Sarmien. tra. de redditib. Eccles. par. 4. cap. 3. nu. 5. post. alios Menoch. consil. 1. nu. 239. & de arbitr. Iudic. q. 55. nu. 2. & 10. Et sicut consuetudo potest abrogare legem positiuam, quę pretia censibus præscripsit Medin. q. 2. de censib. Couar. Salon. Tiraquell. & Palatio, quos refert, & sequitur Salas de censib. dub. 49. Et sicut contrahentes possunt annuos introitus minus summa taxata per Pontificias Constitutiones emere, vt noster Cardinalis de Aretio tra. de censib. q. 1. in fin. qui extat manuscript. in nostris Bibliothecis Neapolitanis, ex illa ratione, quia descensus, seù diminutio licita est, ex quo ex iuris dispositione descendit, l. eum, qui, §. meliorem, ff. de in diem adiection. DD. in l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebellia. Ità, & Princeps in casu euidentis vtilitatis, vel vrgentis necessitatis, limitat, restringit, & etiam reuocat contractus, consuetudines, & priuilegia, etiam in corpore iuris clausa, cap. suggestum, de decimis; Et quilibet contractus quacumque sollemnitate præditus, si contrà publicam vtilitatem sit, meritò reuocatur, l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrah. empt. Et licèt dici possit, non adesse publicam vtilitatem, ex quo in beneficiũ certi generis personarum lex reductiua pretij census promulgatur:

Vel quod Princeps tollendo ius alteri quæsitum teneatur ad escambiũ, l. venditor, §. si constat, ff. commun. prædior. l. serui, Cod. ex quib. caus. seru. libert. accip. Dec. consil. 286. latè Surd. consil. 419. nu. 56. vol. 3. Rouit. prag. 2. de censib. In contrarium tamen est veritas; Nàm licèt Regia Pragmatica in beneficium certi generis personarum lata sit, adest tamen publica vtilitas, quia bonum communem Reipublicæ non solùm adest, quando agitur de omnibus, & singulis, sed etiã quando agitur de certo genere personarum in ijs, quæ bonum commune respiciunt, sic D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 2. Sot. & alij, quos sequuntur Sayt. in cla. reg. lib. 3. cap. 1. nu. 4. Vasq. 1. 2. disp. 151. num. 10. & propterea in vtroque iure adsunt tituli in beneficium certi generis personarum, vt in titulis de Sacrosanctis Ecclesijs, & de Minoribus, & de in integrum restitutione. Ad Velleian. & Macedonian. ff. & C. & quod cuiusque Vniuersitatis. Et non solùm Princeps vniuersa Reipublicæ prouidere debet, sed etiam parti ipsius, cùm pars ordinetur ad totum; Et vbi adest publica vtilitas potest Princeps per viam legis cõdendæ, iuri à tertio quæsito præiudicare, absque vlla damni emendatione, post alios Surd. consil. 313. Rodericus de ann. reddit. lib. 2. q. 3. num. 43. de Ponte de potest. Pro reg. tit. 5. de tractis, num. 10. Rouit. d. pragm. 5. de censib.

Itaquè meritò concluditur, iustam fuisse legem reductiuam annuorum introituum ab Vniuersitatibus debitorum. Quo supposito certùm est, Ecclesiasticos teneri illam obseruare, vi directiua, nõ autem coactiua, Franch. decis. 9. Nec possunt Ecclesiastici conqueri, quod tollatur, vel restringatur Ecclesiastica libertas, nam per statutum laicorum habens naturalem, & ciuilem æquitatem, non tollitur libertas Ecclesiastica, Bal. in cap. 1. num. 7. de alienat. feud. pater. in vsib. feud. Baiard. ad Clar. §. fin. q 78. num. 35. Et ad hoc, vt statutum dicatur contra libertatem Ecclesiæ requiritur, vt malo animo sit factum ideſt derogandi Iuribus Ecclesiæ, tanquam Ecclesiæ competentibus, Nau. in summ. cap. 27. num. 119. cum seq. quando enim derogatur iuribus Ecclesiæ, tanquam cuilibet competentibus, actus tenet, nec Censuris pro libertate Ecclesiasticæ tuenda sit locus, Caiet. in summ. in verb. excommunicatio cas. 31. & 37. Nau. loc. cit. & valet statutum bono zelo factum pro bonorum conseruatione, & si grauetur Ecclesia multos allegat Barbosa allegat. 95. num. 53.

De re mobili immobili cohęrente. Cap. V.

DIcendum comprehendi. *Exèmplum est in seruo ad culturam prædij Ecclesiæ destinati*, cap. nulli, ibi, (*siuè rusticum mancipium*) de reb. Eccles. non alien. vbi Abb. n. 2. allegat tex in l. 3. ff. de diuers. temp. præscript. & in §. 2. in auth. de reb. Ecc. nõ alien. Nã idẽ est iudiciũ de immobilibus, quã de mobilibus immobilibus cohęrentibus, l. si aliena, §. 1. ff. de vsucapion. l. 1. §. si vtique, ff de vi, & vi armat. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. num. 184. Idcircò non potest beneficiarius fructiferas arbores solo cohęrentes incidere, quia solo cedunt, & iure soli iudicantur, l. adeò, §. si alienam, ff. de acquir. rer. domin. §. si Titus, Institut. de rer. diuis. & incidendo fit locus dictæ extrauag. ambitiosè, quę secundum communem opinionem locum habet in incisione arborum

borum fructiferarum, Nau. conſ. 6. de reb. Eccleſ. non alien. Sair. deciſ. 9. eod. tit. Monaldus conſil. 215. vol. 2. Borognin. conſil. 30. num. 6. Ricc. in prax. alien. dec. 53. Et ſicut vſufructuarius non poteſt arbores fructiferas incidere, l. æquiſſimum, §. fructuarius, ff. de vſufruct. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 94. Cornazzanus in deciſionib. Rotæ Lucenſis dec. 65. ità nec beneficiarius, qui vſufructuario comparatur, Gloſ. in cap. præſenti de offic. ordin. in 6. & in cap. fin. de pecul. cler. Guid. Pap. deciſ. 169. Theſaur. deciſ. 142. Canalcan. deciſ. 30. par. 1.

Fallit tamen primò, hæc regula in Sylua cedua, nemore, vel arundineto, quæ per inciſionem renaſcuntur, & dicuntur eſſe in fructu, l. diuortio, §. ſi fundum, ff. ſol. matrim. l. Sylua cedua, ff. de verb. ſignif. l. item ſi fundi in fin. cùm leg. ſeq. ff. de vſufruct. Bar. in l. qui fundum, §. cùm fundũ, ff. de contrah. empt. Idcircò in tali inciſione non habet locum diſpoſitio exſtrauagantis, vt per ſupracitatos, quibus accedit Balbus dec. 93. Secundò fallit, quando in locum arborum veteſtarum inciſarum, aliæ vtiliores ſubſtituuntur, Bal. in auth. qui rem, num. 15. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Bar. & Ial. in d. l. diuortium, §. ſi fundum, Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. Gloſ. 1. num. 23. cum ſeq. Rodoanus in d. tract. cap. 7. q. 79. Tertiò fallit, quando ex denſitate arborum impediretur augmentum frugum à ſolo prouenientium: ſolet enim accidere tantam eſſe arborum denſitatem, vt terra, ſolis beneficio, frui non poſſit, ob quod fruges non naſcuntur, vel non coaleſcunt, & tùnc licita eſt inciſio, Nau. d. conſil. 6. Alban. conſil. 120. vol. 1. & conſil. 7. vol. 2. Guid. Pap. conſil. 4 Ricc. loc. cit.

De locatione bonorum Eccleſiæ. Cap. VI.

NOn eſt licita ad longum tempus Eccleſię bonorum locatio, cap. nulli de reb. Eccleſ. non alien. Clemen. 1. eod. tit. Ratio eſt, quia locatio ad longũ tempus conſtituit ius in re, & per ipſam vtilè dominium trasfertur, l. 1. & 2. ff. ſi ager vectigal. &c. l. 1. §. quod autem, vbi Dynus, & Bar. ff. de ſuperficieb. Salic. in l. fin. C. de reb. Eccleſ. non alien. Federic. de Sen. conſil. 123. Bellamer. deciſ. 747. Et licèt Gloſ. in l. Codicillis, §. inſtituto, in verb. non extitiſſe, ff. de leg. 2. dixerit, quod prohibitus alienare poteſt locare, etiam ad centũ annos, quam Gloſam dixit ſingularem, Bald. nouell. in tract. de dote par. 7. priuil. 1. col. penult. Communis tamen opinio eſt in contrarium; Nam prohibitus alienare non poteſt ad longũ tempus locare, probant Gloſ. in l. fin. C. de pactis pignor. vbi Bald. qui idem probat in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Bart. & Alex. in l. domos, ff. de leg. 1. Dec. conſil. 204. Tiraquell. de vtroque retract. §. 1. Gloſ. 14. n. 79. Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 16. Afflict. deciſ. 107. Boer. dec. 124. Borgnin. deciſ. 14. de contractib. Triuiſan. deciſ. 32. de contract. Bellamer. deciſ. 747.

Sub hac prohibitione locationis ad longum tempus includitur, etiam locatio ad vitam, d. Clemen. 1. ibi, (*ad vitam eius*,) vbi etiam Ancaran. Cardinal. & Imol. & probatur in §. emphyteuſim, in auth. de non alienand. & in auth. perpetuo, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Nam conceſſio ad vitam dicitur ad longum tempus, & perpetua, l. 1. ff. pro ſocio, cap. perpetua 10. q. 1. Alex. conſil. 119. n. 8.

Digitized by Google

119. n. 8. lib. 3. Dec. consil. 204. Boer. decis. 234. Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 63. C. de bon. matern. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 21. num. 29. Ann. sing. 325. Et procedit dictum, etiam si locatio fieret sexagenario (qui secundum aliquorum opinionem dicitur decrepitus, Aymon. Crau. consil. 108. num. 2. vol. 1. Riminald. consil. 229. vol. 2. Ruin. consil. 92. num. 10. vol. 4. & 141. num. 18. vol. 5.) probant Dec. loco citato, Soccin. Iun. consil. 63. num. 11. vol. 2. Ricc. in praxi alienationis decis. 118.

Idem est in locatione pro toto tempore, quo conductor voluerit, idcirco cadit sub prohibitione, Soccin. Iun. consil. 6. nu. 11. vol. 2. Mol. & Anna loc. cit. & vt rectè, & ritè fiat requirit solemnitates, & causam, Glos. in d. Clem. 1. in verb. non habeat, Dec. consil. 48. Couar. d. cap. 16. num. 3. Idcircò in decreto Sacræ Congregationis edito iussu Vrbani Octaui, de reb. Regular. non alienan. in specie declaratur nullũ, omne pactum, per quod dominium transfertur, & non solùm census perpetuus absq; sollemnitatibus, vt suprà damnatur, sed etiam vitalitiùs.

Hęc autem locatio bonorum Ecclesię licèt de iure communi, minori tempore decennij permitteretur, Glos. in d. Clemen. 1. in verb. modicum tempus, & facit tex. in cap. fin. ne Prælat. vic. suas, hodiè ex dispositione dictæ extrauagantis ambitiosè, non permittitur vltrà triennium; Circà quod aduertendum est primò, quod locatio vltrà trienniũ facta, nulliùs est roboris, etiam si apponatur conditio, quod per talem locationem nullum ius conductori transferatur; Ratio est, quia talis conditio est contrà substantiam contractus, idcircò est irrita, l. cùm precario, ff. de precar. & est contraria facto, idcicò non releuat, l. cùm plures, §. locator horrei, ff. locat. l. non solùm, §. morte, ff. de noui oper. nunt. sic in specie probant Mol. d. lib. 1. de primogen. cap. 22. n. 25. Mol. de contract. disp. 466. latissimè Carrotius de locat. & conduc. p. 2. q. 3. principali.

Quid autem dicendũ sit, si fundus non locetur, sed tamen commoditas colligendi fructus non propria authoritate, sed nomine locatoris. Multi tenent posse fieri, & ratio est, quia nullum ius constituitur in re, quod est prohibitum, vt suprà dictũ est, sed tantùm insurgit actio personalis pro fructuũ collectione, quod nullo iure prohibetur, hanc opinionem probant Bar. in l. Codicillis, §. instituto, ff. de l. 2. vbi etiam Bal. & Imol. idem Bal. in l. si domus, §. fin. vbi Imol. & Alex. ff. de leg. 1. Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 87. vbi etiam Augustin. Berous num. 200. de constitution. idem Berous in cap. nulli, de reb. Eccl. non alien. Et sicut non est nouum, penes vnũ esse ius vsusfructus, & penes alterũ facultatem fructuum percipiendorum, l. si vsusfructus, ff. de iur. dot. l. vsusfructu, ff. sol. matrimo. Oldrad. cons. 102. Ità commoditas fructuũ colligendorum potest esse penes conductorem, relicto vtili dominio penes locatorem; Et sicut possessor maioratus prohibitus alienare potest commoditatem fructuũ alteri, ipso viuente concedere, sic probat, & dicit communiter practicari, Mol. d. cap. 22. num. 25. versic. in tertia, & vltima specie; Ità Prælatus, vel Beneficiarius Ecclesiæ poterit commoditatem fructuũ vltrà triennium absq; sollemnitatibus locare: Contrariam tamen sententiam defendunt Bald. in auth. hoc ius porrectum, num. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. Fabian. in tract. de empt. & vendit. in 4. q. principali, q. vlt. num. 9. Raphael Cumanus in d. §. instituto,

Digitized by Google

tuto, Couar.in d. cap. 16. num. 1. Pinel.in d.l.1.par.3.num. 64. Ratio eſt,quia per locationem commoditatis fructuum vltrà triennium, videtur quodammmodo fieri fraus legi,locationem ſimpliciter prohibenti vltrà triennium, vt optimè aduertit Bal. loc. cit. Conciliantur tamen opinionis, quòd, aut loquimur de bonis Eccleſiæ ad Prælatũ pro ſua ſubſtentatione ſpectantibus, aut de alijs bonis ad Eccleſiam pertinentibus; Primò caſu certũ eſt poſſe fieri locationem commoditatis vltrà trienniũ, & in hunc ſenſum procedit doctrina, Bar. & ſequaciũ in d.§.inſtituto: Secundò verò ſecus,ratio diuerſitatis eſt,quia in locatione bonorum in primo caſu deſcriptorum, mortuo Prælato locatore,reſoluitur contractus,in bonis verò ad Eccleſiam ſpectantibus nõ reſoluitur contractus mortuo Prælato,Anton.de Butr.in cap. fin. Ne Præl.vic. ſuas,Soccin. conſ.34.lib. 3.Couar.lib.2.variar.reſol.cap.15. num.6.Afflict.deciſ.101.Mol.dicto lib.1.de primogenit.cap.25.nu.16. Idcircò etiam locatio commoditatis vltrà triennium non valet, nam cederet in maximum Eccleſiæ detrimentum,optimè Mol.d.cap. 22. num.27.Molin.de contract.loc.cit. num.5.

Secundò,etiam eſt aduertendũ,prohibitionem ſupradictam locationis vltrà triennium, procedere in prædijs Eccleſiæ,qui quotannis fructus reddunt,nam ſi talia ſint,vt ſingulis biẽnijs,locatio per ſexẽniũ fieri poteſt, quia annus intelligitur, in quo fructus colligũtur;Propterea quodlibet biennium pro vno anno computatur, & ſic in ſimilibus dicendũ erit, Barbat. in rub.de reb. Eccleſ. non alien.num.52. Et facit dictum Bal.in l.ẽdem,C.locat.vbi emphyteuta non incidit in commiſſum ſi per triennium penſionem non ſoluit, quando ex re emphyteotica, quolibet biennio vnicus colligitur fructus, nàm tùnc requiritur, quod per ſexennium ceſſauerit à ſolutione,idem probant Alex. in l. diuortio, §. 1. vbi etiam Ial.in §.quod in anno,ff. ſol. matrim. & in l.2.C.de iur.emphyt.& in auth. qui rem, C. de Sacroſanct. Eccleſ. facit etiam tex.notab. in l. ſi ſic, ff. quemadm. ſeruit.amit. vbi ſeruitus aquæ, quæ alternis menſibus, vel annis ducitur, duplicato tempore amittitur; Et quod ità computandi ſint anni, probant Couar. d.cap. 16. num.6. Mol. de contrac. diſp.466. Nau.in commentar.de reb.Ecc.non alien. num. 21. Guttier. quæſt. canonic. lib. 1. cap. 7. Ariſmus Tepatus in verb. locatio, Alex.Raudenſ.deciſ. 22.Leſſ.de iuſt.& iur.lib.2.cap.24. dub.2. Ricc. in prax. alienat. deciſ. 115.Idcircò ex ſupradictis infertur, quod Sylua cedua,quę ſingulis nouem annis cædi ſolet, & eſt in fructu,l.Sylua cedua,ff.de verb.ſignif. poterit per viginti ſeptem annos locari.

Infertur autem ex ſupradictis, quid dicendum ſit in locatione prædij, ex quo nullus colligitur fructus,ſed tantùm adſunt fouęę, in quibus nix de cœlo cadens,reponitur,& conſeruatur, & videtur dicendum non comprehendi,nam prohibitio locationis vltrà triennium intelligitur de prædio fructifero, ſed nix non eſt in fructu,ergò; probatur,fructus dicitur,qui in Terra coaleſcit,naſcitur,& renaſcitur,l.arbores,§.quicquid,ff.de vſur.l.diuortio,§.ſi vir,ff. ſol.matrim. Idcircò argentifodinæ, & lapidicinę,quia non renaſcuntur, non dicuntur fructus,nec eius loco habentur,l.fin.ff.de fund. dotal. eſt communis opinio DD. in l. diuortium,§.ſi vir,ff.ſol.matrim. & l.fructus, ff. de rei vendicat. Idcircò in legato vſusfructus, non venit, id quod

quod percipitur ex exemplatione protocollorum, Bar. in d. §. si vir. Et idem in omnibus, quæ non renascũtur, prout in thesauro, qui quòd non sit in fructu, tradunt DD. in l. diuortium, §. si fundum, Boer. decis. 51. num. 2. Et licèt pœnę pecuniarię resultantes ex bannis, & maleficijs dicantur esse in fructu, & redditu feudi, post Bar. loc. cit. tradunt Camerar. in cap. Imperialem, car. 72. col. 3. Iacobin. de Sancto Geor. in inuestitura, in verb. de Castro nu. 31. Capyc. decis. 185. num. 3. illud procedit, quia sunt fructus iurisdictionis, l. mulctæ, vbi Cinus, C. de modo mulctar. Capyc. in inuestit. in verb. cùm mulctarum, pœnarumque compendijs, & renascuntur in genere, licèt in indiuiduo eadem mulcta ex alio superuenienti delicto nõ renascatur, & sufficit aptitudine posse renasci, nam quotidie fiunt maleficia, ob quod rationem bannorum, ex vi iurisdictionis factorum, mulctæ, & pœnę exiguntur, optimè explicat Gizzarell. decis. 34. nu. 19. Confirmatur idem: Nam fructus, aut sunt naturales, aut industriales, aut ciuiles, Bar. in l. fructus, C. de rei vendic. Aretin. cons. 159. Alex. consil. 181. vol. 2. Naturales sunt, qui ex terra absq; vlla hominis industria nascuntur, vti castaneæ, nuces, & poma, industriales, qui ex terra, & industria hominis nascuntur, vti frumentum: Ciuiles dicuntur impropriè fructus, vt pensiones, redditus, & prouentus, Alex. dicto consil. 181. num 6. Sed nix non est fructus naturalis, cùm ex terra non nascatur; non industrialis, cùm nulla hominis industria in ipsius formatione adsit; Nec etiam Ciuilis dici potest, vt patet, ergò. Accedit etiam, nam fructuum appellatione venit omne id, quod ad vsum, & substentationem hominũ inductum est, Practica Papiens. loc. cit. nu. 3. sed nix hominem non allit, imò potiùs immoderatus eius vsus illum offendit, vt patet, ergò nullo modo fructuum appellatione venire potest.

Contrariam tamen sententiam puto veriorem, & ex dicendis, fundatur opinio, & respondetur obiectis. Primò, fructus dicuntur, non solùm qui in fundo nascuntur, sed quicquid ex eo, vel ipsius occasione percipi potest, venit fructuum appellatione, l. item fundi, ff. de vsufru. & quemadmod. quis vtat. idcircò obuentiones ex areis, vel edificijs legatis, dicuntur esse in fructu, & ad vsufructuarium spectant, l. vsufructu legato, ff. eod. tit. l. loci corpus, §. in confessoria, ff. si seruit. vindic. l. vxori meæ, ff. de vsufruct. legat. Et commoditas, quam quis ex re sentire potest, dicitur esse in fructu, l. in fructu, ff. de vsu, & vsufruct. leg. Idcircò Sylua cedua, Arundines, Dolia, & Rota, per quam aqua ducitur, dicitur esse in fructu, l. qui fundum, la prima, §. fin. ff. de contrah. emp. l. si ablente, ff. eod. tit. Sic etiam oliua, & fœnum, & si immaturè cęsum, dicitur esse in fructu, l. plenum, ff. de vsu, & habitat. Sic etiam palea dicitur esse in fructu, l. fin. C. de seruit. & aqu. Bald. in l. fin. C. de condition. insert. Speculat. in tit. de decim. §. 1. num. 12. Roman. singul. 555. Et regula constituenda est, omnem commmoditatem, vel vtilitatem ex re, vel propter rem quomodocumq; prouenientem, esse in fructu, Io Andr. in addit. Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, nu. 116. in versic. incipiente, qui tabernas, Anchar. consil. 3. Sic etiam munera, honores, dignitates, salaria actuariorum, & tabellionum, dicuntur esse in fructu, Bal. in l. quædam, §. nihil, ff. de edend. Sic etiam præsẽtatio iuris patronatus, dicitur esse in fructu, c. ex literis de iur. patron.

Innoc.

Digitized by Google

Innoc. in capit. consultationibus, eod. tit. Belluc. in specul. Princip. rubr. 23. versic. sed pone in princip. Sed nix licèt à terra non proueniat, ab ea tñ sumitur, & ipsius occasione humana industria coaceruatur, & cõseruatur, idcircò fructuũ appellatione venire debet. Secũdò, dato, q nix propriè fructus non sit, coaceruata simul fructum, & redditum parit, sicuti multa sunt, quæ non sunt in fructu, sed fructum pariunt, videlicèt homo non est in fructu, parit tamen fructum, vti sunt mercedes operum, l. mercedes, ff. de petit. hæreditatis, & hoc modo lac, pilus, & lana dicuntur esse in fructu, l. pecudum, ff. vsuris, §. pecudum, instit. de rer. diuis. Sic etiam vestimenta, & Scyphus non sunt in fructu, pariunt tamen fructus, quia possunt locari, & quod ex causa mercedis accipitur, dicitur esse in fructu l. videamus, ff. de vsuris, ità & in niue dicendum est, quod licèt ipsa propriè fructus non sit, coaceruata tamen, fructum parit, quia communiter venditur; Et ad hoc facit, quod quę non sunt in fructu, dicuntur esse in redditu, cùm latiùs sit nomen redditus, quam fructus, idcirco secundum communem resolutionem, quæ sunt in fructu, veniunt sub nomine redditus, sed non è contra, Glos. in cap. generali, in verb. redditus, de elect. in 6. probat tex. in l. Paulus, ff. de vsuris, Specular. in tit. de locat. §. 1. in fin. Cardinal. in Clem. 1. de excessib. Prælator. Boer. decision. 224. numer. 10. Sic seruorum opera, vel Iumentorum, dicuntur esse in redditu, cùm propter rem ipsam capiuntur, iuxtà tex. in l. diuortium, §. non solum, & l. fructus, ff. sol matrim. Aret. consil. 159. nu. 14. Schrader. de feud. quæst. 1. princip. secundæ partis, sec. 3. num. 58. Tertiò, facit decisio Regiæ Cameræ Summariæ in anno 1587. in causa Releuij ob mortem Principis Scyllæ, per quam decisum fuit, in releuio habendam esse rationem annui redditus, qui ex pretio foucarum niuis exigebatur, & in eadem causa, teste Gizzarell. decis. 34. nu. 28. fuit decisum, redditus niuis, augere fructus feudi, quod etiam comprobari potest, ex tex. in l. item si fundi, ff. de vsufruc. ibi, (*& placuit alluuiones quoque vsus fructus ad fructuarium pertinere*) notabilis est decisio istius textus, nam alluuio non renascitur, & determinatur, ibi etiã esse in fructu; non colligitur ex re, sed tantùm occasione rei, & tamen dicitur esse in fructu, ergò ità etiam & in niue dicendum est, quæ licèt non renascatur, & à terra non proueniat, quia occasione rei percipitur, meritò dicẽdũ est esse in fructu, seù redditu, prout sunt venationes, piscationes, & aucupia, quæ sunt in fructu, d. l. item si fundi, §. aucupiorum, & l. vsufructuarius venari, ff. eod. tit. si tamen fundus in alio non consistat, quam in supradictis, l. venationes, vbi Glos. in verb. constat, ff. de vsur. l. vsufructuarius, ff. de vsufructu.

Concludendum est igitur, quòd, licèt prędium Ecclesiæ aliud non contineat, nisi foueas niuis, non poterit vltrà triennium locari, ex quo nix illa coaceruata est in fructu; vel reditu.

Tertiò, est aduertendum, quod locationem bonorum Ecclesiæ vltrà triennium fieri non posse, vt ex extrauag. ambitiosè dictum est, procedit etiam si locatio fiat vltrà triẽnium, cùm hac adiectione, vt tot sint locationes, quot triennia, & vna finita, alia incipiat; Nam talis modus contrahendi reprobatur, tanquam in fraudem legis, & in damnum bonorum Ecclesiæ, quæ sub talibus machinis, & reuolutionibus vltrà tempus à iure præfixum

Digitized by Google

alienatur, probat tex. in §. quod autem, versic. neque illud in auth. de non alienan. & hanc opinionem, probant Cyn. in l. 1 de iur. emphyt. Alber. in l. pluribus, §. 1. ff. de verb. oblig. Bar. in l. Modestinus, ff. de donation. Cardinal. in Clem. 1. §. fin. q. vlt. de reb. Eccles. non alien. Lap. allegat. 12. Ancaran. consil. 57. Alex. cons. 165. vol. 2. & in l. si filio familias, §. fin. ff. sol. matr. vbi dicit communem opinionem, quam refert, & sequitur Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 16. n. 4. Triuisan. decis. 21. pàr. 1. Ricc. in prax. alienation. decis. 118.

An autem locatio facta vltrà tempus à iure permissum, corruat in totum, vel pro rata temporis vltrà triennium, dubium est; Et multi tenent valere contractum pro triennio, & in reliquo corruere, Bald. in auth. si quas ruinas, in auth. qui rem, vbi etiam Paul. de Castr. Ias. & Dec. dicunt communem opinionem, & facit, quod inseparabilibus, vtilè per inutilè non vitiatur, cap. vtilè de reg. iur. l. Pedius, ff. de recept. arbitr. idcircò donatio suprà quingentos aureos absque insinuatione, subsistinetur pro qualitate permissa, l. Sancimus, & l. penul. C. de donation. Ias. in l. 1. §. sed si mihi, ff. de verbor. obligat. sic etiam donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, licèt non valeat, subsistinetur tamen quòad bona præsentia, Dec. in l. fin. C. de pactis, Hyppolit. de Marsil. singul. 517. Gratus cons. 71. Vrsill. ad Afflict. decis. 107. n. 4. sic etiam indulgentia concessa ab Episcopo suprà id, quod à iure permittitur, subsistinetur pro eo, quod poterat concedere, cap. indulgentia de pœnit. & remiss. in 6.

Contrariam tamen sententiam puto veriorem, quod in totum corruat, probatur in d. Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. ibi (*nec recipienti ius aliquod acquiri*) dictio negatiua adiecta verbo, aliquo, etiam in qualibet minima parte verificatur, Glos. in Clem. 1. in verb. aut eorum, de for. compet. Abb. & Felyn. in cap. Pastoralis de offic. deleg. Comprobatur etiam ex tex. in dicta extraug. ambitiosè, vbi locatio ad triennium permittitur, & aliter facta declaratur nullius esse roboris, & momenti; facit etiam tex. punctualis in §. si verò in perpetuam, in auth. de non alien. ibi, (*aut temporalem quidem, non tamen secundum huius nostrae legis obseruantiam*,) vbi emphyteuta cadit iure sibi concesso, qui aliter contraxit, quàm à iure dispositum erat, si emphyteuta incidit in commissum, ergò actus in totum corruit. Ad quod etiam facit, nam feudum, quod non potest, nisi tantùm pro masculis concedi, si concedatur, etiam profœminis, in totum corruit concessio, And. de Iser. in cap. 1. §. profecto de leg. Conrad. Secundò, probatur in his, quæ pendent à voluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda, *si actus non valet vti fit, non valebit vti fieri potest*, Bar. *in l. 1. §. si quis ità*, ff. de verb. oblig. & *in l. 1. §. eum, qui*, ff. de constit. pecun. Idcircò stante statuto, quod Consiliarius non eligatur, nisi per annum, si pro maiori tempore fiat electio, in totum corruit, Roman. consil. 66. Nec potest dici quod sumus in separabilibus, in quibus vtilè per inutilè non vitiatur, nam vnicus est actus in casu nostro, vnica voluntas, & vnicum iuramentum, ideò nulla ratio habenda est, quòd tempora separari possunt. Hanc opinionem probant Bar. & Ias in d. auth. qui rem, idem Ias. in l. 2. C. de iur. emphyt. Imol. in d. l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Lap. allegation. 80. Imol in l. quod dicitur, ff. de verborum obligation. Alex. consil. 7. lib. 4. Couar. loc. cit. num. 5. versic. deindè, Rodoan. loc. cit. q. 58. Mol. de contrac. disp. 467.

Ann.

Digitized by Google

Ann. sing. 327. Tuscus in verb. locatio concl. 406. sic pluries fuit decisum, Alban. decis. 7. Afflict. decis. 107. Ricc. sic dicit, & pluries à Romana decisum loc. cit. decis. 107. & ex dictis videtur responsum allegatis pro prima opinione.

Possint ne bona Ecclesiæ immobilia hypothecari absque requisitis per extrauagant. Cap. VII.

OMmissa disputatione, an prohibita alienatione censeatur prohibita hypotheca, de qua habetur, in l. fin. vbi Glos. & omnes DD. C. de reb. alien. non alienand & in l. 1. C. de fund. dotal. & apud Bart. in l. in quorum, ff. de pignorib. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 16. Cancer. var. res. lib. 2. cap. 12. Clar. in §. emphyteusis q. 18. Guttier. de tutelis par. 2. cap. 1. Spino de testam. Glos. 18. nu. 75. Pinell. in l. 1. in 3. par. num. 18. cum seq. C. de bon. mater. Respondeo negatiuè ex d. extrauag. ambitiosè, ibi, (*omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltrà triennium, nec non in feudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à iure permissis.*)

Dubium tamen est, quomodò prohibitio hypothecæ intelligatur; Et in hoc certùm est, quod attenta dispositione iuris communis, specialis tantùm hypoteca est prohibita, non autem generalis, sic constat ex cap. nulli, ibi, (*specialis hypoteca,*) vbi Glos. Abb. Andr. Barbat. & cæt. Canon. de reb. Eccles. non alien. & in §. nos igitur, ibi, (*specialis,*) vbi Glos. in auth. eod. tit. Congerunt latè Couar. d. cap. 16. num. 7. Ricc. decis. 111. in 2. par.

An autem idem sit stante dispositione dictæ extrauagantis ambitiosè dubium est, & Quarant. in compend. Bull. verb. alienatio, num. 17. dixit, etiam generalem hypotecam esse prohibitam, ex tex. in l. fin. C. de reb. alien. non alienan. & faciunt dicta per Nauar. in commentar. de reb. Eccles. non alienan. in princip. Et facit regula generalis, quod in generali obligatione non comprehendûtur prohibita alienari, l. obligatione generali, ff. de pignorib. c. generali, si de feud. controuer. fuer. int. domi, & agnat. Bal. in l. 1. C. quę res pign. oblig. poss. & in l. voluntas, Cod. de fideicommiss. in cap. 1. de Capitan. qui cur. vend. Angel. in auth. de restit. & ea, quæ paret, &c. Alex. consil. 16. vol. 2. vbi Addit. in verb. prohibita, litt. C. Sed certum est bona Ecclesiæ non posse absque sollemnitatibus, & causa alienari, ergò nec generaliter obligari.

Contrarium tamen est verius, & probatur; Primò, per extrauagantem supradictam prohibetur alienatio, & omne pactum, per quod trasfertur dominium, & explicans Summus Pontifex; qui sint actus, per quos dominium transfertur addit, concessionem, hypotecam, locationem vltrà triennium, &c. & sic hypoteca non principaliter prohibetur, sed quatenùs est actus, per quem transfertur dominium, vel constituitur ius in re, ità optimè colligitur ex Glos. in d. l. fin. C. de reb. Eccles. non alien. Sed per generalem hypotecam, neq; dominium transfertur, neque constituitur ius in re, Glos. in l. si is, qui rem pignori dedit, in verb. speciali, ff. de furt. & in l. fin. C. quæ res pign. oblig. possess. ergò. Confirmatur idem, nam bona specialiter hypotecata alienari non possunt, ex quo constitutum est

Digitized by Google

jus in re, secus autem si generaliter, l. ab eo, ibi, (*ab eo, qui bona sua pignori obligauit, qua habet, quaque habiturus esset, posse seruis libertatem dari, certum est. Non idem iuris est, qui pignori iure specialiter traditi, vel obligati sunt*,) C. de seru. pign. dat. manum. Idem probatur in l. 1 C. de necess. hered. instit. Concordat tex. in l. si quis obligatione, vbi Glos. ff. qui sine manum. ad libert. peruener. & l. seruus, ac lege, ff. de manumiss. Secundò, in d. extrauagantia, licèt prohibita sit hypoteca, locatio ad longum tempus, &c. adest tamen clausula exceptiua casuum à iure permissorum, ibi, (*præterquam in casibus à iure permissis, sed certum est de iure hypotecam tantùm specialem fore prohibitam, non autem generalem, vt suprà probatum est, ergò nona dispositio Pauli Secundi prohibens hypotecam, intelligenda est, iuxtà iuris dispositionem*,) vt optimè aduertit Mol. de contract. disp. 660. nu. 1. & 2. Confirm. idem; Ratio prohibitionis alienationis fuit, ne bona Ecclesiæ, in consultò, & absque rationabili causa distrahantur, sed hæc distractio ex speciali hypoteca insurgere propriè potest, iuxtà tex. in l. 1. & 2. C. de distract. pignor. ergò de generali hypoteca non potest intelligi, cùm propriè non sit alienatio, l. alienationis verbum, ff. de verb. signif. l. 1. & 2 ff. de fund. dotal. & idcircò prohibitus alienare sub pœna, generaliter hypotecando non incidit in commissum, Alberic. in d. l. fin. nu. 1. & 2. C. de reb. alien. non alien. ibid. Paul. de Castr. nu. 2. Salicet. num. 1. dicit esse receptum, & menti tenendum, sequuntur Clar. in d. §. emphyteusis, q. 18. Spino. d. Glos. 18. num. 75. Pinell. in d. l. 1. p. 3. num. 18. Quarè meritò fuit resolutum, ordinatum ad titulum patrimonij, qui non potest absque Episcopi licentia alienare sub pœna militaris contractus, & alijs pœnis, de quibus in Tridene. sess. 22. de reform. ca. 2. non posse specialiter hypothecare, benè tamen generaliter, Ricc. in d. decis. 111. extraditis per Abb. in cap. 2. de feud. & in c. quod quibusdam, numer. 5. de fideiussor. Ias in §. idem si quid in fraudem, nu. 2. Instit. de action.

Et quod dispositio supradictæ prohibens hypotecam, intelligitur tantùm de speciali, & non generali, tradiderunt post Abb. & cæt. Cinon. in d. cap. nulli, Berous ibidem, num. 22. Couar. d. cap. 16. num. 7. Menoch. de arbitr. cas. 432. nu. 13. Rodoan. tract. de reb. Eccles. non alien. cap. 6. per totum, Syl. in verb. pignus, num. 3. per hæc verba, (quia licèt bona Ecclesiæ pro obseruatione contractus à clericis obligari possint in genere, specialis tamen obligatio fieri non potest, nisi cùm sollemnitate, de qua in verb. alienatio,) Syl. sequuntur Valq. in opusc. de pignor. cap. 2. n. 12. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 29. dub. 7. tradunt etiam Mol. de contract. disp. 466. num. 2. & hoc iure vtimur Molfes. in summ. tract. 12. cap. 18. num. 49. Ricc. d. decis. 111.

Licèt autem contrà hanc resolutionem videatur facere declaratio Sacræ Congregationis annuente Sanctissimo Vrbano Octauo sub die 21. Maij 1626. per quam declaratum fuit, Regulares non posse accipere pecunias ad cambium, vel mutuò cùm solutione damni emergentis, & lucri cessantis, & huiusmodi contractus esse contra mentem Decreti lati die 7. Septembris 1624. per quod innouatur dispositio Pauli Secundi incipiens, & derogatur priuilegijs Religionibus concessis assentiendi loco Summi Pontificis, & tamen supradicti contractus cùm generali tantùm hypoteca celebrari possunt. Auertendum tamen est:

Primò,

Digitized by Google

Primò, supradictam declarationem, tantùm in bonis regularium locum habere, non autem in cæteris; constat ex verbis dictæ declarationis, ibi, (*cui in primis in votis fuit consulere Religionum indemnitati.*) Secundò, aduertendum est per supradictam declarationem, non fuisse inductam prohibitionem generalis hypotecæ circà bona Regularium, sed tantùm prohibitos fuisse contractus cambij, & mutui cùm solutione lucri cessantis, & damni emergentis ex illa ratione, quia ex huiusmodi censuum impositione, plurimùm bona Regularium læduntur, & cùm per priùs prohibiti fuissent Regulares census super bonis ad eorum Monasteria pertinentibus imponere, erat contrà mentem Decreti pecunias ad cambium, vel mutuò cùm solutione interesse accipere, quia idem damnum eos consequebatur; propterea supradicti contractus specificè à Sacra Congregatione damnantur sicut patet ex dicta declaratione, ibi, (*ideoque non licere Regularibus pecunias, vt proponitur, accipere, ac si acceperint in ipsius Decreti pœnas ipso facto incidere.*)

Hinc inferri potest, quod contractus mutui absque solutione interesse, cùm obligatione generali bonorum Ecclesiæ, & contractus cambij absq; onere soluendi, aliquid pro cambio sub eadem generali obligatione, non sunt damnati, colligitur ex eadem declaratione, quia bona Regularium non læduntur, imò quia cambium maximam affert vtilitatem, maximamque continet iustitiam, & mutuum fit gratia recipientis, non dantis, vt notum est, ure licito fieri possunt, & probatur etiam, quia proibitus alienare non censetur prohibitus se personaliter obligare, l. alienatum, ff. de verb. signif. l. si pro fund. C. de transact. Rodoan. loco citato, capit. 1. numer. 7.

Quid de Pignoratione, & Transactione dicendum. Cap. VIII.

SVb eadem prohibitione bona immobilia Ecclesiæ, vel mobilia pretiosa pignorari non possunt, absque causa, & sollemnitatibus; Ratio conclusionis est, quia per pignoris dationem, licèt pignus remaneat in bonis debitoris, l. pignus, Cod. de pignorat. act. possessio tamen transit in creditorem, l. cùm, & sortis, §. pignus, ff. de pignora. act. constituitur, etiam ius in re pignorata, eodem modo, quo per specialem hypotecam, l. si rem alienam, la prima, §. propè pignus, ibi, (*propriè pignus dicimus, quod ad creditorem transit, hypotecam verò, cùm non transit possessio ad creditorem,*) ff de pignorat. act. & concordat tex. in d. l. ab eo, C. de seru. pign. dat. manumiss. ibi, (*non idem iuris est, in ijs seruis, qui pignoris iure specialiter traditi, vel obligati sunt,*) & sic idem dicendum est in pignore, quod de speciali hypoteca, latè probat Angel. in auth. de restitut. quod latè prosequitur Rodoan. d. cap 6. & de facili deuenitur ad alienationem, cùm creditor possit ius suum alteri vendere, l. si conuenerit, ff. de pignor. act. Et creditor ex non luitione pignoris ob multitudinem vsurarum, vel ob inopiam debitori de facili potest effici dominus, l. qui habebat, vbi Gl. ff. de leg. 3. l. fin. Cod. de iur. domin. impetr. Confirma idem ex l. 2. Cod. de donat. int. vir. & vxor. vbi sicut donatio inter virum, & vxorem per alienationem rei donatæ censetur reuocata, ità & per pignorationem; Accedit etiam communis resolutio in quæstione illa, an prohibita alienatione

Digitized by Google

natione censeatur prohibita pignoratio; Quod si alienatio est prohibita ratione rei, comprehenditur pignoratio, secus tamen si ratione personæ, nisi tamen pro tanta quantitate esset pignoratio, vt probabilis non sit spes luitionis, Glos. in d. l. qui habebat, vbi additio Bald. in l. rem legatam, ff. de adimen. leg. & in d. l. fin. C. de reb. Eccles. non alien. Bart. in l. in quorum, ff. de pignor. latè prosequitur Negusant. trac. de pignor. in 3. memb. secundæ partis, num. 70. Sed certum est, alienationem bonorum Ecclesiæ fundatam esse in priuilegio ipsorum bonorum constat ex cap. 1. de pignor. & ex traditis per Couar. d. cap. 16. num. 8. ergò pignoratio comprehenditur, & hanc opinionem communiter tenent Doctores.

Circà autem bonorum Ecclesiæ pignorationem, cùm legitima causa, & sollemnitatibus faciendam, obseruanda est regula, d. cap. 1. de pigno. quàm latè exornat Cou. loc. ci. n. 8. cum seq. vt priùs mobilia pretiosa Deo non consecrata pignorentur, vel immobilia, cùm vtraque pignorari possint, l. si is, §. vsusfructus, & §. fin. ff. de pignor. & hypot. His tamen non existentibus si grauis adsit causa, nempè redemptionis captiuorum, vel pro alendis pauperibus, possunt etiam Calices, Cruces, & Vasa Sacra pignorari, latè Couar. loc. cit.

Supradictis addenda est declaratio Sacræ Congregationis ad instantiam nostræ Religionis facta sub die . . . . . vt bona, quæ absque assensu pignorantur, valorem viginti quinq; scutorum non excedant; Quæ declaratio fundata est in eo, quod in rebus modici valoris, non cadit prohibitio alienandi, vel pignorandi, iuxtà Glos. in cap. 1. in verb. commutatio, de his, quæ fiu. à Præl. sine cons. capit. & modica ab omni sollemnitate censentur excepta, Intrigl. decis. 44. n. 2. Schrader. de feud. par. 10. sec. 7. n. 68. Testai. alleg. 2. num. 134. & eadem Glos. in l. fin. in verb. aureos, ff. quæ in fraud. cred. dixit esse rem modici valoris, quæ ad valorem viginti aureorum ascendit, de quo latiùs infrà.

Dubium tamen est, an tuta conscientia candelabrum, argenteum maioris valoris diuidi possit ad finem pignorandi: Et vera est resolutio non posse, probatur primò, ex tex. in §. si verò in perpetuum, auth. de non alien. vel permutan. ibi, (*qui sacrata vasa contra nostram legem, aut pignori dant, aut vendunt, aut conflant propter alienationem,*) Glos. ibi in verb. conflant, idest conquassant, dùm enim ad finem alienandi, vel pignorandi diuiditur, certùm est in fraudem legis fieri, quod iura abhorrent, & damnant varias machinationes, per quas ad bonorum Ecclesiasticorum alienationem peruenitur, §. quod autem, versic. nec illud, in auth. de non alienan. Ex quo fit, vt procuratio ad *alienandum* requirat causam, & *sollemnitates*, pro vt ipsamet alienatio, Soccin. consil. 52. & 87. vol. 2. Bal. in l. præses, C. de transaction. Abb. in cap. cùm tempore de arbitris, Frecc. de subfeud. in explicat. Constitut. Regn. Constit. Diuæ memoriæ, limit. 22. & hoc tùm ex ratione fraudis euitandæ, vt tradit Abb. loc. citat. tùm etiam, quia per talem procurationem deuenitur ad alienationem, Ricc. in prax. alien. decis. 61. Secundò, probatur, idem ius est in alienatione, & pignoratione bonorum Ecclesiæ mobilium pretiosorum, quæ seruando seruari non possunt, ac in immobilium, cùm in vtroque casu requiratur causa, & sollemnitas, Glos. in cap. tua nuper, in verb. tractatu, de his, quæ fiu. à Prælat. Ostiens. in cap. 1. eod. tit. Abb. in

cap.

Digitized by Google

cap. cõsensus de reb. Ecc. nõ alien. Berou. in d. cap. nulli, num. 88. vers. ex his verbis, facit tex. in l. lex, quæ tutores, C. de administr. tut. Syl. in verb. alienatio, num. 9. constat ex dicta extrauag. ambitiosè, quod latè prosequuntur Mandos. in prax. beneficiaria, in verb. si in euidentem, vers. rescriptum, Rodoan. loc. cit. rub. 5. & 7. Sed immobilia non possunt diuidi ad finem, vt tamquam res minima alienetur, vel pignoretur absque assensu, sed tantùm permittitur ratione commodioris vsus, vel culturæ, Imol. in d. cap. nulli in fin. per tex. in l. iubemus, la seconda, C. de Sacrosanct. Eccles. & facit tex. in l. Caius, §. 1. ff. de leg. 1. Rodoan. loc. cit. cap. 35. nu. 3. ergò, ità etiam in rebus mobilibus pretiosis. Tertiò, probatur, qui non potest alienare, non potest facere actum, per quem deuenitur ad alienationem, Glos. in l item, quia, ff. de pact. Bar. in l. Codicillis, §. mater, ff. de leg. 2. Dec. consil. 282. pluries in Rota Romana fuisse decisum, testatur Ricc. loc. cit. dec. 93. nec potest occasionem dare, vt alienetur Bald. in l. quoties, la prima, in 1. notab. C. de fideicommiss. allegat Glos. in l. si ità, quis, §. ea, in verb. interest, ff. de verb. oblig. & tex. in cap. 1. §. fin. de inuestit. de re alien fact. Et facit etiam dictum Bal. in l. ea lege, col. fin. vers. quantum ad secundum, C. de condit. ob caus. vbi qui non potest aliquid facere, non debet dare occasionem, vt alius faciat, l. in lege locationis, ff. locat. Et quod mihi non licèt, non possum facere, vt aliijs impunè liceat, Glos. in d. l. si ità, quis, §. ea, & in l. cùm impossibile, ff. de pact. latè Rodoan. loc. cit. cap. 9. Sed per diuisionem rei pretiosę fit fraus legi, & datur occasio alienandi, ergò nullo modo tuta conscientia fieri potest.

In transactione idem dicendum, probatur conclusio, nam transactio dicitur alienatio, l. 1. vers. ac si transegerit, ff. si quid in fraud. patr. l. 1. ibi, (*venditionis, vel transactionis causa,*) ff. de offic proc. Cęsar. latè probat Tiraq. de retract. consang. §. 1. Glos. 14. num. 60. & prohibitus alienare non potest transigere, l. nulli, vbi Glos. Bar. & Ias. C. de transact. Abb. in cap. contingit de transac. & consil. 163. Roman. cons. 166. Petr. de Anchar. consil. 2. Federic. de Sen. consil. 94. Et quod idem ius obseruandum sit in transactione rerum Ecclesiæ, quod obseruatur in alienatione, post alios tradiderunt Franc. in c. 1. de reb. Ecc. non alien. in 6. Rebuff. de alienat. rer. Eccles. num. 66. Rolan. à Vall. consil. 15. vol. 1. Surd. consil. 451. in princ. vol. 3. Caputaquen. decis. 106. & 165. p. 1 & 308 par. 3. Farin. de inquisit. q. 15. num. 8. Thesaur. for. Eccles. cap. 15. num. 81. Mar. Anton. Antonin. lib. 1. variar. resol. cap. 26. num. 15. Ricc. loc. cit. decis. 46. Confirmatur ex doctrina Bar. in l. 1. C. si aduers. transact. vbi dicit notandam esse Glosam illam contrà Rectores Ecclesiarum, qui non possunt alienare, nec etiam transigere, nam si posset fieri transactio, quotidie figurarentur lites, & per transactionem, vel compositionem, quæ non possunt directè alienari, per indirectum alienarentur, idem probat Barbat. in rub. de reb. Eccl. non alien. & Ias. in d. l. nulli, dicit notandam esse, & menti tenendam, hanc Bart. doctrinam, quam etiam accedit, quod sicut minor non potest, absque decreto alienare, ità nec etiam transigere, l non solùm, C. de præd. minor. quia non debet vna via concedi, quod altera est prohibitum, cap. cùm quid vna via de reg. iur. in 6. & in puncto, de quo agimus, Rodoan. loc. cit. cap. 1.

Ampliatur, hæc conclusio, vt procedat etiam

etiam si res Ecclesiæ, de qua transigitur ab alio reperiatur possessa, Bar. in d. l. nulli, vbi etiam Ias. probat etiam Gl. in l. cùm hi, §. si vni, ff. de trãsact. Ratio est, quia cùm retinens possessionem ex causa nouæ transactionis dicatur postea retinere, dicitur per transactionem inductam fuisse alienationem, Bar. & Ias. locis citatis, quod optimè aduertunt Rodoan. d. q. 1. n. 13. Antonin. d. resol. 26. in fine, versic. cæterum.

Contrariam tamen sententiam multi tenent, quod nulla requiratur sollemnitas, aduersario existente in possessione, probant hanc opinionem Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. pupillus, ff. de iur. iuran. & in l. fin. num. 172. C. de iur. emphyt. vbi transactio potest fieri, absque assensu super re feudali, aut emphyteotica, aduersario possidente, quia non dicitur propriè alienatio, sed litis dimissio; facit tex. in l. si pro fundo, vbi Glos. C. de transact. idem probat Alex. consil. 95. aliàs 42. vol. 6. Rebuff. in cap. sine exceptione 12. q. 2. in prin. Bertach. de Episc. par. 4. 16. q. Iacobin. de Sancto Georg. in inuest. in verb. & cùm pacto de non alienando, Rodoan. loc. cit. cap. 1. Confirm. idem, nam tutor non potest transigere super bonis pupilli absque decreto, l. non solùm, C. de prędijs Minor. potest tamen pupillo non possidente, Rui. consil. 11. vol. 4. Dec. consil. 474. col. 1. & 564. colum. penul. Rolan. à Vall. consil. 15. num. 42. volum. 1. Accedit etiam, quod quando per transactionem res possidenti dimittitur non dicitur alienari, Bald. in cap. 1. de controuers. int. dom. & agnat. Martin. Laudens. Aluarot. Alex. Roman. Ias. Cassaneus, & alij, quos refert, Tiraquell. de retract. consang. §. 1. Glos. 14. num. 66. Quibus addendi sunt, Felyn. in cap. veniens, num. 5. de prescription. Alex. consil. 57. & 62. lib. 1. Berou. consil. 68. num. 55. & 176. nu. 32. vol. 1. Purpurat. consil. 279. nu. 7. & consil. 536. nu. 19. Roland. à Vall. d. cons. 15. vbi latè Natta consil. 441. num. 9. Menoch. de arbit. Iudic. cas. 171. numer. 76. Surd. consil. 451. lib. 3. Accedit etiam, quod quando possessio est penes tertium, cùm quo Prælatus Ecclesiæ transigit, videtur potius agi de iure quærendo, quàm de iure quæsito, sed certùm est non requiri sollemnitates extrauagantis ambitiosè, quando agitur de iure quærendo, nam ex quo Prælatus potest in quærendis Ecclesiæ præiudicare, non requiruntur sollemnitates, vt suprà cap. cùm Apostolica, de ijs, quæ fiu. à Prælat. Syl. verb. alienatio, num. 18. Put. decis. 519. par. 2. Rota Roman. in nouiss. dec. 30. & 209. par. 3. lib. 2. & dec. 234. & 284. par. 3. lib. 3. Mar. Antonin. loc. citat. & infrà latiùs dicemus, ergò. Confirm. etiam, nam in bonis non incorporatis Ecclesiæ, licita est transactio absque assensu, Franc. in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Rebuff. in compen. alien. nu. 21. Roland. & Ricc. locis citatis, ergò.

Pro resolutione distinguendum est, quod aut possessor rei Ecclesię, cùm quo conficitur transactio, nullo iure possidet, nec ex alio potest ius suum defendere, nisi ex subsequenti transactione, & in hac transactione; certùm est requiri assensum, quia ius non habenti transfertur, & in hunc sensum procedit doctrina, Bar. in d. l. nulli, ff. de transact. & in l. 1. C. si aduers. transact. Aut aliqua ratione possidet, quam Ecclesia litigando infringere nititur, & in hoc casu, quia per transactionem non transfertur dominium, nec rei possessio, sed possidenti dimittitur, nulla requiritur sollemnitas, & in hoc sensu intelligenda est secunda opinio,

Digitized by Google

nio, quam ex multis supraprobauimus. Colligitur resolutio ex dictis per Antonin. loc. cit. in fin.

Limitatur suprafirmata ampliatio, quando transactio super re immobili Ecclesiæ, vel mobili pretiosa, quę seruando seruari non potest, fit remanente Ecclesia in possessione, & dominio rei, Abb. in cap. cum pro tempore de arbitris, Alex. consil. 95. vol. 6. Rebuff. in cap. fine exceptione 12. q. 2. Rodoan. loc. citat. cap. 1. nu. 18. probant Glos. notab. & Bar. in d. l. nulli, vbi potest fieri transactio ab eo, qui non potest alienare, neque transigere si remanet in possessione rei, quia per subtractionem litis transigendo melior fit conditio possidentis. Confirmatur idem, nam minor, qui non potest absque decreto transigere super rebus immobilibus, ipso remanente in possessione, potest, Ias. in d. l. nulli, Ruin. consil. 129. numer. 3. lib. 5. Roland. à Vall. d. consil. 15. vol. 1. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 45. C. de bon. mater. Sic etiam Pater, qui non potest transigere super re aduentitia filij, in qua habet vsumfructum, potest retinendo rem, non autem dimittendo, Bal. in d. l. 1. C. de bon. mater. Pinell. d. par. 3. num. 45. Tiraquell. loc. cit. numer. 68. Idem est etiam in administratore Ciuitatis, vel Procuratore Cęsaris, quibus non licèt transigere, d. l. nulli, permittitur tamen quando res retineretur, & lexatio litis per transactionem tollitur, Glos. Bart. & Ias. ibid. latè Surd. d. consil. 451. n. 4. vol. 3. & quod idem sit in Ecclesia probant omnes supracitati, quibus addendus est, Ricc. d. decis. 46.

Quid de compromisso, & permutatione fieri possit. Cap. IX

NEquaquam fieri potest compromissum in bonis Ecclesiæ prohibitis alienare, absque causa, & sollemnitatibus, ratio colligitur ex defectu potestatis in compromittente, cùm vera sit assertio, quod prohibitus alienare, censetur etiam prohibitus compromittere, cap. peruenit, vbi, Ostiens. & Io. Andr. & c. cùm tempore, vbi Abb. de arbitr. idem Abb. in cap. contingit de transact. Ostiens. in summ. tit. de arbitr. §. de qua re, Specul. in tit. de decim. §. restat videre, verfic. sed nunquid Clericus, Cyn. in l. Præses, Cod. de transact. Rodoan. loc. cit. cap. 36. & dùm bona Ecclesiæ non possunt alienari, nisi cùm causa, & sollemnitatibus, si compromissum permitteretur, necessariò sequeretur alienatio, idcircò antecedenter censetur prohibitum compromissum, Io. Andr. & Ostiens. in d. cap. cùm tempore. Et quando aliquid est prohibitum à iure, implicitè censetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad actum, l. Oratio, ff. de sponsalibus, ideò prædictam conclusionem, sequuntur Innoc. Imol. Anton. de Butr. & Abb. in d. cap. cùm tempore, Paris. consil. 134. num. 11. lib. 4. Caualcaneus decis. 45. Rodoan. loc. cit qui testatur de communi, latissimè Tiraquell. de legibus connubialibus, Glos. 5. num. 205. Et eo magis supradicta procedunt, quando compromissum fieret de iure, & de facto, siuè in procedendo, nàm cùm in tali modo compromittendi maximum posset esse Ecclesiæ detrimentum, meritò prohibetur, Angelus in l. Imperatores, ff. de pactis,

Barbat.in cap. fin.de pecul. cleric. Abb.loc.cit.Lapus allegat.3.Rom. consil.369. Genuens. in practicabilibus Ecclesiæ,q. 496. & facit,quia tutor nõ potest compromittere de bonis pupilli, de iure,& de facto, & compromissum de iure, & de facto est ad instar transactionis,Soc.cons. 18. vol. 2. Rodoan.loc.cit.cap.36. num.14.& facit tex.in §.1, in auth. vt diff. Iudic.& auth.si verò contingerit,& auth.si quando,C.de iudic. tradunt communiter Doctores in cap.Quintauallis de iur.iur.Bald.in l.1.C.si aduers.vendit. Alex.consil. 22. lib.2. Quæ autem dicta sunt de compromisso,intelligenda sũt,cùm eisdem declarationibus, & limitationibus, quas suprà in materia transactionis attulimus.

De permutatione quoque idem asserendum,cap.nulli, ibi, (*permutationem*) de reb.Eccles.non alien. cap. sine exceptione,vbi Rebuff.nu.60. 12. quæst. 2 cap. 2. de rer.permut. ibi, (*vt commutationes rerum Ecclesiasticarum, quæ ab antecessore inconsultè factæ sunt ab eo,qui successor est emendentur*,) Glos. ibi in verb. inconsultè, dicit requiri causam, & sollemnitates; Ratio est, quia permutatio est species alienationis, & per ipsam interueniente traditione transfertur dominium,l.1.ff.de rer. permut.l.eum,qui,§. si permutatio, ff.de publican. Bart.in l. fin. C. de reb. alien. non alien. & similis est emptioni,& venditioni, l. 2. ff. de rer permut.l.2.C.eod.tit. & omnia, quæ dicuntur de emptione,& venditione procedunt in permutatione,cap.1.de his,quæ fiunt à Prælatis,ibi, (*vendere,aut permutare*) Syl. in verb.permutatio 1.latè Mol. de contract. disp. 396. Dùm ergò per extrauagantem ambitiosè prohibetur alienatio, & omne pactum, per quod dominium transfertur, necessariò sequitur prohibitam esse permutationem, prosequuntur Rebuff. in compend.alienat.rer. Eccles.nu. 66. Rodoan. loc.cit.rub.1.cap. 20. Et procedit conclusio,etiam si permutatio fiat cùm Principe,nam eodem modo prohibetur, cap. 1. vbi Innocent. & Abb. de rer. permut. & affirmant omnes supracitati.

Quæres,an idem dicendum sit in permutatione,quæ fit inter Ecclesiam, & Ecclesiam. Multi affirmant Rebuff.& Rodoan.locis citatis, Quar. in verb.alienatio,num.15. dicit vidisse Breuia Pontificia expedita in supradictis permutationibus, idem probat Filluc.dicto tract.44.cap.2. c.nu. 25.

Contrariam tamen sententiam puto veriorem,probatur; Primò,in auth. sed & permutare,& in auth. item si ad inuicem,C.de Sacrosanct.Eccl. quę iura fuerunt canonizata à Summo Pontifice, habetur,in c.hoc ius porrectum,§. sibi inuicem 10. q. 2. & probat etiam tex. in capit. 1. de reb.Eccles. non alien. ibi, (*tamen si commutare voluerint terras earum, cùm consensu ambarum partium faciat*,) constat igitur ex supradictis iuribus licitam esse permutationem inter Ecclesias,sed per extrauagantem ambitiosè permittitur alienatio in casibus à iure expressis, vt in eadem extrauagantem,ibi, (*præterquam in casibus à iure expressis*) ergò etiam stante dicta extrauagante licita est permutatio inter Ecclesias.

Secundò,faciunt verba dictæ extrauagantis,ibi, (*profanis vsibus applicare,aut cùm maximo illorum,ac diuini cultus detrimento exquisitis medijs vsurpare præsumunt, occurrere cupientes*,) sed in permutatione inter Ecclesias cessat, ratio vsurpationis Sæcularium, nullum detrimentum affertur Ecclesiæ in vniuersali, cùm parum referat, an aliquid possideatur ab Ecclesia Sancti Francisci,vel

Sancti

Digitized by Google

Sancti Dominici, & sic cessante ratione dictæ extrauagantis, meritò cessare debet, & dispositio, cap. cùm cessante de appellation. probat in specie Ricc. in prax. alienationis, decis. 74. Confirmatur idem, mens Pauli Secundi fuit indemnitati Ecclesiæ vniuersalis consulere, vt constat ex dicta extrauagante, & proprium est legis bono communi consulere, vt notum est, sed nihil detrahit bono communi si in permutatione rerum Ecclesiasticarum aliqua ex permutantibus, aliquid lucretur, vel damnum patiatur, cùm omnia in dominio vniuersalis Ecclesiæ remaneant, facit tex. in d. l. alienatum, la prima, ff. de verb. signific. ibi, (*alienatum non dicitur, quod ad huc manet in dominio venditoris, venditum tamen rectè dicetur*,) & hanc opinionem in specie tenent, Truisa. decis. 56. par. 2. Ricc. in prax. alien. decis. 38. Barbos. de offic. Episc. allegat. 95. nu. 55. Thesaur. For. Eccl. par. 1. cap. 15. num. 68. cum seq.

Requiritur tamen assensus Ordinarij, ex tex. in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. & sicut in alienatione immobilium Ecclesiasticorum modici valoris sufficit assensus Episcopi, ex tex. in c. terrulas 12. q. 2. & c. cæterum de donat. quę iura non fuerunt correcta per extrauagante ambitiosè, iuxtà communem resolutionem, de qua infrà dicemus ità, & in permutatione; Quod etiam confirmatur, nàm permutatio beneficiorum regulariter valet, cùm consensu Ordinarij, cap. quæsitum de rer. perm. & cap. vnic. eodem tit. in 6. extant Bullæ Pij Quinti 42. & 58. de quibus agunt Garz. de benefic. par. 11, cap. 4. Azor. in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 29. cum. seq. ità, & permutatio inter duas Ecclesias, in quo contractu non solùm sufficit consensus Ordinarij, sed ex iuris dispsitione potest idemmet Superior parum, non tamen enormiter alteri ex permutantibus detrahere, cap. nulli, vbi Glos in verb. enormiter 12. q. 2. & licèt Luc. de Penn. in l. 1. C. de fid. instrum. & iu. hastæ fiscal. lib. 10. dixerit ex authoritate Archidiac. & Speculat. tutiorem esse opinionem requiri assensum Apostolicum in permutationem, quæ fit inter Episcopum, & Capitulum circa bona, quæ sunt de mensa Episcopali, vel de massa communi Capituli, aduertendum est, quod supradicta procedunt non ratione permutationis, sed quia Episcopus non poterat in proprio facto, authorari, ex textu in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. vt idem Luc. loc. citat. aduertit, & ad hoc facit dictum Syl. in verb. permutatio 2. num. 2. quod Episcopo permutante, cùm Capitulo requiritur consensus Archiepiscopi, hodiè verò, quia per Sacr. Concil. Trident. restricta est authoritas Metropolitanorum, recurrendum est ad summum Pontificem in casu supradicto.

An sit licitum imponere seruitutem in bonis Ecclesiæ prohibitis alienari, & quid de affrancatione Canonis Ecclesiæ debiti. Cap. X.

NEgatiuè respõdendum est; Fundatur conclusio; Primò, in defectu potestatis, nam is potest imponere seruitutem in re, qui in ipsa habet dominium, §. ideò autem Institut. de seruit. Glos. in l. & in Prouinciali, in verb. seruitutes possunt, C. de seruit. & aqu. Idcircò vsusfructuarius, quia non est propriè dominus, seruitutem imponere non potest, sicut nec vir in fundo dotali inestimato, l. Iulianus, cùm l. seq. ff.

Digitized by Google

de fund.dotal.Bal.in d.l. & in Principali; Cùm non possit vsusfructuarius deteriorem conditionem rei facere,benè tamen meliorem,l.æquissimum,§.fin.ff.de vsufruct.latè Cepoll.in tract.de seruit.cap.14. num. 17. sed certum est quemlibet beneficiarium,seù Prælatum esse vsufructuarium in vita, & in vsuarium in morte,Glos.in cap.præsenti de offi. ordin. ergò nullam habet facultatem imponendi seruitutem.

Secundò,fundatur ex qualitate bonorum Ecclesiæ, quæ cùm sint prohibita alienari,nec etiam seruitutes in ipsis imponi possunt,ex reg.tex.in l. fin.C.de reb.alien.non alienan.ibi, (*similique modo, & seruitutes minimè imponi*,) probat etiam Calder. cons.12.tit.de censibus.Nec etiam seruitus, quàm Eccliesia possidet, cedi, vel alienari potest absque assensu, nam inter immobilia connumeratur, Clem. exiui de Paradiso, §.eum,qui,de verb.signific. Abb.in cap.nulli,num.10.de reb.Eccl. non alien. Idcircò siuè agatur de imponenda seruitute Ecclesiæ,vel rebus ipsius,siuè de cedenda, vel alienanda seruitute, quam Ecclesia possidet, in vtroque casu viget dispositio extrauagantis ambitiose, & requiruntur sollemnitates, & causa, Rebuff.in compend.alienat.num.4. & 6.Rodoan.loc.cit.rubr.2.& cap. 16.& 44.

Idem est in affrancatione Canonis Ecclesiæ debiti, Ratio est,quia Canonis præstatio inter immobilia connumeratur, d.Clem.exiui de Paradiso, & latè probatû est Superioribus dictis, & certum est, quod affrancatio est species alienationis,d. l.fin.& d.cap.nulli, Rota Rom. par. 1. decis. 13.cum seq. Ricc.in prax. alien.decis.81.ergò absque vlla difficultate locum habet dispositio dictæ extrauagantis.

Fallit tamen quando affrancatio fieret, ex vi pacti in concessione apposiri: in tali enim casu nullus requiritur assensus,nullaque sollemnitas, ex quo dicitur alienatio necessaria, vt in Superioribus dictum est.

An autem concessio Rei Ecclesiasticæ sub annuo Canone, cùm potestate affrancandi dicatur contractus emphyteoticus, vel censualis dubium est. Et verior est opinio esse contractum censualem,Glos. Innoc. & Abb.in cap.constitutus de religios. domib.latè Gaspar.Thesaur.qq.forens.q.12. & etiam data caducitate potest exerceri pactum affrancationis, & luere rem à directo dominio secundum veriorem opinionem, & in praxi receptam,Dec.in l.in bonę fidei,num.11.C. de pactis, Barbat. consil.51.vol.18.lib.1.Cordub. de iur. emphyt. tit. de caus.priuat. ob non solut.Canon.limit.38.num.12. Thesaur.loc.citat. Vrsill.ad Afflict. decis.250.Anna singul.392. incip. potestas,Franc.decis. 267. num.7.

An habeat locum *extrauag.* in concessione,in emphyteusim,& in feudatione. Cap. XI.

AFfirmatiuè respondendum,& de concessione in emphyteusim probatur, quia dicitur alienatio, §. nos igitur, verific. alienationis in auth.de non alien. & permut. reb. &c.l. fin.Cod. de reb. alien.non alien. cap.nulli, de rebus Ecc.non alien & expressè cauetur in dicta extrauagan.ambitiosè, per quam etiam omne pactũ, per quod dominium rerum Ecclesiasticarum transfertur,improbatur per emphyteoticam autem concessionem trãsferri vtilè dominium, probatur in l.1.ff.si ager vectig.vel emphyteot. petat. l. 1. & 2. C. de iur.emphyt.

cap.

Digitized by Google

cap. potuit, vbi omnes Canon. de locat. & cond.

Procedit conclusio, siuè emphyteusis concedatur tantùm sub annuo Canone nulla quãtitate à principio recepta quandoque contractus solet dici lucratiua concessio, siuè recepta certa quantitate à principio, & demum annuo canone, qui solet dici contractus onerosus, iuxtà tradita per Bar. in l. si mihi, & Titio, colum. penul ff de verb. oblig. Cyn. Salic. & Ias. num. 3. in l. 1. C. de iur. emph. Abb. in d. cap. potuit, num. 6. Clar. in §. emphyteusis, q. 3. nam vterque modus concedendi prohibitus est, cùm in vtroq; vtilè dominium transferatur, d l. 1. & 2. C. de iur. emph. quod à Sacris Cononibus; & à dicta extrauagante ambitiosè absque causa, & sollemnitatibus improbatur.

Secundò, procedit etiam in bonis solitis concedi, si vltrà solitum concedantur, vt puta, quia solebant aliqua bona concedi in emphyteusim, vsque ad tertiam generationem, iuxtà tex. in §. emphyteusim, in auth. de non alien. vel concedi pro linea masculina tantùm, & concedantur, etiam pro fœmina, nam concessio improbatur, Bald. in auth. qui rem, C. de Sacrosanc. Eccles. & in cap. 1. in verb. consuetudo de his, qui feud. dar. poss. Rodoan. loc. citat. rubr. 2. cap. 22. numer. 28. & infrà latiùs patebit. An autem in totum corruat concessio, vel sustineatur pro generatione, vel linea pro qua poterat fieri, dubium est, & verior est opinio, Bart. in d. auth. qui rem, in totum corruere, & latè suprafundatum est in materia locationis vltrà triennium, quibus addendus est, Alex. consil. 143. lib. 7. vbi testatur de magis communi opinione.

Tertiò, procedit etiam in pacto, quod finita generatione teneatur Prælatus renouare concessionem proximioribus defuncti, nam tale pactum non valet, §. quod autem dictum, & §. seq. in auth. de non alien. rebus Eccles. Aret. in d. l. si mihi, & Titio, colum. 5. versic. hoc autem præcipuè, Ruin. consil. 152. lib. 1. Gozad. consil. 39. numer. 19. & 20. versic. præterea, Genuens. in prax. cap. 99. num. 2. versic. 2. quia non valet pactum; Nam per extrauagante ambitiosè, & per iura suprà citata improbatur omne pactum, per quod transfertur dominium rerum Ecclesiasticarum, aut deterior fit conditio Ecclesiæ, sed certùm est, per pactum de renouando deteriorẽ fieri Ecclesiæ conditionem, nam temporalis emphyteusis efficitur perpetua, ergò; Et licèt vera sit conclusio teneri Prælatum renouare concessionem proximioribus defuncti emphyteusi finita ratione lineæ, vel generationis finitæ, nàm aliàs fieret iniuria proximioribus defuncti, & tanquam grauati possent appellare, Bar. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quotid. & æstiu. & d. l. si mihi, & Titio, est communis opinio, quam probant Dec. consil. 131. Clar. in §. emphyteusis, q. 44. Ricc. in prax. alien. decis. 83. Id tamen non procedit, quando Ecclesia bona deuoluta vult pro se retinere, nam tunc non cogitur ad renouandam, in cap. bonæ, il secondo, num. 28. de postul. Prælat. Rip. in l. 1. num. 9. & 10. ff. de priuil. credit. Ias. consil. 24. col. penul. lib. 3. latè Ruin. consil. 152. lib. 1. Gozadin. d. consil. 39. Clar. in d. q. 44 Caputaquen. decis. 333. par. 1. Benintend. decis. 19. sic etiam præuia discussione fuisse decisum in vna Rauennatensi coram Illustrissimo Mantica testatur Genuens. d. cap. 99. Doctrina autem Bar. in d. §. permittitur, & communis opinio procedunt, quãdo Prælatus rem deuolutam vult alteri concedere, nam tunc cæteris paribus

paribus proximiores defuncti præferuntur, secus verò quando pro Ecclesia vult retinere, vt suprapro-batum est. In alio etiam casu procedere posset doctrina Bar. & communis, quãdo constaret adesse legitimam consuetudinem renouandi concessiones finitas proximioribus defuncti; tunc enim posset cogi Prælatus ad renouandum, Bald in auth. si quas ruinas, C. de Sacrosan. Ecc. sic etiam decisum refert coram eodem Mantica, Ianuen. d. cap. 99.

Quartò, procedit si solita forma concessionis emphyteusis alteraretur, vt puta si solita concedi pro masculis, concederetur etiam pro fœminis probatur conclusio, primò, forma consueta inuestituræ, seù concessionis alterari non potest, Iacob. de Belusio, Nicolau. de Neapoli, Aluarot. & Præpositi. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. Secundò, probatur per extrauagante ambitiosè cõceditur facultas concedẽdi in emphyteusim in casibus solitis concedi, & à iure expressis, sed de iure expressum est formam inuestituræ non esse innouandam, cap. 1. §. profecto de leg. Conrad. nec solita ampliari possunt, quia consuetudo est stricti iuris non excedit proprios terminos, c. quoad translationem, vbi Abb. de offic. de leg. Bart. in l. post dotem, ff. sol. matrim. ergò non potest alterari: Tertiò, probatur, Prælatus nõ potest deteriorem conditionem Ecclesiæ facere, l. iubemus, Cod. de Sacrosanc. Eccles. sed alterando inuestitura taliter, quod maior numerus personarũm includatur deteriorem facit Ecclesiæ conditionem, quia tardius res concessa ad ipsam reuertitur, Alex. consil. 5. vol. 5 Fulgos. consil. 10. Cuman. cons. 99. Zasius de feudis par. 5. num. 59 Schrader. de feud. par. 4. cap. 2. num. 22. Rosental. de feud. concl. 4. numer. 37. Simon de Petr. consil. 45. num. 17. Caualcan. decis. 31. n. 352 par. 2. Thesaur. for. Eccl. par. 1. cap. 15. nu. 22. Quartò, quando antiqua forma concessionis alteratur dicitur fieri noua concessio, Bal. in l. Titius, ff. de excusat. tutor. Felyn. & Dec. in cap. de causis de offic. de leg. Præpos. in cap. 1. num. 32. de his, qui feud. dar. possunt, sed in dubitatum est non posse Prælatum absque sollemnitatibus, & causa bona Ecclesiæ in emphyteusim de nouo concedere, ergò, nec antiquam alterare, & licèt Caldet. consil. 11. de feud. dixerit posse in accidentalibus innouari, non autem in substantialibus ipsius tamen opinio non facit contra suprædicta, vt optimè declaratur à Cardinal. Alexandr. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. & à Genuens. in practicab. Eccles. q. 18.

De in feudatione, verò constat affirmatiua, etiam opinio ex dicta extrauagante ambitiosè, nam per in feudationem transfertur vtilè dominium, vt notum est; Et licèt de iure communi solita in feudari, si reuertantur ad Ecclesiam, absque sollemnitate concedi possunt, capit. 2. de feud. & constat ex eadem extrauaganti, cùm sufficiat in prima concessione ad fuisse sollemnitates, Abb. in cap. vt super de reb. Eccles. non alien. Clar. in §. feudum, q. 13. & est communis opinio; Hodiè tamen per Bullam Pij V. 42. incipientem admonet nos, anni 1567. & Greg. XIII. Sixti V. Innocent. IX. Clem. VIII. & aliorum Pontificum prohibita est omnis in feudatio bonorum Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subiectorum, non solùm deuolutorum, sed etiam deuoluendorum, prout latè prosequitur Thesaur. fori Ecclesiastici parte 1. cap. 14.

Mobi-

Digitized by Google

Mobilia pretiosa Ecclesiæ vtrum sub hac extrauagante, sint comprehensa. Cap. XII.

COmprehensa esse constat ex dicta extrauagante, & probatur ex communi traditione, quod sub prohibitione alienationis bonorum immobilium, continẽtur mobilia pretiola, si tamen seruando seruari possunt, Glos. in cap. tua, in verbo tractatu de his, quæ fiu. à Prælat. & in cap. 2. in verb. immobilia, de reb. Eccles. non alienan. & in cap. is, cui in verbo immobilia de elect. in 6. probat tex. in l. Sancimus, la prima, C. de Sacrosanc. Eccles. & in l. lex, quæ tutores, C. de administr. tutor. Abb. Berou. & omnes Canon. in d. c. nulli, Mandos. in prax. beneficior. in rubr. si in euidentem, versic. rescriptum: Idcircò res Ecclesiæ mobilis pretiosa non vsucapitur triennio, cap. de redditibus, vbi Glos. 12. q. 2. Rodoan. loc. cit. rubr. 7. num. 6. Aduertendum tamen est, quod ad hoc, vt dicta procedant, non solùm requiritur, vt sint mobilia pretiosa, sed etiam, vt sint talia, quæ seruando seruari possunt, & alterò ex his duobus requisitis deficiente non procedunt, Io. Andr. Zabarel. Abb. Berou. & alij in d. cap. nulli, Rebuff. in compend. alienat. num. 25. Socc. reg. 110. num. 2. Mol. de contract. disp. 465. Rodoan. loc. cit. rubr. 5. Ricc. in prax. alienat. decis. 61. Quare communis est opinio, quod bona mobilia Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt absque solemnitatibus possunt alienari, Glos. in sum. 12. q. 2. Nau. consil. 4. de reb. Eccles. non alien. Rebuff. Soccin. Rodoan. & Mol. locis citatis, Ricc. in d. prax. decis. 73. & probatur in d. l. lex, quæ tutores, vbi res minorum, quæ seruando seruari non possunt absque Iudicis decreto alienari possunt, quod etiam confirmatur ex tex. in l. fin. Cod. quando decr. opus non est, & idem esse in rebus Ecclesiæ, tradit Glos. communiter recepta in d. cap. nulli, in verb. immobilem.

Quæ autem dicantur res, quæ seruando seruari non possunt, communis est resolutio illas dici, quæ absque detrimento vltrà triennium non solent durare, Glos. in l. 1. C. si aduers. vsucapion. vbi Angel. idem Angel. in l. procurator tuorum, ff de procur. & in l. procuratorem, C. de procurat. Imol. Cuman. Angel. & Iason. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. Glos. in l. diuortio, §. interdum, in verb. reddet, ff. sol. matrim. Alex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Rodoan. loc. citat. rubr. 5. num. 7.

Hinc dubitatur, an pecunia numerata sit de numero illarum rerum, quæ seruando seruari non possunt. Et communis est resolutio affirmatiua, Glos. in d. l. 1. §. fuit quæsitum, vbi Bart. Alex. Ias. & alij, idem Bart. in l. potest, num. 3. ff. de auth. tutor. Et licèt, hæc doctrina videatur contra sensum, cùm pecunia possit conseruari longissimo tempore, & ad præsens reperiãtur numismata antiquorum Imperatorum, in quibus non solùm Imagines, & Trophea Imperatorum apparent, sed etiam consideratur valor ipsorum, de quo latè agit Couar. in tract. de numismat. aduertendum est, quod quando dicitur, quod mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, comprehenduntur sub prohibitione, intelligitur de bonis, ex quorum conseruatione, aliquis fructus accipitur, Ias. in d. §. fuit quæsitum, numer. 31. Modo ex ipsa pecunia seruata nullus fructus percipitur, cap. eijciens 88. dist.

88. dist. & pecuniam secundum sui naturam destinata est ad vsum numerationis, l. 1. ff. de contrah. empt. & expendendo ipsam, & numerando, quòad nos non conseruatur; sed consumitur, §. constituitur, Instit. de vsufruct. idcircò secundum se conseruata nullam affert conseruanti vtilitatem, propterea meritò dicitur esse de numero illarum rerum, quæ seruando seruari non possunt.

Quod si contrà supradicta insurgat, tex. in cap. licèt Heli de Simon, in quo declaratur Prælatum expendentem magnam Ecclesiasticæ pecuniæ quantitatem fore deponendum, quasi videatur alienasse bona Ecclesia prohibita alienari; Respondetur, ibi Prælatum fuisse depositum ex causa dilapidationis bonorum Ecclesiæ, quæ satis nota erat ex magna quantitate pecuniæ impensione, sed ex hoc non potest inferri, non tamen ex eo infertur pecuniam esse de numero illarum rerum, quæ seruando seruari possunt, & proindè comprehendi in prohibitione alienationis, vt suprà, vt optimè aduertit Syl. in verb. alienatio, numer. 8. & est communis omnium resolutio.

Procedit suprafirmata cõclusio, etiam in pecunia destinata pro emptione immobilium, nam adhuc dicitur mobilis, nec sub immobilium appellatione comprehenditur, Glos. Bal. Alex. Aretin. & Ias. in d. §. fuit quæsitum, idem Ias. in l. cæterum, §. si parauit, ff. de legat. 1. Felin. in cap. cùm adeò, col. 2 de rescript. latissimè Boer. decis. 209. Ricc. loc. citat, decis. 73. in fin. Et probatur, nam res destinata, vt efficiatur Sacra, nõ habetur pro Sacra, l. secundum, C. de furtis; Et destinatio ad aliquid faciendum non habetur pro facta, quando vltrà simplicem voluntatem, aliquid amplius requiritur, l. cùm in fundo, §. si fundus communis, ff. de iur. dot. Et destinatum ad nouum opus faciendum si non est cœptum nihil operatur destinatio, l. ligni, §. si lignum, & l. lana, ff. de leg. 3. facit etiam communis resolutio, DD. Cyn. Bal. Angel. & Ias. in dicto §. sed si parauerit, secundùm quam opinionem fuisse decisum, testatur Boe. lo. ci. quod in legato facto à viro vxori bonorum immobilium, non venit pecunia destinata ad emptionem prędiorum, nam pecunia dicitur res mobilis, l. mouentium, ff. de verb. signific. Idcircò in legato mobilium venit, l. si Chorus, §. 1. ff. de leg. 3. Abb. in d. cap. nulli, & aliud est aliquid esse tale, vel haberi pro tali, l. mercis appellatione, ff. de verbor. signific. Bar. in l. si maritus, §. legis, ff. ad l. Iul. de adult. Ias. in l. prætor, ff. de oper. nou. nunciat. & secundùm hanc opinionem suprafirmatam, fuisse decisũ in Curia Archiepiscopalis Neapolitana, testatur Ricc. loc. cit. decis. 73. licèt contrarium defendat.... *tract. 44.* cap. 4. num. 24. *cum. seq.*

Contrà *suprafirmatam conclusionem*, facit tex. in l. 3. §. *quid* ergò, ff. de contr. iud. tutel. vbi tutor creditor pupilli non potest pecuniam pupillarẽ depositã pro emptione prędiorum, absque Iudicis decreto pro satisfactione sui crediti accipere, ergò clarè constat pecuniam destinatam ad emptionem immobilium iudicari immobilem; sed respondetur ex Alex. Ias. & alijs supracitatis, decretum Iudicis in casu, d. §. quid ergò, requiri ad cogendum depositarium pro solutione pecuniæ acceptæ, non autem pro sollemnitate alienationis pecuniæ, tanquam rei immobilis, pro cuius alienatione, si ità esset, alię sollemnitates requirerentur, de quibus nulla mentio fit, in d. tex. ergò nullo modo facit ad casum, sequitur igitur, vt concludamus pecuniam Ecclesiæ sola voluntate

Digitized by Google

luntate Prælati destinatam ad emptionem non comprehendi in extrauagante ambitiosè, secus tamen esset, si ex necessitate fuisset facta destinatio, vel ex aliquo vinculo apposito in dicto pretio, vel ex aliqua obligatione Prelati, ob quam tenebatur pecuniam illam Ecclesiasticam in bonis immobilibus inuestire, vt optimè aduertit Syl. in dicto verb. alienatio, num. 8.

Quæres quid dicendum sit in pecunia peruenta ex venditione rei immobilis Ecclesiasticę. Multi tenent dici immobilem, prout probat Masueuius tit. de societ. §. item nomina, seù debita, vbi asserit pecuniam esse eiusdem naturæ, cuius erat res à qua peruenit, in cuius locum subrogatur; Et facit etiam, quod per pecuniam representatur res venditа, l. quia qui pretio, ff. de vsufruct. & quemadm. quis vtat. Sic etiam pecunia, quæ peruenit ex re patrimoniali dicitur patrimonialis, & quæ ex venditione bonorum Maioratus, ipsius naturam sortitur, à quo peruenit, latè probant Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 4. item Speculat. in tit. de caus. possess. & propr. §. 1. vers. certum, dixit, quod pecunia facta ex argento meo, mea est, & illã petere possum; Ad quod facit tex. in l. fin. C. de negot. gest. l. mater, §. 1. C. de rei vendicat. Adde, quod emptum ex pecunia Ecclesiæ per beneficiarium fit Ecclesiæ, l. si vt proponis, vbi Glos. de rei vendicat. ergò ità etiam pecunia peruenta ex re immobili Ecclesiæ dicitur Ecclesiæ; Et quod talis pecunia dicatur immobilis, probant Raphael, Fulgos. Alexan. & Aretin. in l. ea demum, Cod. de donat. Et quod in tali alienatione requirantur sollemnitates, prout in alienatione bonorum immobilium, probant Rodoan. loc. cit. rub. 15. num. 12. Rice. loc. citat. decis. 73 versic. limita secundo; Et ratio esse potest, nam si pecunia peruenta ex venditione rei immobilis posset liberè à Prælato alienari, facilè damnificaretur Ecclesia, & frustra tot sollemnitates requirerentur in alienatione bonorum immobilium si pretium, ex ipsis peruentum, liberè postea posset alienari, vti aduertunt supracitati Doctores.

Pro resolutione aduertendũ est, quod aut quærimus, an pecunia peruenta ex venditione rei immobilis dicatur mobilis, vel immobilis, & in hoc vera est conclusio ex sui natura dici mobilem, sic probant Firmian. in indice, in verb. bona mobilia, Iacob. de Rauen. Cyn. & Bal. in d. l. ea demum, num. 4. Tiraquell. de vtroque retract. §. 1. Glos. 7. num. 112. Facit etiam regula communis, quod pretium non succedit loco rei in particularibus, l. qui vas, §. 1. ff. de furt. l. labeo, & Sabinus, ff. de verb. signif. l. venditor ex hæreditate, ff. de hæredit. vel act. vendit. secus tamen in vniuersalibus, l. si & rem, & pretium, vbi latè Bar. ff. de petition. hæredit. l. Imperator, ff. de leg. 3. Mol. d. cap. 4. Surd. decis. 15. Guttier. pract. quæst. q. 87. Molfes. tom. 1. ad consuetud. par. 2. tit. de bonis, q. 3. in fin. Idem est etiam in particularibus, quando ea lege bona venduntur, vt pretium in aliorum bonorum emptione implicetur, nàm tùnc pretium, donec alia bona non emãtur stat loco rei, l. res, quæ, vbi communiter Doctor. ff. de iur. dot. glos. in d. l. sed & si lege, §. 1. in verb. non videtur, & in d. l. Imperator, §. fin. in verb. non videtur, ff. de leg. 2. Mol. in d. c. 4. nu. 31. Aut quærimus si in alienatione supradictæ pecuniæ Ecclesiasticæ requirantur sollemnitates, & in hoc vana est dubitatio, nam bona immobilia Ecclesiæ ex duplici ratione alienari possunt, vel ex vrgentia creditorum, iuxtà

Digitized by Google

rex. in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacrosc. E. & in hoc casu indubitatum est pretium supradictum non Prælato vendenti, sed directè creditoribus ab emptore esse soluendum d. auth. hoc ius porrectum, ibi, (*pretium pro modis omnibus pro debito dando*,) concordat tex. in §. ementibus, auth. de reb. Eccl. non alien. l. 3. ff. de in rem verfic. l. magis puto, §. ne autem, ff. de reb. eorum, imò multi Doctores tenuerunt emptorem bonorum immobilium Ecclesiæ debere esse sollicitum, & ad ipsum spectare, vt pretium rei emptę ad creditores Ecclesiæ, perueniant Innoc. in cap. 1. de depositio, & in hoc fallit regula generalis, quod nullus cogitur esse sollicitus de persona contrahentis, l. 1. §. cùm autem, ff. de exercito act. & l. fin. ff. eod. tit. & faciunt tradita per Bart. in d auth. hoc ius porrectum, n. 13. & in l. alio hærede, num. 24. ff. de alimen. & cibar. legat. & in l. doli mali, nu. 8. ff. de nouationib. sed de hoc fortem, aliàs interim legendi sunt, Mol. loc. cit. & Surd. decis. 15. ergò frustra quæritur, an possit absque sollemnitatibus alienari, cùm creditoribus recta via sit soluendũ; Aut alienatio fit ex causa vtilitatis Ecclesiæ, iuxtà textum in cap. sine exceptione, ibi, (*vt meliora prospiciat*,) 12. q. 2. & in hoc certùm est in assensu alienationis adesse clausulam, dummodò pretium in emptionem stabilium cùm maiori Ecclesiæ vtilitate conuertatur, & sic indubitatum est non posse alienari, & pretium illud, donec in aliorum bonorum emptionem non implicetur, stare loco rei venditæ, probatur ex tex. notab. in l. qui solum, §. 1. ff. de leg. 2. vbi si res legata dato pretio euincatur, illud pretium subrogatum loco rei debetur legatario; Ratio est secundum, Dec. in d. l. ea demum, num. 3. quod ex verisimili voluntate testatoris fit subrogatio; ità & in casu nostro ex clausula posita in assensu pro venditione rei, ad quod etiam faciunt tradita per Molin. d. cap. 4. quod data licentia alienandi bona maioratus cùm clausula, quod de pretio alia bona emantur, pretium, vsque quo bona non emuntur, dicitur esse de maioratu, ac legibus, ac conditionibus maioratus obnoxium.

Ampliantur supradicta, vt procedat etiam in magna quantitate pecuniæ, quam Ecclesia in proprietate possidet pro præsidio, iuxtà tex. ial. si chorus, §. 1. ibi, (*quos præsidij causa repositos habeat, vt quibusdam bellis ciuilibus facilitasset*,) ff. de leg. 3. Ratio cõclusionis est, quia pecunia illa in proprietate ab Ecclesia pro ipsius conseruatione possessa, licèt mobilis sit, loco tamen immobilium habetur, & proindè sollẽnitates requiritur, sic fuisse resolutum coram Pamphilio in anno 1602. testatur Ricc. loc. cit. decis. 73. Barbos. de offic. Episc. alleg. 95. num. 45. & in casu supradicto *quantitas erat ducatorum quatuormillia*. Et facit Bulla Sixti V. 31. in anno 1586. incipiens; Ad Clauium Apostolicæ seruitutis; in qua decies centena millia aureorum in Arcę Sancti Angeli reponens pro peculio Romanę Ecclesiæ, declarat ea esse ad instar bonorum immobilium.

Quæres rursus, quid dicendũ sit quando annui introitus possessi ab Ecclesia, cùm pacto de retrouendendo reemuntur à debitoribus, an pretium illud possit absque sollemnitatibus alienari. In hoc dubio aduertendum est, quod aut quærimus si pecunia depositata pro reemptione annuorum introituum dicatur mobilis, vel immobilis, & in hoc indubitatum est dici mobilem; Ad quod probandum non solùm faciũt supra allegata pro opinione, quod pecu-

Digitized by Google

pecunia peruenta ex venditione rei immobilis dicatur mobilis, sed etiã facit regula, quod resoluto contractu ex vi pacti de retrouendendo, res redit in pristinam suam causam, & in pristinam naturam, l. voluntate, §. cæterum in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. vndè Bald. in l. qui ea lege, C. de pact. inter empt. & vendit. dixit, quod quando dominium transfertur suspensiuè, resoluto contractu res redit ad sua principia attractiua, & idem Bal. in l. vnic. col. 10. versic. attende, hic, C. quando non petent. dixit, quod resoluto contractu, qui non habet perpetuam causam, sed suspensiuam, dominium primi resuscitat se tanquam à somno, non tanquam à morte, idcircò pecunia, quæ peruenit ex vi pacti de retrouendendo, non solùm redit ad pristinam causam, sed retrahitur ad tempus celebrati contractus, l. 2. §. id quoque, ff. de collat. bonor. & censetur semper fuisse in bonis creditoris, l. sicut, §. superuacuũ, vbi Bar. ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. & recuperata virtute pacti præcedẽtis, censetur esse eiusdem qualitatis, prout erant antè contractũ, Bar. in l. sequitur, §. idem labeo, ff. vsucapion. Hinc est, quod in feudo empto cùm pacto de retrouendendo, locus est primogenituræ, eo tamen redempto à venditore, pretium diuiditur inter filios; Propter quod Sac. Consil. Neapol. licèt in dies præferat creditores posteriores, cùm assensu anterioribus creditoribus in pretio peruento ex venditione feudi, si tamen feudum reematur ex vi pacti de retrouendendo, anteriores creditores, absque assensu præferuntur posterioribus cùm assensu, latè Franch. decis. 64. Et facit etiam communis resolutio, Iacob. de Rauen. Cyn. & Bal. in l. ea demum, num. 4. C. de donation. quod stante consuetudine, quod proximior possit retrahere rem alienatam à proximiore, & stante consuetudine, quod bona mobilia defuncti pertineant ad exequutores, immobilia, verò ad hæredes redimatur res à proximiore mortuo alienanti, pretiũ iudicatur tanquam res mobilis, & debetur exequutoribus, ex tex. in d. l. 2. §. id quoque, ff. de collat. bonor. Facit etiam doctrina Boerij decis. 209. nu. 4. vers. & pariter, vbi allegando Alexandrum in l à Diuo Pio, §. fin. ff. de re iudic. dixit, quod pecunia penes debitorem ex causa mutui, vel redditus non perpetui, licèt reputetur immobilis, illa tamen restituta dicitur mobilis.

Ex supradictis indubitata redditur conclusio, pecuniam ex retrouenditione annuorum introituum Ecclesiasticorũ dici mobilem, & propterea attenta natura ipsius pecuniæ nullam requiri sollemnitatem, non solùm in ipsa retrouenditione, quæ, cùm fiat vigore pacti dicitur alienatio necessaria, & sollemnitates non requirit, vt suprà docuimus; Quibus addendus est tex. in l. sed si pecunia, §. item quæri potest, ibi, (*hac enim alienatio non sponte tutorum fit*,) ff. de reb. eor. ex quo tex. colligitur regula, quod licèt aliquando non valet, quod sponte fit, valet tamen si ex necessitate fiat.

Nec etiam requiruntur sollemnitates, quando pecunia ex redditibus Ecclesiæ peruenta, vel ex oblationibus, & eleemosynis implicatur ab administratoribus in emptione annuorum introituum, vel bonorum stabilium, nàm cùm pecunia dicatur res mobilis, & quæ seruando seruari non potest, Alex. & Rip. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. meritò sollemnitates non requiruntur, Ricc. loc. cit. & sufficit, quod Prælatus Ecclesiæ suũ munus exequatur augenda bona Ecclesia ad

instar tutoris, qui tenetur pupillarem pecuniam in emptionem immobilium implicare, l. ità autem, ff. de administrat. tutor. aliàs teneretur ad interesse, l. tutor, qui repertorium §. si post depositionem, ff. de administr. tutor. Glos. in d. l. ità autem, in verb. comparari; Et quod munus Prælati sit bona Ecclesiæ augere, & pecuniam in emptionem stabilium implicare, habetur in capit. quicunque, vbi Glos. in verb. neglectum 12. q. 4. Abb. in cap. conquestus in fin. de vsur. Soccin. in reg. 3. in verb. accipere, casu 36.

Et licèt Prælatus pecuniam supradictam ex retrouenditione annuorum introituum peruentam malè imponendo, peccet, & tanquam dilapidator puniri possit, cap. licèt enim de Simon. non tamen venit de contrà iura de alienatione bonorum Ecclesiæ loquentia, optimè aduertit Syl. in verb. alienatio, n. 7. in fin.

In duobus tamen casibus posset locum habere prohibitio supradicta alienandi absque sollemnitatibus in pecunia peruenta ex retrouenditione. Alter, est quando in pecunia prædicta adesset speciale vinculum, quod denuò in emptionem immobilium, vel annuorum introituum inplicari deberet, nàm tùnc vinculum illud facit, vt pecunia loco immobilium iudicetur, vt suprà ex Molin. probatum est; Secundus est casus, quando pactum reemendi Ecclesiæ competens remitteretur, vel alteri cederetur, vt clarius infrà patebit.

Quid statuendum in concessione iuris ad rem aliquam immobilem, vel mobilem pretiosam consequendam, & in bonis Religioni acquisitis per alicuius Professionem. Cap. XIII.

IN vtroque casu respondendum tenere dispositionem extrauagantem; Ratio primi est, ex Bal. in l. ea demum, nu. 4. C. de collation. quod ius ad mobilia, mobilè reputatur, l. ex facto, §. hæredum, ff. de hæredib. instituen. nàm qualè est subiectum, seù res, talis intelligitur esse forma, ideſt, actio, §. vult enim in auth. de non alien. quod notatur in l. 1. C. si aduer. transact. & facit, l. si donatæ, §. si sponsus, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. cùm in fundo, §. si fundus, ff. de iur. dot. Sic è contrà *ius ad immobile, immobile iudicatur, Glos. & communiter Doct. in d. l. 1. C. si aduers. transact.* eadem Glos. in §. hæc ergò, in verbo numeranda, in auth. de non alien. Dyn. & Bar. in l. potest, ff. de auth. tutor. latè Tiraquell. de vtroque retract. §. 1. Glos. 7. n. 1. cum seq. & nu. 14. Et quod eędem sollemnitates requirantur in alienatione actionis Ecclesiæ competentis ad rem immobilem, ac in alienatione ipsius rei, tradit Alex. consil 27. lib. 3. Sic è contra, actio ad pecuniam consequendam dicitur res mobilis, quia ad rem mobilem capiendam dirigitur, & proindè in ipsius alienatione non requiruntur sollemnitates, Imol. in capit. nulli, de reb. Eccles. non alien. in fin. Rodoan. loc. cit. rubr. 15. de pecuniæ alienatione faciunt ad supradicta, quod ius competens pupillo ad fundum non potest absque decreto aliena-

Digitized by Google

alienari, l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de reb. eor. sicut nec seruitus prædio pupillari imponi potest, nec seruitus remitti, d. l. sed si pecunia, §. nec vsusfructus, nec lapidicinæ, vel metalla argentifodinæ, vel cretæ, vt in d. l. sed si pecunia, §. si lapidicinas, ità nec seruitus prædio Ecclesiæ imponi potest, nec Ecclesię debita remitti, l. fin. C. de reb. alien. non alienan. cap. nulli de reb. Eccl. non alienandis.

In bonis autem Religioni acquisitis per Regularis professionem, si talia sint, de quibus in dicta extrauagante ambitiosè cauetur, absq; sollemnitatibus alienari non possunt, probatur conclusio; Per professionē nō solùm persona professi mancipatur Dei seruitio, sed etiam ipsius bona in Religionem transeūt, auth. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles. cap. si qua mulier 19. q. 3. Et bona professi non iure hęreditario debentur Religioni, vt dicebat Innoc. in capit. in præsentia de probation. quem probat Bar. in auth. si qua mulier, C. de Sacrosanct. Eccles. sed iure quodam naturali, & vniuersali acquisitionis consequenter ad personam necessariò bona professi Religioni acquiruntur, Bart. in dicta auth. ingressi, in 2. lect. nu. 56. idem Bar. in d. auth. si qua mulier, Bald. in supra allegatis locis, Abb. in cap. in præsentia, num. 75. de probat. & ad instar arrogati, cuius bona transeunt in arrogatorem, vt toto titulo, instit. de acquis. per arrogat. Sic transeunt bona in monasterium, Bart. in dicta auth. ingressi, nu. 16. & 17. vbi infert, quod propterea Monasterium non tenetur in totum ad debita professi, tanquam ipsius hæres, sed quatenùs ad eum peruenit, vt in d. tit. de acquis. per arrogat. Nec tenetur Monasterium capere possessionem bonorum sicut hęres, l. cùm hæredes, ff. de acquir. poss. sed eadem mer poſſeſſio, quæ erat apud eum, qui profitetur, transfertur in Religionem, l. si adoptauero, cuius verba hæc sunt, (si adoptauero eū, qui precario rogauerit, ego quoque præcario possidebo,) ff. de præcar. vbi Bart. firmat conclusionem per professionem non solùm dominium bonorum professi transferri in Religionem, sed etiam possessionem absque aliqua adeptione, vbi addit. in verb. Monasterium alios allegat, & hanc opinionem probant idem Bar. in d. auth. ingressi, num. 27. ibi etiam Bal. num. 19. Salicet. num. 3. Paul. de Castr. num. 8. Ias. num. 28. Dec. n. 70. Iacob. de Arena, Iacob. de Rauen. Dyn. Bar. Alber. Angel. & Francis. Areti. in l. qui vniuersas, ff. de acquir. possess. Glos. in cap. si qua mulier, in verb. non extantibus, versic. sed nunquid Monasterium, vbi allegat tex. in d. l. si adoptauero, idem tradunt Archidiac. & Bellamer. in d. c. si qua mulier, Hostiens. & Anchar. in cap. fin. de testamen. Afflict. decis. 299. num. 16. latè prosequitur alios allegando Tapia in repit. d. auth. ingressi, in verb. ipso ingressu, num. 2. & 3. cum seq. igitur, si dominium, & possessio bonorum professi ipso iure translata sunt in Religionem, ipsique acquisita sequitur necessariò in ipsorum renunciatione, vel alienatione si talia sint, de quibus loquitur extrauagante ambitiosè, requiri sollēnitates, & secundum hanc opinionem fuisse decisum à Rota Romana, coram Illustrissimo Pamphilio in anno 1584. testatur Ricc. loc. cit. decis. 101.

Dicta limitantur in hæreditate deuoluta Regulari potest professionem, nam potest Monasterium hæreditatem non adire, & connuentibus oculis permittere, vt à consanguineis Regularis possideatur, notabiliter Bald. in d. auth. si qua mulier, nu. 42. Ratio conclusionis est, nam hære-

Digitized by Google

hæreditas Regulari delata à Monasterio adienda est, etiam Regulari nolente, Ancharan. in d. cap. in præsentia, num. 18. Felyn. num. 57. Bar. in l. indè Neratius, ff. ad l. Aqui. Berou. in cap. Raynutius, num. 384. de testamen. Napodan. in consuetud. si quis, vel si qua, nu. 254. de succeſſ. ab inteſt. Tap. loc. cit. num. 94. dùm ergò sumus in acquirendis, certùm est non requiri sollemnitates, cùm aliud sit alienare, & aliud non acquirere, l. alienationis, ff. de verb. significat. vt infrà demonstrabitur, interim legendus est Franch. decis. 14. & 102.

De Ecclesię profanata, quid sentiendum. Cap. XIV.

IN Curia Archiepiscopali Neapolitana resolutum fuit, extrauagantis locum habere, etiam in alienatione Ecclesiæ profanatæ, Genuens. in Prax. 54. Ricc. loc. cit. decis. 78. Pro cuius explicatione aduertendū est, extrauagante prohibentem alienationem bonorum Ecclesiæ, absque legitima causa, & sollemnitatibus, multò fortiùs locum habere in alienatione ipsius Ecclesiæ, ex reg. auth. multò magis, C. de Sacrosanct. Eccl. & probatur in cap. ea demum 10. q. 2. Gemin. in cap. aurum, num. 3. vbi etiam Archidiac. on. 12. q. 2. Quaran. in verb alienatio, num. 29. quòd adeò verum est, vt secundùm iuris dispositionem, si pro tali alienatione recipiatur pretium, committitur Simonia, cap. quærelam de Simon. Adde ex communi resolutione omnium Doctorum, si Ecclesia ab vno possessa alteri dimittatur, nihil potest tuta conscientia accipi, Gemin. Archidiac. & alij in d. cap. aurum, & constat ex d. cap. quę relam, Genuens. in prax. cap. 40. nu. 20. quod tamen non procedit in Oratoris priuatis, quæ in domibus particularium personarum esse solent, cùm non dicantur loca sacra, vel Religiosa, nec priuilegijs Ecclesiarum gaudeant, Abb. in cap. inter dilectos de donat. Nec Visitationi Episcoporum subsint licèt absque ipsorum licentia in ipsis celebrari non possit, vt constat ex Triden. quem posteà Summi Pontifices sibi reseruarunt committentes ordinarijs locorum, vt constituto de decentia loci concessæ licentiæ vsum exequantur.

Nec etiam in concessione Cappellarum ad solitum vsum sepulturæ habet locum dispositio dictæ extrauagantis ambitiosè, probant Guard. loc. cit. num. 29. Ricc. loc. cit. decis. 42. Ratio est, quia in concessione Cappellarum nullum dominium trāsfertur, quia hoc prohibitum est, ex regula, quod nullum dominium rei sacrę à laicis possideri potest, ca. caulam de præscript. & si ius transferretur in concessione Cappellæ, necessariò requireretur assensus Apostolicus, Nau. consil. 1. de sepult. Sayr. decis. 2. eod. tit. Genuens. dicto cap. 40. num. 16. Ricc. d. decis. 42. num. 6. vbi sic refert decisum in vna Bononiensi Sepulturæ in anno 1570. coram Domino Litta, sed tantùm nudus vsus, absque translatione alicuius iuris spiritualis conceditur, qui propriè dicitur vsus facti, optimè probat Felyn. in cap. quę in Ecclesiarum, num. 87. de constit. Abb. in cap. quantò, num. 11. vers. aduerte, quia dictum, de Iud. Petrus de Vbaldis de Canon. Episcop. & Paroch. portion. cap. 12. in fin. n. 5. & 6. Rochus de Curt. in tract. de iure patron. in verb. in Ecclesia, num. 13.

Et pro tali vsu facti habita ratione ad situm digniorem in Ecclesia, & Fabricam

Digitized by Google

bricam Cappellę, licitè venduntur, prout vſus inoleuit, nec requiritur aſſenſus Apoſtolicus, nec etiam vitium Simoniæ cadit, quia ſepeliri in meliori loco, maiori pompa, ornatiori cruce, & ſimilia ſunt mere temporalia, idcirco recipitur pretium, nec ſimonia committitur, Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 7. ar. 1. Petr. de Arag. 2. 2. q. 10. ar. 4. Genuenſ. loc. cit. num. 19. propterea ius ſepulturę ex conſuetudine laicis conceditur eo ipſo, quod Cappellam obtinent, Abb. in cap. abolendæ de ſepultur. latè congerit Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 210. & poſſunt laici acquirere ius ſepeliendi incerto eminentiori loco, Cappellam conſtruendi, arma, & inſignia, ibi figendi, taliter, quod ſi amoueantur, datur actio iniuriarum, & poteſt Iudicis officium implorari contra amouentes, Gratian. loc. ci. & etiam manu armata poſſunt in tali præeminentia ſe defendere, Gerar. ſing. 33. Auendad. de exequend. mand. Regij. par. 2. cap. 10. num. 20 Perez de anniuerſ. & Cappellan. lib. 1. c. 24. numer. 23. prout in ſedilibus in Eccleſia habendis, & in cæteris præcedentijs, tradunt Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, in verb. duas habens filias, num. 21. de teſtamen. Parlador. quæſtion. vſufrequent. par. 3. differ. 66. §. 2. num. 8. Vt puta in recipiendo priùs pacem, Lara in l. ſi quis à liberis in princ. num. 32 ff. de liber. agnoſcen. Ioan. Gazias tract. de expenſis, c. 8. n. 5. verſic. adeoque, Franc. Mat. deciſ. 275. par. 1. & de ſcamnis in Eccleſia habendis, tradunt Pariſ. conſil. 149. lib. 4. Rebuff. in tract. in quib. cauſ. ſæcul. cognoſc. poſſeſſ. nu. 33.

Omnia ſupradicta procedunt, etiam in mulieribus, vt poſſint conſuetudine acquirere ius ſedendi in Eccleſia, vel priùs offerendi, Ioan. Faber in §. aliam verò, inſtit. de bonor. poſſeſſ. Perez loc. cit. lib. 1. cap. 24. nu. 27. licèt de iure generales conſuetudines per mulieres introduci non poſſint, Bar. in l. 1. ff. de legib. benè tamen particulares, Soccin. conſil. 7. num. 8. lib. 1. Abb. conſil. 53. num. 1. lib. 2. & cap. fin. num. 7. de conſuetudine.

Hinc eſt, quod licèt laici non poſſint de mortuarijs ſtatuere, cap. fin. de reb. Eccl. non alien. poſſunt tamen ſtatuere, vt tantùm filij defuncti nigris pannis vtantur, & vt certus ſit numerus cereorum, ratio eſt, quia hæc temporalitatem ſapiunt, non ſpiritualitatem, nec ad cultum diuinum ſpectant, vel animarum refrigerium, ſed ad viuorum conſolationem, & ità practicatum vidi in Ciuitate Surrenti, & licèt pompæ in mortuarijs ab Eccleſia permittantur, non tamen approbantur, capit. animæ defunctorum, & c. quæ poſterorum 13. q. 2. idcircò laicorum ſtatutum valet, Abb. in d. c. fin. & in cap. quantò de iudic. Tuſc. in verb. mortuaria, concl. 402. Molf. par. 2. ſum. tract 13. cap. 8. num. 15.

Cappellæ tamen, & ſi ad vſum facti conceſſæ, vt ſupradictum eſt, non poſſunt alijs concedi excluſiis primis, vel ipſis mortuis, & ipſorum nominibus, vel inſignibus deletis, ſic notabiliter Bar. in l. 2. §. nec eius per illum tex. ff. de operib. publ. vbi dicit tex. illum fore notandum contrà Religioſos, qui Cappellam aliquorum defunctorum alijs attribuunt, cùm hoc facere non poſſint, idem probant Ancharan. conſ. 113. Anan. conſil. 80 Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed 15. num. 48. Gratian. in d. cap. 210. nu. 49. Et poſſunt Cappellæ ſupradictæ ab ijs, quibus conceſſe fuerunt, vendi l. ſi monumentum, Cod. quæ res pign. oblig. poſſeſſ. firmam. de Epiſcop. lib. 4. q. 13. & etiam ad inſtantiam creditorum, vt ipſis poſſit ſatisfieri. Panunt.

de in-

Digitized by Google

de inuentar.par.6. nu. 68. Gratian. loc.cit.num.9.& ità multoties practicatum vidi,quibus accedit Molf. in sum.d.tract.13.cap.8.num.35.

Quòd verò ad venditionem Ecclesiæ profanata attinet, certùm est non posse eam absque assensu Apostolico alienari,ratio est,quia locus Ecclesiæ profanatæ non potest ad omnes vsus deseruire, imò sordidi vsus in ipsa prohibentur fieri,vt ex Trid. sess.21.de reform.cap.7.& in eo debet remanere affixa Crux Christi, vt ex eodem Concil. Et cæmenta Ecclesiæ profanatæ non possunt ad priuatos vsus conuerti,sed ad vsum alterius Ecclesiæ, cap. quæ semel, 19.q.3.Glos.in cap. lingua de consecrat.dist.1.& Sacra Congregatio declarauit, quod si ruinæ Ecclesiæ profanatæ ad vsus non sordidos vendantur, pretium in vtilitatem eiusdem Ecclesiæ, vel alterius, ad quam titulus, vel beneficia fuerunt translata applicandum erit, Genuensis d.cap. 52. Sic etiam, & situs, siuè area,vbi Ecclesia profanata fuit tanquam,quid immobile nullo pacto alienari poterit absque assensu,sic etiam ex veneratione, & reuerentia propter signum Crucis, ibi existentis, sicut dicitur de Ecclesia diruta, quæ adhuc dicitur locus sacer,Glos.in d.cap.quod semel in verb.maneat,vbi allegat tex.in l. æde sacra,ff.de contrah.empt.Item gaudet immunitate, nisi authoritate Episcopi, absque spè reedificandi diruta esset,Remig.Gond.in.tra. de immunitat. Eccles. ampliat. 20. Clar. in pract. crimin. §. fin. q.30. Farinac.de carcerib.q.28.num. 70. Decian.lib.6.cap.25.num.22.Ambrosin.de immunitat.Eccles.q. 10. num.3. Villaut. de exequutione legum,nu.38.Ricc.loc.cit.decis. 68.

De bonis immobilibus, seù mobilibus pretiosis donatis Ecclesiæ cum pacto,de non ea alienando.

Cap. XV.

IDem prorsus de his bonis dicendũ, quod de alijs diximus; Nam *nec* etiam in casibus permissis cùm solemnitatibus, & assensu Apostolico ea alienari possunt,§. Sanctissimas, in auth.de alienat in emphyt.Ratio conclusionis est,nam quando concurrit prohibitio hominis cùm prohibitione legis,impeditur alienatio, etiam in casu permisso, sic per tex. in dict. §.Sanctissimas, communiter tradunt DD. & in specie Bart. in l. filiusfamilias, §.diui,ff.de leg.2.vbi latè Opizo.num. 103. Loazes num. 30.& Crot.col.2.Suar.*alleg.9.col.* 5.vers.*preterea cùm in alienatione*, Ann.consil. 38. *Imò concurrente* vtraque *prohibitione* res efficitur prorsus inalienabilis,Glos.sing.in l. 2.C.de vsucap.pro emptor.Magon. decis. Florent. decis.92.numer. 29. Surd.decis.154.num.10.Grammat. decis.193.num.4.Milanens.decis.7. num.69.lib.1.Rolan.à Vall.cons.2. num.36.vol.4.Beciu.consil.87.nu. 67. Et confirmatur, quia legis dispositio prohibitiua alienationis recipit robur à dispositione hominis, iuxtà tex.in l.legitima, vbi Bart. ff. de pact.idem Bar.in l.non possibile, ff.eod.& in materia de qua agimus tradit notabiliter Corset. in singularib.in verb.prohibitio.

Firmant conclusionem, quod stante hominis prohibitione, neque in casibus permissis potest fieri alienatio Glos.in cap.verum,vbi Innoc.Ioan. Andr. & Abb. de condit. appos.

Glos.

Digitized by Google

Glos. in l. fin. & Glos. 1. Cod. de reb. alien. non alien. & in auth. hoc ius porrectum, in verb. perpetuo, C. de Sacrosanct. Eccles. Salicet. in l. ea, C. de condit. ob caus. Soccin. cons. 75. nu. 4. vol. 1. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 9. tit. 10. num. 12. Affict. decis. 17. num. 5. Caualcan. decis. 29. num. 35. par. 2. Mastrill. decis. 77. num. 5. Anna d. consil. 38. num. 54. Ricc. loc. cit. decis. 45. & propterea stante vtraque prohibitione, iustè denegatur assẽsus, prout in alienatione feudi prohibiti alienari à testatore fuit denegatus assensus à Collaterali consilio, sic refert decisum Ann. in repetit. const. Reg constit. Diuæ memoriæ, num. 46. & sic seruari testatur Anna dict. consil. 38. nu. 57. Idcircò si in supplicatione porrecta Summo Pontifici, pro alienatione rerum Ecclesię non fuerit facta mentio prohibitionis testatoris, assensus tanquam subreptitius corruit, Rot. Rom. in decis. 46. impressa post Caualcan. loc. cit. Ricc. loc. cit. decis. 45.

Supradicta etiam procedunt, quando bona immobilia, *vel mobilia* pretiosa ad certũ determinatum vsum legata fuerint, nàm tùnc nec etiam in casibus permissis cũ assensu alienari possunt; Ratio est, quia obstat voluntas testatoris, quæ ad instar legis obseruanda est, iuxtà *illud*, disponet testator, & fiat lex, idcircò, nisi commutetur voluntas testatoris à Summo Pontifice, iuxtà tex. in Clem. quia contingit, de Religios. domib. non poterit alienari, Bald. in auth. hoc ius porrectum, verfic. penè, quod quidam, C. de Sacrosanct. Eccles. Abb. consil. 45. num. 4. lib. 2. Rodoan. loc. cit. rubr. 18. num. 74. & 82. Ann. d. consil. 28.

Verùm supradicta intelligũtur in alienatione faciendæ ex causa vtilitatis Ecclesiæ, non autem ex causa necessitatis, nàm tùnc non obstante hominis prohibitione poterũt cùm debitis solemnitatibus bona Ecclesiæ alienari; Ratio est, quia non præsumitur testatorem de casu necessitatis intellexisse, sic probant Glos. in cap. ea demum, §. hoc ius porrectum, in verb. Imperiali 10. q. 2. Innoc. Anton. de Butr. & Abb. nu. 4. in d. cap. verum, de condit. appos. vbi additio ad Abbatem in verb. necessitas, alios allegat Iason. in l. commodis in fin. ff. de re iudic. Romul. in d. l. filius familias, §. Diui, nu. 24. Rodoan. in d. rubr. 18. nu. 77. Ann. d. consil. 28. Genuens. in practicab Eccles. q. 162.

Quid autem dicendum sit, si bona immobilia fuerunt Ecclesiæ legata cũ expressa facultate alienandi absque assensu, & sollemnitatibus. In hac quæstione, Quar. in verb. alienatio num. 31. indubitanter dixit, non posse alienari absque sollemnitatibus, & assensu, quia voluntas testatoris, tanquam illicita non est seruanda, & tanquam à iure improbata habetur pro non apposita, & cũ dominium sit quæsitum Ecclesiæ, res effecta Ecclesiastica necessariò authoritatẽ Iudicis requirit. Contrariam tamen sententiam puto veriorem, quæ probatur; Primò executor testamentarius, qui regulariter bona immobilia testatoris pro satisfaciendis legatis absque decreto alienare non potest, Bar. in l. alio, ff. de alimen. & cibar. leg. latè Cou. in cap. tua, de testamen. si testator concesserit facultatem illa alienandi, nullum requiritur decretum, Gl. in l. 1. in verb. cauerint, ibi Iacob. de Aren. Bar. & Bald. ff. de reb. eorum, Bald. in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. si hæres, ff. de condit. ob caus. Salicet. in l. si quis ad declinandum, C. de Episcop. & Cler. Ias. in l. si frater, C. qui testam. facere poss. & in l. 1. §. fuit quæsitum, vbi etiam Rip. ff. ad Trebell. Afflic. dec.

Digitized by Google

285. latè Octau. Simon. in tract. de decret. titul. quando decreto opus non est inspect. 4. num. 30.

Secundò, probatur bona minoris non possunt, absque decreto alienari, vt toto tit. ff. de reb. eor. & non solùm requiritur decretum, sed etiam requiritur vrgentia æris alieni, cùm non possint bona minoris ex causa vtilitatis alienari, sed tantùm necessitatis, l. si fundus sterilis, ff. de reb. eor. l. magis puto, §. æs alienum, ff. eod. latè tradunt Bar. Angel. Alber. Fulgos. Ias. & alij in l. cùm hi, §. eam transactionem, ff. de transaction. latè Capyc. qui sic dicit iudicatum, decis. 113. latissimè probat Simoncel. loc. cit. inspect. 17. num. 125. & tamen si testator dat licentiam alienandi pro debito, non requiritur decretũ, d. l. magis puto, §. sed si pupillus, l. si prædium, C. quando decreto opus non est, Afflict dec. 285. num. 10. Franch. decis. 302. num. 2. & procedit dictum etiam si voluntas testatoris fuisset declarata in testamento minus solemni, l. fin. ff. de reb eor. Ias. in l. mandata, ff. de offic. eius, &c. Rip. in l. 1. num. 164. ff. de vulg. & pupil. Socc. nepos consil. 8. vol. 2. Anton. Gomes. variar. resol. tit. de contract. cap. 14. Simoncell. loc. cit. inspect. 41. nu. 31. & tamen facilius alienantur bona Ecclesiæ, quam bona minoris, Glos. in d. l. si fundus sterilis, in verb. moueri, & facit tex. in cap. vt super, §. possessiones de reb. Eccl. non alien. Glos. in cap. sine exceptione, in verb. pro futurum 12. q. 2. Berou. in cap. 1. nu. 47. & in cap. nulli, num. 15. vers. vel omnibus. de reb. Eccles. non alien. & patet, nam sterilia, & infructuosa Ecclesiæ venduntur à Prælatis, d. capit. sine exceptione, non tamen fundus sterilis pupillorũ, nam quod pretium recipit, in fructuosum, & inutilè dici non potest, d. l. si fundus sterilis; Bona Ecclesia ex causa vtilitatis alienantur cùm assensu, d. cap. sine exceptione, ibi, (*meliora prospiciat*,) minorum verò bona secus, cùm tantùm ex causa necessitatis alienantur, vt suprà probatum est; Ratio differentia est, nam facilius dispensat lex in alienatione facienda de bonis Ecclesiæ, quàm de bonis minorum, nam Ecclesia semper est in eodem statu, minor verò secus, cùm efficiendus sit maior, & nunc potest sibi consulere, Dynus, & Alberic. in d. l. si fundus sterilis, Bar. in l. si pupillorũ, ff. eod. tit. & in l. iubemus, & in auth. quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles. Imol. in cap. vt super, de reb. Ecc. non alien. Capyc. d. decis. 113. Simoncell. d. inspect. 4. num. 227. sed in alienatione bonorum pupillarium sufficit licentia testatoris, & decreto opus non est; ergò eo magis in alienatione bonorum Ecclesiæ sub hac conditione translatorum, vt possint legitima existente causa absque assensu alienari.

Tertiò, cõfirmatur *idem multis exemplis*, ac *Primò, Ecclesia grauata per fideicommissum* à testatore de resticuendo adueniente aliqua conditione, absque vllo assensu aduenientе conditione bona in alium transfert, Marsil. sing. 132. Masull. ad Capyc. d. decis. 113. num. 4. & antè ipsos Lap. alleg. 26. Felyn. in cap. in præsentia, num. 52. de probat. Bald. in cap. cùm causa de senten. & re judic. Quar. loc. cit. limit. 16 Secundò, Laicus donans prædium Ecclesiæ cùm conditione, vt laicis soluat collectas, ad quod aliàs de iure non tenebatur Ecclesia, valet legatum, & tenetur Ecclesia illud soluere, Felyn. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ num. 77. de constit. Ancharan. consil. 217. per totum. Tertiò, testator potest mandare, quod ex legatis pijs à se factis detrahatur falcidia, Soccin. consil. 405. num. 4. versic.

versic. pro hoc, lib. 1. licèt aliàs de iure non esset detrahenda, auth. similiter, C. ad leg. falcid. Quartò, potest apponi conditio, quod Cappellanus in articulo mortis nominet successorem, & sic institutio beneficij non pertineat ad Episcopum, latè probat Labert. de iur. patr. lib. 1. q. 9. art. 3. per tot. licèt de iure institutio beneficiorum ad Episcopum pertineat, cap. 1. de reg. iur. in 6. & c. ordinarij, de offic. ord. in 6. & regulariter in omni dispositione in vltima voluntate facta, voluntas testatoris præcisè attendenda est, l. in conditionibus, ff. de condit. & demon. S. disponat, auth. de nuptij.

Et licèt ex communi regula, conditio apposita in vltima voluntate, quando est impossibilis, vel turpis reijciatur, l. reprehendenda, C. de inst. & substit. l. quidam, ff. de condit. instit. l. vni. C. de his, quæ pœnæ nomine, supradicta tamen conditio, quod absq; assensu possint res alienari, non est impossibilis, vt patet, neque turpis, ergò omninò obseruanda. Turpis conditio illa dicitur, per quam aliquid fit, quod est contra bonos mores, l. filius, ff. de cond. instit. Ang. in tract. de testam. Glos. 104. Sed nihil turpe, nihilque indecorum est, vt bona Ecclesiæ ex rationabili causa absque tamen solemnitatibus à Prælato alienentur, cùm multi sint casus, in quibus bona Ecclesiæ absque assensu alienantur, vt infrà patebit, & in specie probatur, nam legatum factum bonorum immobilium Religionibus incapacibus sub conditione, quod vendantur, & pretium in ipsarum beneficium applicetur, valet, Glos. in cap. 1. in verb. domum, de Relig. domib. in 6. Anton. de Butr. in cap. in præsentia, col. 7. versic. quintus casus, vbi etiam Felyn. nu. 51. cum seq. de probation. Bald. in auth. ingressi, num. 51. C. de Sacrosan. Eccl. & in cap. cùm causam, num. 4. de sent. & re iud. Marsil. in d. sing. 132. & possunt bona alienari absque authoritate, & absque causa, Bald. in auth. si qua mulier, num. 15. C. de Sacrosanct. Eccles. Lap. d. alleg. 26. Felyn. Marsil. & alij locis citatis.

Nec etiam dici potest, quod sit conditio à iure improbata, vt dicebat Quaranta, nam nullo iure cauetur, quod non possit apponi conditio à testatore, quod bona absque assensu alienentur; imò contrarium constat ex ijs, quæ dicta sunt de alienatione bonorum minoris; Ad quod etiam facit, nam tutor ex iuris dispositione tenetur conficere inuentarium, & ipso non confecto prohibetur administrare, l. tutor, qui repertorium, ff. de administr. tutor. si tamen à testatore disponatur, vt absque inuentarij confectione administret, licitè poterit, l. fin. §. de illo, C. arbitr. tutel. Dyn. in l. nemo potest, vbi Bar. num. 12. ff. de leg. 1.

Accedit etiam supradictis communis resolutio, quod consuetudine introduci potest, vt bona Ecclesiæ absq; assensu alienentur, & sic vbi Paulina dispositio non est vsu recepta, in vtroque foro non ligat, multos allegat. Quar. loc. cit. & infrà patebit, si potest per consuetudinem introduci, ergò etiam, & per testatoris dispositionem, jux. tradita, per Bar. in l. de quibus, ff. de legib.

Neque obstat regula, quod nemo potest facere, quin leges in suo testamento locum non habeant, l. nemo potest, ff. de leg. 1. & proindè testator non potest prohibere, quin Episcopus ex sua authoritate legata pia in testamento facta non exequantur, cap. tua vbi Glos. Abb. Couar. & alij de testamen. Nam hoc non facit ad casum nostrum; Nam Episcopus indefinitam habet iurisdictionem ex officio, & iuris dispositione descendentem, circà exequu-

tionem piorum legatorum, & nullus fuit casus à iure exceptus, idcircò neque testator in ipsius Episcopi præiudicium contrà iuris dispositionem potest excipere, quod secus est in alienatione bonorum Ecclesiæ, in quibus dùm ius aliquos excepit casus, sic etiam poterit testator in suis bonis legem ponere, ex regula, quod in sua dispositione potest testator quacunque conditione, & pacta apponere, l. legem, C. de pact. l ea lege, C. de condit. ob caus. l. 1. & 2. C. de donat. quæ sub mod. l. 1. §. 1. ff. de reb. eor.

Et procedunt supradicta, etiam in dispositione facta in beneficium Ecclesiæ, cap. verum de condit. appos. Imol. in cap. cum dilecti, numer. 4. versic. item potest notare de donat. Fe yn. in d. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ num. 77. Ancharan. consil. 217. nu. 2. Soccin. consil. 415. nu. 5. lib. 1. ex supradictis non solùm remanet fundata nostra opinio, sed etiam clarissimè patet responsio, allegatis per Quarantam.

Vltimò, non obstat doctrina, Innoc. in cap. verum de for. compet. vbi tradit, quòd valet conditio apposita in donatione facta Ecclesiæ, quod teneatur ad onera, non tamen, quod ipsis non solutis, possint bona propria authoritate auocari, ex illa ratione, quod cùm bona donata effecta sint Ecclesiæ, & per consequens effecta Sancta Sanctorum, non possunt, nisi per Iudicem Ecclesiasticum auocari, nam aliàs sacrilegium committeretur, cap. nulli liceat 12. q. 2. & cap. cùm sit generale de for. compet. Nam contra Innoc. tenent Host. & Abb. ibidem Bar. in l. fin. ff. vt poss. leg. vbi allegat tex. in l. si quis Curialis, Cod. de Episcop. & Cleric. idem Bart. consil. 96. lib. 1. est communis opinio, quam probat Genuens. in practicab. Eccl. q. 161. Sed dato, quod esset vera Innocentij opinio non facit ad casum nostrum, nam aliud est bona ab Ecclesia possessa ob non solutionem onerum ab Ecclesia propria authoritate auocare, & aliud est bona concedere Ecclesiæ cùm facultate alienandi absque assensu, nam in primò casu repugnat, nõ solùm iuris dispositio, sed etiam ipsa conditio est turpis, cùm iuxtà tex. in d. l. filius, ff. de condit. instit. illa dicatur turpis conditio, per quam læditur pietas, existimatio, verecundia, & generaliter aliquid fit, quod est contra bonos mores, quæ omnia apertè adsunt, quando Ecclesia bonis possessis à laico propria authoritate priuatur, cùm proprium laicorum sit Ecclesiæ subesse, & non præesse, constat ex latè traditis in dict. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & in cap. 9. de iudi. in secundò, verò secus cùm nihil indecorum, neque inuerecundum sit, vt bona Ecclesiæ à Prælato ex iusta causa, absque tamen assensu Apostolico vendantur.

Res modici valoris, nequaquam in extrauagante comprehensę dicuntur. Cap. XVI.

ANtiqua iura permittentia alienationem absq; solemnitate, vt habetur in capit. terrulas 12. q. 2. & cap. cæterum de donation. non fuerunt per supradictam extrauagantem correcta, Alexan. de Neu. consil. 30. Marzar. consil. 16. Alex. Stiat. in repet. dictæ extrauagan. num. 3. vbi etiam Benedict. Sangro num. 46. Caualc. decis. 46. & 75. lib. 1. Caputaquen. decis. 52. Guid. Pap. decis. 156. Thesaur. for. Eccles. cap. 15. num. 23. Idcircò res modici valoris prohibitioni extrauagan-

Digitized by Google

nagantis non subsunt; Nam in generali prohibitione non censetur cogitatum de rebus modici valoris, Glos. in cap. 1. in verb. commutatio de his, quæ siu. à Præl. sine cons. capit. & modica censentur excepta ab omni sollemnitate, Intrigl. decis. 44. num. 2. & ità iuris dispositione, latè S. hrader. de feud. par. 10. sect. 7. num. 68. Testai alleg. 2. num. 134. Et procedit regula etiã stante iuramento de non alienando inconsultò Summo Pontifice, Abb. in cap. vt super num. 15. de reb. Eccles. non alien. Borgnin. Caualcan. decis. 45. num. 47 par. 1.

Quæ autem dicantur terrulæ modici valoris, Glos. in l. fin. in verb. aureos, ff. quæ in fraud. cred. dixit esse rem valoris viginti aureorum, idem dixit Glos. in d. cap. terrulas, & declarat Archidiacon. in capit. si quos 12. q. 2. Vera tamen est resolutio arbitrio Iudicis, id esse remittendum, qui considerata qualitate rei, Ecclesiæ, & Regionis consuetudine, statuet quę nam res modica dicatur, Archidiac. in d. cap. terrulas, Hostien. in summ de his, quæ siu. à Præl. Nam respectu Ecclesiæ diuitis, aliquid potest dici modici valoris, quod non erit respectu pauperis, Innoc. Cardinal. & alij in cap. fin. §. his autem de offi. deleg. Cors. in tract. de minimis; Et in puncto, de quo agimus, latè tradunt Grat. discept. forens. cap. 452. ex dictis per Aflict. decis. 128. Testai alleg. 2. nu. 133 Rodoan. loc. cit. par. 10. Quar. in verb. alienatio, numer. 40. Genuens. in prax. cap. 60. num. 3.

Supradicta autem non procedunt in Terrulis modici valoris sitis propè Ecclesiam, sed in longè positis ab ea, Cardin. de Turrecrem. in d. cap. terrulas: Terrula enim propè Ecclesiam sita, non potest absque sollemnitatibus alienari, Menoc. cons. 114. vol. 2. Genuens. in practic. ab. Eccles. q. 429. Sicut nec etiam modica pars magni prædij Ecclesiæ potest absque sollemnitatibus alienari, nam aliud est terrulas Ecclesię alienare, & aliud modicam partem magni prędij, nam si hoc secundùm permitteretur, paulatim omnia prędia Ecclesiæ, absque sollemnitatibus alienarentur, & sic fieret fraus leg., quod non est permittendum, l. non dubium, C. de legib. & sic fuisse in Curia Archiepiscopali Neapolitana resolutum, refert Genuens. in prax. d. cap. 60. num. 4.

An requirantur solemnitates in repudiatione hæreditatis delatæ Ecclesię. Cap. XVII.

NOn requiri probatur; nam aliud est alienare, & aliud non acquirere, l. alienationis verbum, ff. de verb. signif. Nec in non acquirenda hæreditate delata, patrimonium Ecclesiæ diminuitur, l. si sponsus, §. si maritus, ibi, (*neque enim pauperiorem fieri, qui non acquirit, sed quod patrimonio suo deposuerit*, ff. de donat. int. vir. & vxor. probat etiam tex. in l. qui autem, versic. proindè, ibi, (*proindè, & qui repudiauit hæreditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel testamentariam, non est in ea causa, vt huic edicto locum faciat voluit enim acquirere, non suum patrimonium diminuere,*) ff. quæ in fraud. cred. de quo latè agit Franch. decis. 102. Et cùm hæreditas acquiri non possit absque aditione, vt tot. tit. ff. de acquir. hæred. certùm est posse Prælatum in quærendis Ecclesiæ præiudicare, Glos. in cap. fin. 16. q. 6. in fin. & in cap. 2. in verb. non debet, vbi Innoc. & Anton. de Butr. num. 10. de donation. Bar. in l. iubemus nullam, num. 4. C. de Sacrosan.

Digitized by Google

crosan. Eccles. & in l. tutor, ff. de bonor. possess. & in l. pupillorum, C. de repud. hæred. Soccin. Rip. & Ias. in l. legatum, num. 16. ff. de leg. 1. & hanc opinionem seruandam esse in praxi, tradit Aret. in l. is, qui hæres, §. fin. ff. de acquir. hæred. Felyn. in cap. in præsentiam, col. fin. de probation. Federic. de Sen. consil. 9. Ancharan. cons. 136. Anton. Gabr. commun. concl. tit. de legib. concl. 3. vbi testatur de magis communi opinione, Valasc. in dec. Lusit. dec. 77. Rot. diuers. decis. 233. nu. 6. lib. 3. & decis. 284. nu. 9. eod. lib. Hinc est, quod Prælatus recipiens pensionem ab emphyteuta *Ecclesiæ*, qui ob Canonem non solutum poterat iure suo priuari, præiudicat, glos. in cap. potuit, vbi Abb. & omn. Canon. de locat. & condit.

Et in puncto, de quo agimus, quod possit Prælatus hæreditatem delatam *Ecclesiæ* repudiare absque solemnitatibus extrauagantis ambitiosè, probant Lap. alleg. 25. Abb. in cap. tua de his, quæ fiu. à Prælat. absque cons. Cap. & in cap. 1. nu. 21. de dol. & contum. & in d. c. potut, n. 15. in c. quoniam de decim. Federic. de Sen. Bart. Soccin. Rip. & Iason. locis supracitatis, Gemin. & Franc. in cap. 1. de reb. Eccles. non alienan. in 6. Corneus consil. 11. num. 2. lib. 3. Fanut. de lucr. dotis, Glos. 8. num. 17. & 18. Lap. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 57. num. 50. Vasq. de succes. progress. lib. 3. cap. 27. num. 22. Franch. decis. 14. Sylu. in verb. alienatio, numer. 18. Armil. in eod. verb. num. 17. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 4. num. 11. & secundum hanc opinionem passim iudicatur in Rotâ Romana, sic in anno 1587. fuisse in vna Auersana Sancti Benedicti decisum coram Domino Litta, & in vna Bononiensis in anno 1588. testatur Ricc. decis. 96. idem decisum refert Put. decisione 519. libro secundo.

Quid autem dicendum sit in legato certæ rei facto Ecclesiæ, vtrum possit à Prælato absque solemnitatibus repudiari. Multi tenent non posse, probatur Primò, nam dominium certæ rei legatę recta via transit ad legatarium, l. à Titio, ff. de fur. l. cùm pater, §. surdo, ff. de leg. 2. l. si tibi homo, §. cùm seruus, vbi Glos. Bar. Alex. & alij, ff. de leg. 1. si dominium est iàm translatum in Ecclesia, ergò non potest absque solemnitatibus abdicari ab ipsa Ecclesia, & eo magis, quia legatum ad pias causas secundùm multorum opinionem, etiam hæreditate non adita debetur, Ias. in l. 1. in 1. lect. C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. eam, quam num. 39. vbi etiam Rip. num. 66. C. de fideicomm. Dec. in l. si nemo, ff. de reg. iur. latè Tiraquell. de priuil. piæ causæ, priuil. 33. Vasq. loc. supracit. nu. 24. Secundò, probatur ex l. magis puto, §. si pupillus, versic. fundum, ff. de reb. eor. ibi, *(fundum autem legatum repudiare pupillos sine tutoris authoritate non posse: esse enim, & hanc alienationem cum res sit pupilli, nemo dubitet.)* & hanc opinionem probant Bal. in l. contrà iuris, §. fin. ff. de pact. & in auth. si qua mulier, C. de Sacrosan. Eccles. Paul. de Castr. Soccin. Aret. Alex. & Ias. num. 16. in d. l. legatum, Rip. in l. si vnquam q. 11. C. de reuocand. donat. Laurent. de Rodul. in cap. sine exceptione 12. quæst. 2. Anchar. in cap. vt super de reb. Eccles. non alien. & in c. 1. eod. tit. in 6. Lambert. de iur. patron. lib. 3. art. 9. q. 2. prin. Vasq. d. lib. 3. cap. 27. num. 23. versic. contrariam tenet, Molin. de contract. disp. 465. Quar. in ver. alienatio, in 8. ampliat. num. 23.

Contrariam tamē sententiam puto verjorem, vt idem dicendum sit in legato, quod suprà conclusum fuit de hæreditate; Hanc opinionem probant

Digitized by Google

bant Bart. Bal. sibi contrarius, Paul. de Castr. Corneus, & Ias. in l. ex repudiatione, C. de fideicom. Feder. de Senis d. consil. 9. Rosell. Tabi, & Syl. in verb. alienatio, Abb. in dicto cap. tua, num. 9. & in cap. 1. num. 22. de dol. & contum. Bernard. Diaz regul. 219. versic. 3. Nauar. in cap. si quando, exceptione 6. num. 2. de rescript. Spino de testam. Glos. 8. prin. num. 63. in fin. & de Prælato regulari, tradunt Ias. in d. l. legatum num. 20. Ceruant. in leg. 6. Tau. nu. 79. Sanch. d. disp. 4 num. 12. versic. sed contrarium est verius, probatur opinio, licèt verum sit, quod dominium cerne rei legatæ recta via transit in legatarium, hoc tamen intelligitur reuocabiliter antè exceptationem, & ad hoc, vt incorporetur Ecclesiæ legatariæ requiritur Prælati acceptatio, Abb. in d. cap. tua, num. 9. quia dominium transit sub conditione, si acceptetur, idcircò a ipso repudiato, habetur, ac si nunquam dominium quæsitum fuisset, Glos. in d. l. qui autem, in verb. legatum, vbi etiam Bar. post prin. Ias. in §. item si quid in fraudem, num. 121. instituit. de action. & probat tex. notab. in l. 1. §. vtrum autem, ff. si quid in fraud. patron. ibi, (*quàmuis enim legatum vetro nostrum sit, nisi repudiat; attamen cum repudiatur, vetus nostrum non fuisse palam est.*) merito cùm adhuc simus in acquirendis, potest Prælatus non acceptando, vel repudiando legatum Ecclesiæ præiudicare, vt suprà probatum est: Nec obstat tex. in d. l. magis puto, §. si pupillus, nam secundum Abb. loc. cit. loquitur in pupillo carente administratione, quod secus est in Prælato, vel melius respondetur potest, quod non facit ad casum nostrum, quia pupillo non solùm prohibetur bonorũ alienatio, sed etiam lucri non acquisitio, Gomez. variar. resol. cap. 14. num. 14. quod secus est in Ecclesia, optimè Soc. loc. cit.

Quæ autem dicta sunt de legato Ecclesiæ, multò fortiùs procedunt in donatione, antè acceptationem à Prælato factam; Ratio conclusionis est, quia dominium rei legatæ, trãsit in legatarium recta via, etiam legatario ignorante, d. l. à Titio, ff. de furt. donata verò non transeunt in dominium donatarij, nisi post acceptationem, l. si ego, ff. de negot. gest. cap. si tibi absenti de præben. in 6. & propterea prohibitus donare potest donationem renuntiare, antè acceptationem, Paul. de Castr. cons. 11. Soc. in puncto, de quo agimus cons. 53. n. 24. cum seq. lib. 4.

Et procedunt supradicta, etiam si donatio fuerit facta Ecclesiæ Notario acceptante, & stipulante, nàm cùm adhùc sit reuocabilis antè Prælati acceptationem ex reg. l. secundæ, §. sed si quis donatarios, & l. absenti, ff. de donat. latè tradit Thesaur. dec. 70. num. 10. meritò in ipsius renunciatione non requiruntur sollemnitates, ex tex. in l. fin. C. de Sacrosa. Eccles. per quem statuitur dominium rerum legatarum Ecclesiæ ipso iure, absque traditione acquiri non excludit acceptationem Prælati, sed intelligitur sub conditione translatum dominium si à Prælato acceptetur, Soccin. loc. cit.

Quid autem dicendum sit in renunciatione iuris Ecclesiæ delati in beneficium illius, qui aliàs non succedebat. In hoc duę sunt opiniones. Prima, est opinio dicentium necessariò requiri sollemnitates, & probatur Primò; Nam renunciatio iuris delati facta in beneficium personę, quę aliàs succedere non poterat, supponit necessariò acquisitionem, l. si auię, C. de iur. deliber. & in eodem actu duo fiunt, alterum est acquisitio iuris delati, alterum est ipsius iuris acquisiti trãslatio, Paul. de Castr. in d. l. si auię, sed in translatio-

Digitized by Google

slatione iuris acquisiti ab Ecclesia certum est requiri sollemnitates, vt dictum est suprà, ergò eodem modo, dùm tertiò renuntiatur.

Secundò, repudiatio iuris delati multum differt à cessione, Paul. de Castr. in l. si maior, versic. nota bonam legem, C. de repud. hæred. nam repudians ad nihilum tenetur, nec cõueniri potest, sed cedens ipse recta via conuenitur, l. hæreditatem, ff. de donation. l. 2. C. de hęredit. vel act. vendit. Guid. Pap. decis. 105. & propterea ex simplici repudiatione nõ inducitur tacita aditio, secus autem ex cessione, Aymon. Crauett. cons. 200. & eo magis procedit quando cessio fit, vt alicui prosit, tunc enim necessariò supponitur aditio, argumentum, l. illud, ff. de acquir. hæred. Paul. de Castr. in l. pactum, quod dotale, in vlt. q. C. de collat. Crot. in l. reconiuncti, num. 156. versic. decimo quæritur, ff de leg. 3.

Tertiò, facit text. in l. 1. §. si minor, ff. de reb. eor. ibi, (*si minor emerit prædia, vt quoad pretium solueretur, essent pignori obligata, non puto pignus valere. Nam vbi dominium quæsitum est minori cœpit non posse obligari,*) ex quo textu colligitur, quod in vno, eodemque actu acquisitum est dominium prædij, quo pignori traditum est, & tamen actus non valet. Idẽ probatur in l. 3. in fi. & l. 4. & l. si sponsus, ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi si vir sibi donanti iubeat, vt donet vxori, non valet donatio, nam ipse censetur acceptare, & tradere vxori, licèt vt inquit textus (*ex celeritate coniungendarum inter se actionum vna occultetur.*)

Quartò, facit, nam aliud est eximere se, de medio repudiando, & aliud est ius delatum cedere: Primò casu, per repudiationem tollitur impedimentum, quo sublato alius succedit, & hoc non prohibetur, idcircò non requirit sollemnitates, Bart. in d. l. qui autem, paulò post principium. Secundò, verò casu, quando ceditur ius delatum, necessariò precedit aditio, d. l. si auiæ, nec valet dicere, quod sit momentanea aditio, nam momentanea sunt in consideratione, quando ex illi producitur, aliquis iuris effectus, l. 2. C. de posthum. hæred. instit. Bar. in l. fin. ff. de condition. institut. Barbos. in l. dotalem, num. 13 ff. sol. matrim. & momentum temporis sufficit in factis, l. si quis hæredem, ff. de institut. & substitut. Bald. in l. si quis ad declinandum, §. in omnibus, num. 37. C. de Sacrosanct. Eccles. Et hanc opinionem vltrà suprà allegatos, probat Rip. in l. si vnquam, q. 11. nu. 25. C de reuocand. donat. & eam *latè* defendit Sanch. in d. disp. 4. *nu. 16.* cum seq.

Contraria tamen opinio, *quod non* requirantur sollemnitates ex infrascriptis fundatur; Tota vis aduersæ opinionis est in tacita acceptatione iuris delati, *quòd tertiò non* succesuro ceditur, *& in hoc aduertendum est, quod tacita acceptatio*, ex quo fit ad finem renunciandi, & de ipsa principaliter non agitur, non est in consideratione, sed ipsa tantùm renunciatio consideranda est, de qua principaliter agitur, l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. l. qui acceptationem, ff. de condit. indeb. & tacita acceptatio, quæ necessariò supponitur, non debet esse in consideratione, non solùm ex eo, quia de ipsa principaliter non agitur, sed etiam, quia est momentanea, l. qui sic, ff. de solution. Sicut non dicitur aliquid versum in vtilitatem alicuius, quod non durat, l. 1. §. versum, ff. de in rem verso; Item non dicitur factum, quod factum nõ durat, cap. vndè, & ego de verbor. signif. Item, vt optimè tradit Socci. consil. 53. num. 28. vol. 4. allegans Abb. in consil. 68. statutum, quod

de qua-

Digitized by Google

de qualibet acquisitione, aliqua certa quantitas soluatur, non habet locum in tacita acquisitione ad finem renuntiandi, ratio est, quia talis acquisitio regulanda est secundum finem, arg. l. 1. ff. de sponsal. idcircò meritò concludit, quod si duo fiant actus distincti, licèt in continenti alter acquisitionis, & alter cessionis, locum habet dispositio extrauagantis ambitiosè, si tamen vnicus est actus cessionis, quia actus acquisitionis est implicitus, & occultatur, est momentaneus, & fit ad finem renunciandi, non faci, vt requirantur sollemnitates, sic ex Soccin. loc. cit. probat Phanut. de lucr. dot. Glos. 8. num. 17. cum. seq. vbi sic refert decisum à Rota Romana in vna Bononiensi, & secundum eandem decisione decidit Consilium Neapolitanum, refert Franch. decis. 14. in fin. probat etiam Roland. à Vall. consi. 15. num. 35. & 36. vol. 1.

Accedit etiam supradictis; nam certum est extrauagantem ambitiosè locum habere in alienatione bonorum immobilium, vel mobilium pretiosorum, Ecclesiæ tamen acquisitorum, seù incorporatorum, Clem. 1. in verb. ad mensam de excessib. Prælat. cap. 2. de feud. vt suprà probatum est, sed acquisitio, seù incorporatio bonorum non potest fieri in beneficium Ecclesię, nisi vel ex expressa voluntate Prælati volentis acquirere, Abb. in cap. vt super nu. 10. de reb. Eccles. non alienan. latè Menoch. consil. 79. nu. 10. vbi alios allegat, vel ex tacita voluntate per signa declarata, v3. Si bona Ecclesię delata fecit in libro bonorũ Ecclesiæ describere, Bar. in l. si vacantia, num. 9. versic. vel si Abbas, C. de bonis vacantibus, & ipsor. incorpor. lib. 10. Genuens. in practicab. Eccles. q. 12. Sed in cessione iurium Ecclesiæ delatorum, in qua implicita adest aditio, nulla est voluntas Prælati acquirendi, nec expressa, nec tacita, ergò nullo modo potest dici ius delatum fore Ecclesiæ acquisitum, & proindè sollemnitates non requiruntur; Ad quod etiam facit: Licèt de iure dominium bonorum Ecclesiæ donatorum transeat in Ecclesiam absque eo, quod donans tradat, l. fin. vbi Bar. nu. 17. C. de Sacrosanct. Eccles. requiritur tamen aditio ex parte Prçlati nomine Ecclesiæ recipientis, Bar. in l. 1. C. de bon. vacan. numer. 10. sed in cessione non est vera aditio in beneficium Ecclesiæ, cùm nullus sit animus acquirendi, vt suprà dictum est, ergò in cessione nullo modo requiruntur sollemnitates.

Nec obstat tex. in l. 1. § si min. ff. de reb. eor nã vt optimè aduertit, Gl. ibid. in verb. emerit, pignoratio prædij à pupillo empti fuit non in eodem actu acquisitionis dominij, taliter, quod vnico actu acquireret, & pignoraret, sed post acquisitionem, & traditionem sibi factam, quo casu certum est pignorationem à pupillo factam non valere, & in hoc ponderanda sunt verba, tex. in l. si vir, §. si vir vxori, ff. de don. int. vir. & vxor. ibi, (*si post contractam emptionem nouo Consilio inito, id pactum fuisse factum,*) secus tamen si antè traditionem, pro qua decisione, allegat Gl. textum in l. Iulianus, §. offerre, ff. de action. empt. & in l. si hæreditates, C. de hæred. vend. & sic decisio textus in d. §. si minor, non facit ad casum nostrum.

Nec etiam secundò obstat tex. in l. 3. 4. & in l. si sponsus, ff. de donat. int. vir. & vxor. in quibus iuribus probatur, quod si vir, sibi donaturo iusserit, vt vxori donet, non valet donatio, ex eo, quod ipse censetur donare; Nam aduertendum est, in themate dictorum Iurium tres concurre actus; vnum implicitum, & duos explicitos, implicitus est, ta-

Digitized by Google

cita acceptatio donationis, duorum explicitorum, alter est, iussio, vt sibi donaturus vxori donet, alter vera, & realis donatio nomine mandantis vxori facta, & sic non facit ad casum nostrum, in quo adest tacita aditio cùm simplici renunciatione.

Neque remissio caducitatis ob Canonem non solutum dispositioni extrauagantis subijcitur. Cap. XVIII.

RAtio conclusionis est, quia caducitas non incurritur, nisi domino volente, l. 2. ibi, (*sed omninò si dominus voluerit, expellendo*,) C. de iur. emphyt. Est communi opinio, quam probat Bart. in d. l. 2. ibid. Salicet nu. 2. Bal. num. 3. in 2. lect. Ias. num. 6. cum seq. Parisius consil. 108. num. 33. lib. 1. Cepoll. consil. ciuil. 25. num. 2. Rodoan. loc. citat. q. 19. num. 15. Curt. Iun. cons. 109. num. 11. & 110. Tiraquell. in l. si vnquam, in verb. reuertatur, num. 10. C. de reuocand. donation. latissimè Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampl. 45. num. 5. cum seq. Hinc notabiliter dixit Bald. in auth. qui rem, C. de Sacrosanct. Eccles. quod priuatio emphyteusis ob Canonem non solutum, non dicitur esse in facto, sed in potentia fieri, domino volente, & hanc doctrinam, Bald. sequuntur communiter DD. probant Rol. à Val. cõs. 57. n. 9. & cõs. 81. n. 6. vol. 3. Dec. consil. 138. Rot. Bonon. dec. 27. n. 15. vers. in contrarium, Corb. loc. cit. si à voluntate Prælati dependet caducitas, ergò potest licitè eam remittere, cùm illam remittendo dicatur potius non acquirere, quam alienare, Abb. in cap. potuit, num. 15. de locat. & conduct. Et quod ius proueniens ex vi caducitatis, dicatur potius ius quærendum, quam quæsitum, allegat multos Ricc. in prax. alien. decis. 135.

Confirmatur idem, nam priuatio ob Canonem non solutum, dicitur pœna legalis, Alexan. in l. qui Insulam, ff. de verb. oblig. per tex. in d. l. 2. C. de iur. emphyt. & in cap. potuit de locat. & conduct. sed pœna non debetur, nisi conuicta culpa, & post Iudicis sententiam, cap. fraternitatis 12. q. 2. Et in materia, de qua agimus secundum veriorem, & æquiorem opinionem non potest emphyteuta ob Canonem non solutum propria authoritate à directo dominio expelli, sed requiritur sententia Iudicis, Salycet. in d. l. 2. col. 6. ibid. Ias. num. 103. Cagnol. in auth. qui rem, num. 39. C. de Sacrosanct. Eccles. in l. si quis maior, num. 107. C. de transaction Berou. consil. 54. vol. 3. Burs. consil. 91. num. 2. lib. 1. Menoch. consil. 301. num. 23. vol. 4. Afflict. decis. 97. vbi etiam Vrsil. Guid. Pap. decis. 107. Mastrill. dec. 93. Corbul. loc. cit. tit. de caus. priu. ob deterior. num. 18. cum seq. si requiritur conuictio culpæ, & Iudicis sententia necessariò sequitur, quod dicatur ius quærendum, quod potest Prælatus absque sollemnitatibus renuntiare, vt suprà probatum est, ergò. Hanc nostram sententiam probant Glos. in d. cap. potuit, in verbo expelli, vbi Cardinal. Florent. Imol. num. 34. Abb. num. 15. & omnes Canonistæ, Ias. qui testatur de communi in d. l. 2. num. 130. & in l. seruus creditoris, num. 2. C. de pact. Alex. consil. 105. num. 15. lib. 3. & consil. 5. nu. 19. lib. 5. Ruin. consil. 70. num. 14. lib. 5. Dec. cons. 329. num. 3. Cepol. consil. ciuil. numer. 46. Clar. in §. emphyteusis q. 10. num. 3.

Intelligenda tamen est conclusio, vt possit solus Prælatus remittere, si tamen Ecclesia non est collegiata, nàm

nàm tùnc requireretur conſenſus Capituli, Gloſ. in d. cap. potuit, in verb. expelli, vbi etiam Anton. de Butr. num. 19. Imol. num. 34. Iaſ. in d. l. 2. num. 130. Alex. in d. conſil. 5. & conſil. 105. eod. vol. Berou. conſ. 102. num. 57. lib. 1. Pariſ. conſ. 108. num. 43. vol. 1. Sarmient. Selectar. ſenten. lib. 3. cap. 6. num. 1. Corbul. loc. citat. tit. de cauſa priuat. ob Canon. non ſolut. limit. 21. num. 5. Et remiſſio caducitatis non ſolùm inducitur per receptionem Canonis à Prælato factam, vt ſuprà, ſed etiam ſi fiat à procuratore Prælati cùm ſpeciali tamen mandato, Berou. conſil. 116. num. 10. vol. 1. Ruin. conſil. 110. num. 10. vol 1. Afflict. deciſ. 129. num. 10. vel ſi non habuerit ſpeciale mandatum, Prælatus poſtea ratum habeat, Dec. conſ. 329. num. 3. Ruin. conſil. 151. num. 12. vol. 1. Hyppolit. Riminal. conſ. 22. num. 12. Corbul. d. limitat. 21. num. 16.

Et procedit etiam ſuprafirmata concluſio, etiam ſtante pacto in conceſſione emphyteuſis appoſita, quod Canone nõ ſolutum per biennium ipſo facto remaneat priuatus emphyteuſi; Ratio concluſionis eſt, nàm licèt verbum ipſo facto, importet, quod ipſo iure abſque Iudicis miniſterio inducatur priuatio, cap. 1. §. ſacri, vbi Gemin. de homicid. in 6. l. fin. vbi Bald. C. locat. facit text. in cap. penul. de immunit. Eccleſ. in 6. cap. ad Apoſtolicæ. § penul. de re iudic. in 6. Clem. 1. § nos eorum, de ſtat. monac. Gloſ. in cap. in pœnis de reg. iur. in 6. & in cap. quam ſit, in verb. eo ipſo de elect. in 6. quia tamen pactum intelligitur, iuxtà iuris diſpoſitionem, ideſt, vt domino volente emphyteuta iure ſuo priuetur ſecundom doctrinam, Bar. Salicet. Iaſ. & aliorum in d. l. 2. & idem Bar. tradit in l. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petat. & in auth. qui rem, C. de Sacroſanct. Eccleſ. vbi etiam Bald. idcircò etiam ſtante pacto, quod Canone non ſoluto, res incidat in commiſſum, poterit Prælatus Canonem recipiendo, caducitatem remittere, ſic notabiliter Dec. conſ. 138 num. 6. & conſ. 144. & 452. Soccin. Iun. conſil. 111. col. 2. vol. 2. Cephal. conſil. 3. num. 11. & conſil. 27. num. 10. & 50. vol. 1. Corn. conſil. 115. num 1. vol. 1. Rolan. à Vall. qui alios allegat conſil. 57. num. 9. & conſil. 81. nu. 6. volum. 3. Corbul. in d. tit. de cauſ. priuat. ob Can. non ſol. ampliat. 45. num. 7. cum ſeq. Idem eſt etiam ſi ſupradicto pacto fuit appoſitum iuramentum; Ratio eſt, quia iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, & non impedit, quin non ſubintelligatur conditio, quæ eſt de natura actus, l. fin. C. de non numer. pecun. l. fin. ff. qui ſat. dar. cogan. & ſicut ſupradiximus, quod pactum appoſitum de ſoluendo canone intelligitur, iuxtà iuris diſpoſitionem, pro quo etiam faciunt dicta per Maſtril. d. deciſ. 93. ergò ità etiam ſtante iuramento in ſpecie probat Gratus conſil. 55. num. 26. lib. 1. Corbul. d. ampliat. 45. nu. 7. cum. ſeq.

Et licèt incontrarium dici poſſit, quod quando diſpoſita à iure deducuntur in pactum, operantur aliquid amplius, quod de iure operabatur, ad hoc, ne pactum reddatur eluſorium, iuxtà doctrinam Bald. communiter receptam in rubr. Cod. de contrah. empt. num. 9. quam latè ex multis ornat Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 26. Idcircò in caſu noſtro poſſet dici, quod caducitas ſtante pactum non ſolùm dicitur pœna legalis, vt ſuprà probatum eſt, ſed etiam conuentionalis, Genuenſ. in practic. cap. 92. Tamen aduertendum eſt ſecundum veriorem opinionem, quod pœna con-

Digitized by Google

uentionalis non exigitur ab Ecclesia, nisi quatenus cum interesse concurrit, cap. suam, secundum vnum intellectum de pœnis, tradunt Canonistæ in cap. dilecti de arbit. sic communiter iudicatur à Sacro Cõsilio, Affl. decis. 135. & Rota sępius secundum hanc opinionem decidit Seraph. dec. 313. 794. & 819. tradit Genuen. in practica. d. c. 92 & 686. Ecclesia enim, quæ semper benigna est, multò magis in pœnis exigendis, benignitatem ostendere debet, Soccin. consil. 66. vol. 3. Idcircò in materia pœnę commisse in dubio contra Ecclesiæm iudicandum est, Bursat. consil. 181. num. 48. lib. 2. Clar. in d. §. emphytsis, q. 8. versic. sed quis, Genuens. d. cap. 92. ergò etiam stante pacto, adhuc potest caducitas remitti, ex quo potius agitur de non acquirendo, quam de alienatione acquisitorum.

Procedit etiam suprafirmata doctrina, non solùm in remissione caducitatis ex causa canonis non soluti, sed etiam ex causa alienationis, domino irrequisito; Ratio est, quia etiam in casu alienationis caducitas non inducitur, nisi domino volente, Bal. notabiliter in l. fin. C. de reuocand. donat. Alex. consil. 173. vol. 2. Abb. consil. 67. lib. 2. latè probat Rolan. à Vall. consis. 57. num. 9. vol. 3.

Quid autem dicendum sit in dispositione testatoris, qui prohibuit bona sua alienari, & in casu contrauentionis, mandauit, vt ipso iure bona Ecclesiæ applicentur, an possit Prælatus sequuta contrauentione remittere ius caducitatis. Respondeo, idem dicendum esse; Ratio est, quando licèt deuolutio fiat ipso iure, ex vi verborum testatoris, & cõtraueniens ipso iure cadat, hoc tamen ius licèt Ecclesiæ acquiratur, requirit tamen Prælati acceptationem, ad hoc, vt irreuocabiliter fiat Ecclesiæ, sic notabiliter Rip. in l. 1. num. 51. ff. de leg. 1. Cassiodor. decis. 2. & 3. de locato, Puteus dec. 8. lib. 2. Idcircò potest Ecclesia ius sibi delatum remittere sicut supra dictum est in legato, cuius dominium antè acceptationem transit in legatarium ex tex. in l. à Titio, ff. de furtis, & l. cùm pater, §. fundo, ff. de leg. 2. declarat Rip. in l. in fideicommissariam, n. 14. ff. ad Trebell. reuocabiliter tamen sic fuit à Rota resolutum in vna Regien. bonorum in anno 1585. die 1. Aprilis coram Sanctissimo Clemente VIII. tunc Sacræ Rotæ Auditore, refert Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 5. in princip.

Quid autem dicendum, si in concessione emphyteusis, vel feudi Ecclesiastici fuisset oppositum pactum de non alienando ab emphyteuta, etiã saluo assẽsu directi domini, & etiam de non alienando à Prælato; An sequuta alienatione possit Prælatus remittere caducitatem. In hoc aduertendum est, *quòd licèt vera sit conclusio, quod alienatio facta saluo assensu cùm* clausula, nec aliter, nec alio modo, valet, nec incidit alienans in commissum, etiam tradita possessione, Bal. in cap. 1. §. fin. nu. 5. quæ sit prima caus. benef. ammitt. quem communiter sequuntur Doct. tradunt Rip. in cap. cùm M. Ferrarien sis, num. 80. versic. 2. intellige de cõst. Clar. in §. emphyteusis, q. 13. num. 5. versic. benè verum est, Grammat. decis. 163. Corbul. in d. tit. de caus. priuat. ob alien. limit 37 Nam illa verba, nec aliter, nec alio modo, faciunt deficere consensum partium, ità vt nihil egisse videantur, si domini consensus non acederit, Curt. Sen. consil. 8. num. 4. Gozadin. consil. 3. num. 23. Cephal. consil. 18. num. 13. lib. 1. Vndè assensu domini non subsequente, alienario non censetur facta Clar. in §. feudum, q. 13. versic. item quæro;

Digitized by Google

quæro; Idcircò non intrat caducitas ſtante ſuprad. cta reſeruatione, prout pluries fuit à Rota varijs temporibus deciſum, refert Mareſcott. variar. reſol. lib. 1. cap. 78. Quando tamen ſpeciali pacto cautum fuit, quod nec etiam cum tali reſeruatione fiat alienatio, certum eſt ſequuta alienatione adeſſe caducitatem, Mareſcott. loc. cit. num. 6. verſ. ſed dubium eſt; Et in hoc caſu, licèt regulariter verum ſit Prælatum poſſe remittere caducitatem cùm conſenſu tamen Capituli in Eccleſia collegiata, in alijs verò ipſum ſolum tamen in caſu, de quo agimus, non poteſt remittere caducitatem; Ratio eſt, quia non ſolùm eſt deuolutum ius Eccleſiæ, ſed etiam ex vi pacti arctata eſt facultas Prælati ad remittendum caducitatem, ex quo in ipſa conceſſione pro beneficio Eccleſiæ adeſt ſpeciale pactum, ne alienetur; etiam cùm aſſenſu, ideò non poteſt formam conceſſionis alterare, vt ſuprà dictum eſt. Et licèt in emphyteuſi, vel feudo ſæculari ſupradicta non procedant, cùm poſſit directus dominus renuntiando iuri ſuo, ex regula tex. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis, remittere caducitatem ex illa ratione, quod quando lex aliquid ſtatuit, quod principaliter reſpicit priuatam vtilitatem, intelligitur habere tacitam conditionem, niſi ij, quorum vtilitas agitur, aliter velint, l. 1. §. & operis, ff. de oper. nou. nunc. Raphael Cuman. conſil. 50. num. 3. Abb. q. 2. num. 12. In Eccleſia verò, quia Prælatus non poteſt iuri Eccleſiæ quæſito renunciare, neceſſariò ſequitur, quod ſtante ſupradicto pacto, non poſſit Prælatus iuri Eccleſiæ quæſito præiudicare, niſi ex legitima cauſa, & adhibitis debitis ſollemnitatibus, ſic in puncto de quo agimus, tradunt Berou. conſil. 122. numer. 8. 9. & 10. refert, & ſequitur Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 23. tit. 26.

Supradicta etiam procedunt ſi ijs, qui alienauit, ſtatim per alium contractum rem alienatam reemit; Ratio concluſionis eſt, nam quæſitum alicui, facto alterius, non poteſt auferri facto eiuſdem, cuius opera fuit quæſitum, l. fin. ff. de pact. Aym. Crauet. conſil. 6. nu. 14. alios allegat Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 18. nu. 56. & notabiliter dixit Bald. in l. ſi conſtante, §. exceptis, C. de donat. int. nupt. quod quando ex contractu, vel occaſione ipſius, eſt ius quæſitum alicui tertiò re, vel ſpè, non poteſt in illius præiudicium à contrahentibus recedi, Gl. & communiter Doctor. in l. certi conditio, §. ſi nummos, ff. ſi cert. pet. latè Iaſ. conſil. 213. col. 4. verſic. confirmantur ſupradicta, lib. 2. Et procedit dictum etiam ſi fiat alius actus præterito ſimilis, nam quando per conuentionem eſt alteri ius quæſitum, non poſſunt contrauenientes in præiudicium illius, cui fuit ius quæſitum, etiam per alium actum illi ſimilem ſe pœnitere, Bar. & Paul. de Caſt. in l. 1. §. ſi rẽ, ff. depoſiti, Cyn. & Alberic. in l. fin. col. penult. vbi etiam Iaſ. num. 136. qui teſtatur de communi opinione, C. de iur. emphyt. Anchar. & Imol. in cap. potuit de locat. idem dicendum, etiam quando ex diſpoſitione alicuius certa pœna alicui venit applicanda, nam ſi per contrauentionem incurſa ſit pœna, non poteſt ipſemet author relaxare, nam regula, quod author contractus poteſt eſſe author diſtractus, intelligitur antè incurſam pœnam, non autem poſt in tertij præiudicium, Bald. in l. 2. num. 10. C. ſi ſeruus exportat. vendat. Iaſ. in l. fin. nu. 10. ff. de pact. latè in propoſito tradit Mareſcott. variar. reſol. lib. 1. cap. 5. num. 7. cum multis ſeq.

Pro complemento ſupradictorum non

eſt

est prætermittenda notabilis decisio Rotæ in vna Romana prætensæ deuolutionis domus die 24. Iunij 1597. coram Seraphino, quam refert Mateſcott.loc.citat.lib.1. cap. 58.in fin. Nempè quod in casu deuolutionis ex causa alienationis Domino irrequisito, quocunque strictissimo pacto existente in concessione, ob quod locus erat caducitati,Rota noluit admittere deuolutionem, iuxtà iuris rigorem, sed innixa æquitati mandauit augeri Canonem.

De concessione bonorum Ecclesiæ in emphyteusim. Cap. XIX.

QVando concessio fit seruata forma iuris de bonis solitis concedi cùm Ecclesiæ vtilitati licita est, constat ex eadem extrauagante ambitiosè, circà quod tria notanda sunt. Primùm est, vt concessio fiat seruata forma iuris,hoc est,vt non alterentur iuris dispositiones, quæ de emphyteusi Ecclesiastica loquuntur, videlicèt, quod vsque ad tertiam generationem concedatur, & cùm alijs pactis, & conditionibus, de quibus latè per Clar. in §. emphyteusis, tradunt communiter Doct. in l.2.C. de iur.emphyt.

Secundùm est,vt fiat concessio bonorum Ecclesiæ, quæ solitæ sunt concedi: in hoc enim casum non requiruntur sollemnitates, existente tamen eadem causa,ob quam aliæ cõcessiones fuerunt factæ,probatur ex cap. fin. de feud. cap. vt super, vbi Innoc. & Abb. de reb. Eccles. non alien.est communis opinio omnium, quam probant Alex.consil.9.vol.3. Roland. consil. 1.numer 85.vol.1. Guid.Pap.decis.100.Bal.decis.92. Afflict.decis.305. vbi Vrsill.nu.10. Rodoan.loc.cit.rub.33.cas.6.Ricc. loc.cit.decis.125.Genuens. in practicab q.24.Barbos.de author.Episcop.alleg.95.num. 29. Ratio conclusionis est, quia Prælatus non dicitur alienare quando veterem alienationem confirmat,etiam si in aliã personam transferat,l. 1.§.permittitur,ff.de aqua quotid. & æstiu. cap. 1. in princ. vbi Bald. per quos fiat inuestit. Glos. in auth.hoc ius porrectum in fin.C.de Sacrosan. Eccl. Bal. in Margar. in verb. Prælatus, Guliel. de Cuneo in l.contra iuris, ff. de pact. Et solita concedi non dicuntur propriè alienari, Abb. Butr. & alij in d.cap. fin. de feud. Idcircò sollemnitates non requiruntur,Bar. in auth.qui rem, C. de Sacrosanct. Eccl. & in l.si vacantia,C. *de bon.* vacantib.& incorpor.lib.10.& in l. 1.C,de imponend.lucrat. descript. lib.10.vbi dicit, quod res Ecclesiæ semel emphyteuta semper durat emphyteuta,per tex.in *l.pater,§.is,* ff. de leg. 3. *Idem probant Calder.* consil.11.de *feudis,Alex.*consil.14. col. fin.& 189. vol. 2. & consil.9. vol.3.Dec.in d.auth. qui rem, latè probat Rodoan.loc.citat.rubr. 33. cas.6.Ricc.loc.cit.decis.125.

Quæ autem requirãtur, vt res dicatur solita concedi, licèt variæ sint Doctorum sententiæ, vera tamen est resolutio, quod sufficit vnica concessio facta cùm debitis sollemnitatibus; Ratio conclusionis est, quia solitum in vna vice verificatur,Bar. in l.4.§.item Mela,ff. de alimen. & cibar.leg.& in hoc differt solitum a consueto,nam solitũ vnicum actum requirit, consuetum verò duos, Crescent. decis. 1. de consuetudine Menoch. consil. 79.vol.1.Molf.ad consuetud. par. 1. cap.5. num. 24. vbi alios allegat Ricc. d.decis.125.

Et sicut res semel alienata dicitur effecta alienabilis,l.cùm pater,§. quindecim,

Digitized by Google

decim,ff.de leg.3.ità res semel concessa dicitur effecta concessibilis; Hanc opinionem probant Bart. in d.auth.qui rem,& in d.l.1.Andr.de Iser. in cap.1.de his,qui feud. dar. poss. Anton.Gabr.comm.concl. tit. de locat.concl.1.nu.5.Curt. tract. de feud.par.2.q.3.Ruin.consil. 35. num.3.lib.1.Vrsill.ad Afflict.d.dec. 305. num. 10. extat decisio Rotæ Romanæ,apud Seraph. 1451. aliàs decisiones allegant Gomes. reg. de trienn.q.14.versic. non obstat, Rodoan. & Ricc. locis citatis; Quare dùm res Ecclesiæ per vnicam concessionem sollemniter factam, effecta est alienabilis, poterit Prælatus de nouo absque alia sollemnitate illam concedere, rationabiliter arbitrando concessionem in vtilitatem Ecclesiæ cedere, faciunt tradita per Menoch.de arbitr.Iudic.lib. 2. cas. 81.num.5.quem nouissimè sequitur Facchinet. lib. 2. controuers. iuris cap.68.Molf. loc.cit.

Procedit dictum etiam si post sollemnem cõcessionem interueniisset alia concessio, cùm reseruatione assensus quatenùs opus sit, nam talis concessio cùm reseruatione assensus, nihil obest, ex quo reseruatio fuit conditionalis,Bald.in cap.Cumana de election. & in casu,de quo agimus solitum concedi non fundatur in præsumptione, sed in veritate,quæ ex prima concessione sollemniter facta,resultat,Decis. Rotæ Pisanæ 81.& Ricc.dicta decis.125.

Quando verò non constat de concessione sollemniter facta, sufficit si reperiantur duæ concessiones cùm spatio triginta, vel quadraginta annorum; per binum enim actum vallatum beneficio temporis inducitur solitum,taliter,vt nulla alia sollemnitas requiratur in concessione, Iacob.de Beluis.in d.cap.1. de his, qui feud.dar.poss. per tex.in l.3.C. de Episc.audient. consuetudo enim dicitur frequens,& continua assuetudo, l. 1. C. quæ sit long.consuet. Et frequenter dicitur fieri, quod bis fit, §. pen. in auth. de defensor. Ciuit.Cardinal. Alex.in d. cap. 1. Bal.in l.de quibus,ff.de legib.Imol. in d.cap.fin.de feud.Dec.in d.auth. qui rem,Alex.consil.5.& 9. vol. 3. Dec.consil.142. & 144. Afflict. in Constit.Regni Diuæ memoriæ,nu. 67.Clar.in §.feudum,q.13.num.3. Vrsill.ad Afflict.d.decis.305. num. 10.est communis opinio,de qua testatur Ias.consil.155.col.penult.lib. 2.Rodoan.loc.cit.extant variæ decisiones Rotæ, quas post Rodoan. referunt Ricc. loc. cit. Genuens. in pract. q.24. vbi dicit non esse recedendum ab authoritate Rotæ, quæ pluries decreuit sufficere vnicam concessionem cùm sollemnitate, vel duplicem concessionem cùm spatio 40.annuorum; licèt non irrationabiliter defendi possit, sufficere spatium 30. annorum cùm duplici concessione ex regula,quod ex spatio 30. annorum præsumitur assensus,etiam si non enuncietur,gl.in c. peruenit,vbi Imol.de empt.& vendit. Felyn. in cap. Albericus in fin. de testam.Rot.Rom. apud Seraph. decis. 1042. sed de hoc latius infrà quando de præsumptione assensus ex cursu temporis agemus.

Tertiùm, quod requiritur est, vtilitas Ecclesiæ, quæ consideranda est,vel ex quantitate,quæ recipitur in concessione,quæ vulgò dicitur,*per l'entratura*, vel habita ratione ad annuum Canonem, sub quo conceditur,nam vtilissima dicitur concessio secundum omnes, si Canon ascendat ad quantitatem fructuum, Ancharan. consil. 122.Ias. consil. 54. volum.1.Menoch. consil. 494. nu. 6.volum.4.& de iure sufficit, quod concessio fiat,cùm diminutione sextæ partis redditus,auth. perpetua, C.de Sacrosanct. Eccles. quæ iure remit-

Digitized by Google

remittitur ob periculum sterilitatis, & aliorum casuum fortuitorum ad emphyteutam pertinentium, Bald. in d. auth. perpetua, Archidiac. & Bellamer. in cap. perpetua 10. q. 2. Sic multoties fuit à Rota decisum, Ricc. loc. cit. decis. 129. Ratio est, quia periculum est pretio æstimabile, cap. in Ciuitate de vsur. l. iactum, ff. de contrab. empt. Et licèt dispositio dictæ auth. perpetua, sit lex Imperatoris, quæ Ecclesiam non ligat, & reperiatur inserta in decreto, in d. cap. perpetua 10. q. 2. hoc tamen à Gratiano actum fuit ad ostendendam Imperatorum deuotionem erga Ecclesiam, non autem, vt ipsa ligetur, idcircò, Petrus Gabellin. consil. 172. dixit, quod post dispositionem extrauagante ambitiosè, non potest fieri relaxatio sextę partis, sed in hoc est aduertendum, quod supradicta diminutio non est facienda ex iuris ciuilis dispositione, sed ex dictamine rationis naturalis, quæ etiam in alienatione bonorum Ecclesiæ locum habet, & considerandæ est à Prælatis, quibus committitur à Summo Pontifice, vt decernāt vtrum alienatio in vtilitatem Ecclesiæ cedat, optimè aduertit Ianuen. loc. cit. q. 79. Imò neque plus iusto pretio offerenti, bona Ecclesię concedenda sunt, Glos. c. hoc ius porrectum 10. q. 2. Neque si precedentibus subhastationibus, licitatur plus iusto pretio offerat: iustitia enim pretij attendenda est, nullus enim, & in vllo minus Ecclesia, cùm alterius iactura ditari debet, Glos. in cap. 1. de in integr. restitut. Abb. cap. 1. de empt. & vendit.

Omnia supradicta intelligenda sunt, etiam in renouatione emphyteusis facienda proximioribus defuncti ob finitam generationem; Ratio conclusionis est, nam Ecclesia tenetur præferre proximiores defuncti in renouatione inuestituræ, Bar. in l. 1. ff. de priuil. creditor. nam aliàs eis fieret iniuria, & de Iure Canonico illis daretur appellatio, Bar. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quotid. & æstiu. & in l. si mihi, & Titio, vbi etiā Angel. & Alex. ff. de verbor. oblig. Alex. consil. 80. num. 11. lib. 1. vbi addit. in verb. quam alijs, plures allegat, latissimè Dec. consil. 327.

Hoc ius petendi renouationem inuestituræ, siuè ius Prælationis competens proximioribus defuncti, durat per annum, Ias. in l. 2. n. 22. C. de iur. emph. Rip in l. 1. nu. 11. ff. de priuil. credit. Roman. consil. 22. Gozadin. consil. 71. num. 2. Soccin. Iun. cons. 9. nu. 17. vol. 3. Rolan. à Vall. consil. 3. num. 150. vol. 1. Surd. cons. 181. nu. 39. vol. 2. Clar. in §. emphyteusis, q. 43. nu. 3. Nec competit, quando emphyteusis ob culpam ammittitur, videlicèt ob Canonem non solutum, vel aliam similem culpabilem causam, Ias. in d. l. 2. in 5. notab. Rip. in d. l. 1. num. 12. Roman. cons. 212. Paris. consil. 101. num. 132. vol. 1. Alex. consil. 6. nu. 16. vol. 3. Surd. d. consil. 181. num. 30. vol. 2. In hoc tamen Regno admittitur purgatio moræ, etiam post sententiam deuolutionis ob Canonem non solutum, Afflict. decis. 134. Vrsill. ad Afflict. decis. 392. Idem etiam practicatur in Curia Archiepiscopi, quæ fundata in æquitate, nunquam declarat emphiteusim deuolutam, sed admittit purgationem morę, Ricc. loc. cit. decis. 131.

Quod autem dictum est non dari Prælationem, quando emphyteusis ammittitur ob culpam, intelligitur de culpa damnosa domino directo, nō autem si ex defectu assensus, vel aliarum sollemnitatum contractu annullato emphyteusis deuoluēretur ad Ecclesiam, Aretin. consil. 77. nu. 6. Seraph. decis. 546. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 110. num. 15. Ricc. loc. citat. decis. 132. Quando verò

Digitized by Google

verò ob culpam emphyteutæ resoluitur contractus, non solùm cessat ius Prælationis, vt supradictum est, sed etiam meliorationes amittuntur, & fiunt directi domini, l. 2. vbi omnes notant, C. de iur. emphyt. Guid. Pap. decis. 169 & 438. vbi testatur de communi, Berou. familiar. quæst. q. 19. in princ. & q. 96. num. 4. Rolan. à Vall. consil. 28. nu. 12. & 16. cùm seq. lib. 1. Clar. in §. feudum, q. 88. in princ. & in §. emphyteusis, q. 45. in fin. Hoc tamen non procedit, quando annua pensio fuisset æquialens ad fructus, qui colliguntur, nam ex quo tùnc potiùs dicitur contractus locationis, quam emphyteusis, meliorationes non amittuntur, Bar. in l. 1. nu. 4. vbi etiam Ias. num. 35. C. de iur. emph. Aretin. consil. 55. numer. 4. Bellon. consil. 21. num. 18. Natta, qui testatur de communi consil. 49. Clar. in dict. §. emphyteusis q. 1. propè fin. Franch. decis. 191. Meresc. d. cap. 110. nu. 14 Et sicut Colonus finita locatione meliorationes non amittit, l. Colonus, vbi Bar. & Paul. de Castr. ff. locat. ità & in emphyteuta, cùm in casu de quo agimus, sit ad instar locationis perpetuę; Idcircò multi dixerunt, etiam ad extraneos hæredes transire, Bal. in cap. litteræ de dilation Cagnol. in l. 2. nu. 202. C. de rescind. vend. Cephal. consil. 9. Rolan. à Vall. consil. 96. volum. 1. Dec. consil. 31. latè Mant. qui alios allegat de tacitis, & ambig. conuen. lib. 7. tit. 19. num. 27. Et procedit dictum, etiam si pensio non esset, omninò æquialens ad fructus, sed quasi, Ruin. consil. 61. num. 22. lib. 1. Rimin. Iun. consil. 461. num. 6. vol. 4. Hinc Affict. decis. 72. dixit censeri emphyteusim simulatam, si à principio soluatur medietas valoris rei, allegat Glos. in l. fin. C. de prædijs Curial. lib. 10.

In alio, etiam casu deuoluta emphyteusi meliorationes non amittuntur, & est quando emphyteuta, vltrà propriam obligationem, vel pactum fundũ meliorauit, Bal. in auth. excipitur, C. de bonis, quæ liber. idẽ Bal. Alex. & Lanc. Dec. in l. Senatus, §. Marcellus, ff de leg. 1. Dec. consil. 518. Et idem esse in feudo, probatur ex tex. in §. si vassallus, Hic finitur lex Conradi, & faciunt ad propositum, tex. in l. domos, ff. de leg. 1. in l. diuortium, §. impedit, ff. sol. matr. l. eum ad quem, C. de vsufruct. Franch. decis. 191. Quæ autem impensæ debeantur, & quomodò liquidentur, & quid in beneficijs de iure patronatus, latè post alios tradit de Pont. in decisionib. Collater. Consil. decis. 12. Pro supradictis autem meliorationibus datur retentio rei, l. si in area, & l. si non sortem, §. si certum, ff. de cond. indeb. Capyc. decis. 17. & etiam oblata cautione de soluendo meliorationes non tenetur emphyteuta dimittere rem in casu caducitatis, sed potest ipsam retinere vsquequo soluantur meliorationes, Ruin. consil. 84. col. pen. versic. circà secundum, vol. 1. Tiraquell. de retract. conuention. Glos. 1. in verb. reparationes necessarias, Franch. decis. 112. n. 1.

Quid autem dicendum, si meliorationes essent magni valoris, & Ecclesia pauper taliter, quod non posset soluere. Maxima est difficultas: Et licèt tex. in l. in fundo, ff. de rei vendic. declarat in tribus tantum casibus vtiles impensas fore soluendas. Primò, si dominus est diues, & sine magno detrimento soluere potest; Secundò, si ipsemet dominus erat facturus, nàm tùnc etiam si esset pauper tenetur; Tertiò, si rem habebat venalem, & Peregrin. tract. de fideicomm. ar. 50. num. 33. dixerit fuisse iudicatum in Ciuitate Patauij fideicommissarium pauperem in casu deuoluti fideicommissi non

Digitized by Google

teneri soluere meliorationes magni valoris,& propterea decipi eos,qui magna construunt ædificia,ad hoc, vt aduenientе conditione ex impotentia soluendi meliorationes,bona fideicommisso subiecta non repetantur ; Vera tamen est resolutio soluendas esse ab Ecclesia meliorationes hæredibus emphyteutæ, vel ab ipsis hæredibus Ecclesiæ valorem fundi, vel saltim arbitrio Iudicis, aucto Canone, habita ratione ad fundum,& meliorationes denuò faciendam esse concessionem ; Faciunt dicta per Peregrin.& Franch. locis citatis , & nouissimè per Genuens.loc.cit.q. 69. Pro quo etiam facit notabilis decisio Rotæ coram Seraphino, quæ in casu deuolutionis , noluit ipsam admittere , sed mandauit augeri Canonem , refert Marescott.variar.resolut.lib.1. cap. 78.in fin.

Pro complemento huius doctrinæ notandum est in renuatione concessionis bonorum Ecclesię attendendam esse ipsius vtilitatem,vt supradictum est, idcircò si prima causa concessionis cessat,vt puta,quia res sterilis concessa fuit,vt ad culturam reduceretur,si postea ad Ecclesiam reuertatur, effecta iàm fertilis noua causa requiritur, vt reconcedatur, Abb.in cap.vt super,num. 11. de reb.Eccles.non alien.Rodoan. loc. cit.q.12.num.57.& 58.Thesau.for. Eccles. cap. 15. num.3. Idcircò in noua concessione rei emphyteuticæ debet adesse vtilitas Ecclesiæ tempore vltimæ concessionis, Cęsar de Graff. decis. 4. locat. Rota Romana pluries,quam refert, & sequitur Barbos.de potestat.Episcop. allegat.95.num.34.

Relicta pro celebratione missarum , vel anniuersariorum, an subsint dispositioni extrauagantis.Cap.XX.

BOna relicta pro celebratione missarum,vel anniuersariorum, & si pro onere missarum censeantur hypotecata, non tamen mutant naturam bonorum laicalium , Gamma decis.288.num.4. in princ. sed dicuntur bona temporalia obligata, tamen pro onere spirituali, Rebuff. de pacific.possessor.num.282. vers. & ideò,Guid.Pap.dec.187. Valasc. decis.60.nu.12. Perez de anniuers. & Cappell.lib.1.cap.5.num.61.& lib.2.cap.1.nu. 2. & propterea non possunt effici beneficia Ecclesiastica , prout decreuit Rota in vna Salernitana Oratorij in anno 1559. coram Domino Quiroga , refert Garz.de benefic.par.1.cap.2.num. 106. quare possunt absque sollemnitatibus alienari, idem Perez dicto num.61.

Quod intelligendum est , etiam si bona stabilia cùm onere anniuersarij relinquantur alicui Hospitali, absq; tamen Episcopi authoritate erecti , nam talis locus non dicitur pius , Ioannes Faber in §.nullius, Instituț. de rer. diuis. nec gaudet priuilegijs piæ causæ,Bal.in auth. hoc ius porrectum, C.de Sacrosanct. Eccles. & potest destitui, Glos. in Clem. quia contingit , in verb. altare de relig. domib. Abb. consil. 31. latissimè Valasc.decis.105. num. 7. & 34. & latè nos in princ.huius quæst.Idcircò possunt bona absque sollemnitatibus alienari, Alex.consil.4. vol.3. Paris.cons.34.num. 19. Perez in d. cap.1.num.1.

Idem dicendum, si particulari Sacerdos deputetur à testatore pro celebra-

Digitized by Google

lebratione missarum, vel detur facultas hæredibus deputandi non enim per hoc dicuntur illa bona spiritualizata, sed remanent temporalia, nec requiritur Episcopi authoritas in tali deputatione, Dec. in cap. ex parte, num. 10. de rescript. Bellamer. in cap. super hoc, q. 15. de renunciation. Guid. Pap. decis. 187. Rebuff. de pacif. possessor. nu. 287. Spin. de testam. Glos. 4. princip. tit. de patron. num. 42. Valasc. d. decis. 105. num. 1. 6. & 55. Perez d. cap. 1. num. 13. latè Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 102.

Et supradicta locum habent, etiam si testator fundans anniuersarium, illud nominet Cappellaniam, vel beneficium, nam impropriè dicetur Cappellania, nec sub appellatione beneficiorum, venit notabiliter, Zerul. in prax. in 2. par. in verb. beneficium, nu. 10. Ratio est, quia non potest dici beneficium, quod authoritate Episcopi non est fundatũ, cap. beneficium de reg. iur. in 6. & Cappellania, tunc efficitur beneficium, quando authoritate Episcopi erigitur in titulum beneficij, non autem quando dantur stipendia annua, vt celebrentur missæ, vel officia diuina in aliquibus temporibus, vel altaribus, Gomes. in reg. de annal. possess q. 5. & de exprimendo valore beneficij, q. 4. extat Sacris Congregationis, quam post Zerul. refert Perez d. cap. 1. num. 33. Nec censetur testatorem voluisse efficere Cappellaniam Collatiuam ab Ordinario, cùm ipsius consensus non fuerit requisitus, Garz. loc. cit. num. 111. idcircò remanet Cappellania laicalis, & profana, vti post Fabrum, Guid. Pap. & alios tradit Pet. Greg. Tolos. de benef. cap. 11. num. 10. in fin. Perez loc. cit. num. 33. & seq. Pro quo facit Glos. singul. in extrauagant. execrabilis de præben. inter communes, in verb. quæ aliàs, cuius verba hæc sunt; (Aut quis beneficia possidet, vt titulata, quo casu propriè dicitur Clericus, seù Cappellanus talis Ecclesię, seù Cappellæ, in qua titulatus est, cap. Clericos 71. dist. c. 1. 21. q. 1. c. Episcopũ 7. q. 1. Aut autem ea is tenet, vt non intitulata, quo casu non censetur clericus, seù Cappellanus Ecclesiæ, quia intitulatus non est,) & infrà dicit eadem Glos (Beneficiatum voco sine titulo istos assistos portionarios, habentes altaria, seù Cappellas pro missis defunctorum,) iuxtà tex. in cap. penul. de Cler. non resident. cap. si significatum de præbend. Idcircò non dicuntur fructus Ecclesiastici, sed stipendium ratione operis personalis, & laboris, Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 13. nu. 1. Rodoan. loc. citat. q. 1. An Prælatus possit disponere de rebus Ecclesiæ, §. in hac igitur materia, nu. 16. Nec supradicta anniuersaria computantur in valorem beneficiorum, Staphilęus de formis expectatiu. §. noua forma, num. 45. Guttier. consil. 8. num. 1. & 2. Barbos. in l. diuortium, §. quod in anno, num. 7. ff. sol. matr. Nec veniũt in locatione beneficiorum, Carozius de locat. par. 3. tit. de reb. Eccles. locan. concl. 8. versic. ampliatur; Nec comprehenduntur in prohibitione, ne quis plura beneficia vniformia sub eodem tecto retineat, nam potest Sacerdos pluribus missarum memorijs sub eodem tecto deseruire, Gemin. in cap. 1. nu. 14. versic. in eadem Glos. de consuetud. in 6. Perez d. cap. 1. num. 42.

Ampliantur supradicta, vt procedant etiam si deputatio Sacerdotis fieret ab Episcopo, tanquam exequutori vltimarum voluntatum, (quæ exequutio de iure ad ipsum spectat, c. tua de testament.) nam per talem deputationem Cappellaniam laicalis non erigitur in titulum beneficij, nam Episcopus tanquam exe-

Digitized by Google

quutor piarum dispositionum deputat, sic dicit resolutum Marius Anton. lib. 1. var. resol. resol. 112. cas. 53. Itẽ etiã si Sacerdoti deputato fuisset assignatũ certũ prædium, cuius redditus esse in stipendium pro celebratione missarum, nam non per hoc censetur bona Ecclesiastica, nec erecta in titulum beneficij, nec sub prohibitione alienationis cadunt, Cassiodor. decis. 3. numer. 34. Antonin. d. resol. 112. cas. 53. Benè tamen possunt supradictæ Cappellaniæ erigi in titulum beneficij ab Ordinario, non reluctante testatoris voluntate, Rot. diuers. lib. 3. par. 3. decis. 1122. Gonzal. & alij, quos refert Garz. loc. cit. num. 108. & tùnc bona subiecta erunt dispositioni extrauagante ambitiosè, vt ex supradictis constat; Quæ addenda sunt ad decisionem Ricc. 82.

Quid in donatione, vel legato iuris patronatus laicalis dicendum. Cap. XXI.

REsponde in tali donatioone, vel legato iuris patronatus laicalis non requiri sollemnitates, nàm non solùm cùm Vniuersitate bonorum transit, cap. cùm sęculum de iur. patronat. sed etiam titulo particulari gratuito ad euitandam simoniam, iuxtà tex. in cap. de iure, eodem tit. cùm Episcopi tamen consensu transfertur, nec requiruntur sollemnitates, prout in alienatione bonorum Ecclesiæ dictum est, sed sufficit tantùm Ordinarij assensus, quando à laico in laicum transfertur, cap. illud, vbi Abb. num. 3. de iur. patron. cap. ex insinuatione, & cap. nullus, eod. tit. Glos. in cap. piæ mentis 16. q. 7. & tenetur Ordinarius assentire, aliàs licitè appellatur ad Metropolitanum, Molfes. in summa tract. 6. cap. 5. num. 182. & clarius probatur in cap. vnic. eod. tit. in 6. vbi apertè deciditur, quod quando ius patronatus transfertur à laico ad Ecclesiasticum, vel ad pium locum, nec etiam Episcopi assensus requiritur. Et comunis opinio omnium in vtroq; dicto, tradunt Io. Andr. & alij in d. cap. vnic. Abb. in cap. cùm sęculum eod. tit. Gaeta in repetit. cap. fin. de elect. in 6. in 29. & 35. col. Firman. in tract. de Episcop. in 4. par. in 4. limit. Paul. de Citadin. de iur. pat. in 2. q. nonæ partis, Rochus de Cur. in eodem tract. in verb. ipse, vel ipsa quo in 17. q. Syl. in verb. ius patronatus, nu. 5. versic. sextum, Lamber. in eod. tract. lib. 1. in 4. q. prim. secundæ partis, fol. 127. Verallus decis. 131. Achill. de Graff. decis. 10. de iur. patr. Tusch. in verb. ius patronatus, concl. 613. Ricc. loc. cit. decis. 43. Et licèt ius patronatus dicatur, quoddam mixtum habens temporalitatem, & spiritualitatem, d. cap. piæ mentis, & dicitur *spiritualitati annexum, d. cap. de iure, vbi Abb. Quando tamen laicis competit potest, etiam titulo particulari* cùm assensu Episcopi transferri, nec requiruntur sollemnitates, de quibus in extrauagante ambitiosè; Ratio est, quia intentio Summi Pontificis fuit indemnitati Ecclesiarum consulere, prohibendo alienationem bonorum Ecclesiasticorum, quæ ratio non militat, quando ius patronatus ex vna persona laica ad aliam transfertur, nam nihil in hoc Ecclesiæ detrahitur, nec nouum onus imponitur.

Procedunt supradicta, etiam in iure patronatus, Confraternitatibus laicorum competenti, nam dicitur laicale, Felyn. in trac. quando literę Apostolicæ limit. 4. Rochus de Cur, loc. cit. in verb. ius, num. 17. Gambar. de potest. legati, circà Hospitalia limit. 3. num. 412. Couar. pract. qq. cap.

Digitized by Google

36.nu.8 Fusc. de visitat. lib.2. cap. 14.num.12. Rota diuers.decis.574. num.6.par.1.aliàs Rotæ decisionis, refert Garz.de benefic. par.5. cap. 1.nu.104.licèt contrarium, probent Lambert. & alij quos refert, & sequitur Anton.var. resol.lib.1. resol. 40.numer.7. Communis tamen est opinio dicti laicale,& propterea absque sollemnitatibus transferri potest.

Supradicta tamen non procedunt in iure patronatus Ecclesiastico,quod tùnc propriè est, quando de bonis Ecclesiæ fuit fundatum, & alicui Ecclesiastico,tanquam Ecclesiastico competit,d.cap.1.vbi omnes de iur.patron. in 6.latissimè Garz.d.p. 5.cap.1.num.1.nam non potest absque sollemnitatibus alienari; Ratio est, quia ius patronatus dicitur seruitus,Innoc.in rubr.de iur. patron. Franch.in cap.1.nu. 4.eod. tit.in 6. Idcircò quando eidem Ecclesiæ donatur à Patrono, ipso iure extinguitur, quia res propria, sibi seruire non potest, l.si quis ędes, ff. de seruit. rustic.prædior.Franc.loc. citat. Neque etiam requiritur Episcopi assensus, quia Ecclesia efficitur libera,d.cap.1.At quando ab aliquo Ecclesiastico ad laicum transfertur, alienatur ius Ecclesiæ competens, & idcircò requiruntur sollemnitates,vt optimè Rota, apud Seraphin.decis.1312.quam decisionem per extensum,refert Ricc. loc. citat. decis. 43. idem probant Viuian. in prax.iuris patron.par.1. lib.4. cap. 1.num.14 Barbos.de offic.& potest. Episc.alleg.71.num.27.

Idem est etiam in concessione iuris patronatus Ecclesiæ liberæ, nam non potest Ordinarius concedere ius patronatus Ecclesiæ liberæ, Gl. in d.cap.piæ mentis,vbi Archidiac. & Gemin.Innoc.in rubr.de iur. patron.num.3 Io.And.in cap. 1. eod. tit.in 6.ibidem Archidiac.& Card. Abb.in cap.3.eod.tit.consil. 106. Felyn.in tract.Quando literæ Apostolicæ, num. 10.Lambert. loc. cit. lib.1.par.1.ar.4.q.10.num. 5.vers. limita,Ang.in summ.in verb.ius patronatus, §. 4. cumulat Menochius consil.90.in prin.Ricc.loc.cit.dec. 90. cùm non possit Ecclesiam in seruitutem redigere,vt per supracitatos. Et certa est iuris propositio, non posse Ordinarium ius patronatus Ecclesiæ iàm constructæ,& dotatæ ex priuilegio alteri concedere, nam aliàs diceretur alienare,& sub prohibitione alienationis, etiam supradicta concessio comprehenditur,cap.2.ibi, (*vel ipsos patronos,vel Aduocatos Ecclesiarum, seù bonorum ipsarum perpetuò, aut ad tempus non modicum statuendo*,) de reb Eccl. non alien. in 6. Et certum est non posse Episcopum ius patronatus ex priuilegio alicui concedere, Glos. in cap.nobis,in verb.de sua iurisdictione de iur. patron. Abb. in cap. quoniam,eod.tit.consil.28.& 106. lib. 2. Io. Andr. in cap. 1. eod. tit. Roccus loc.cit.in ver.pro eo, quod de Diocesani consensu, numer. 34. Staphil. de litt.gratiç,tit.de modo, & forma impetr.§.1.de iur.patron. prærogat.num.3.& 4.Rebuff.Lambert.& alij,quos probat Garz. referens Rotæ decisiones par.5.cap.9. num. 128. & hoc hodiè est indubitatum, ex Trident. sess. 25. cap. 9. propterea etiam si adesset possessio longissimi temporis,non posset Patronus se defendere, si concessionem iuris patronatus ex priuilegio ab Episcopo obtinuisset, ex quo constat de principio inualido,Paris. de consid benefic.q.28 num.240. Garz.loc.citat.num.129. vbi refert Rotæ decisiones.

Et procedunt supradicta, vt non possit Episcopus, neque Cappellæ in pristinam libertatem reuersæ ob defectũ patronorũ alteri ius patronatus

conce-

Digitized by Google

concedere, probat Garz. loc. cit. n. 130. allegat Abb. d. consil. 106. lib. 2. Roccum de Cur. loc. citat. in d. verb. pro eo, quod de Diocesani consensu, num. 34. Beroum consil. 44. num. 33. lib. 1. & sic dicit fuisse à Rota decisum in vna Nolana Cappellæ, seù Beneficij die 19. Ianuarij 1594. coram Arionio.

Menochius tamen d. consil. 91. num. 15. cùm multis sequentibus, probat posse Ordinarium concedere ius patronatus Ecclesiæ, quæ aliàs fuit patronata, & demum ad libertatem reuersa, probat, quia plus est bona Ecclesiæ in feudare, vel in emphyteusim concedere, quam ius patronatus, nam feuda Ecclesiarum non transeunt ad spurios, neque ad fœminas, benè tamen ius patronatus, Berou. in cap. 1. de iur. patron. n. 64. sed bona semel alienata, si ad Ecclesiam reuertuntur possunt, absque sollemnitatibus alienari, Bal. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. & supradictum est, ergò ità etiam in concessione iuris patronatus.

Quicquid sit à decisione Rotę non est recedendum, cùm non militet eadem ratio inter vtrunque casum, nam certum est non posse Episcopum ex priuilegio ius patronatus concedere, imò omnes concessiones in priuilegijs fundatæ fuerunt à Sacro Concilio abrogatæ exceptis tamen ijs, quæ Regibus, vel Iura Regalia habentibus fuerunt concessæ. Adest etiam alia dispar ratio, nam bona Ecclesiæ solita concedi, si ad ipsam reuertuntur possunt, absque sollemnitatibus concedi, durante tamen eadem causa, idest vtilitatis, vel necessitatis, ob quam primò loco fuit facta concessio, cap. fin. de feud. cap. vt super, vbi Innoc. & Abb. de reb. Eccles. non alien. Est communis opinio, quam probant Alex. consil. 9. vol. 3. Roland. à Vall. consil. 1. num. 95. vol. 1. Guid. Pap. decis. 100. Afflict. decis. 305. vbi Vrsill. num. 10. Ricc. loc. citat. decis. 125. Genuens. in pract. q. 24. Barbos. de auth. Episcop. alleg. 95. nu. 29. Et sic alienatio absque sollemnitatibus, non solùm fundatur in solito, sed in existentia legitimæ causæ: In concessione verò iuris patronatus Ecclesiæ ad libertatem reuersæ, aut dicimus Ordinarium ex legitima causa hoc facere, nempè, quia Ecclesia erat sine dote, & à nouo patrono dotatur, & in hoc casu certum est posse fieri, prout aduertit Abb. d. consil. 29. constat ex pluribus suprà allegatis, & cumulat Menoch. loc. cit. aut nulla existente causa, à Sacris Canonibus approbata, & tùnc certum est non *posse* Ordinarium ius patronatus Ecclesiæ, iàm constructæ, & dotatę alteri concedere, vt ex Glos. in d. cap. piæ mentis, vt supra fundatum est, cùm nō possit liberam Ecclesiam in seruitutem redigere; nec etiam potest ius patronatus ex *priuilegio alicui* concedere, cùm *sit contrà Trident.* sess. 25. de *Reform. cap. 9.*

An possint alienari sine sollemnitatibus bona donanda pro remuneratione seruitiorum. Cap. XXII.

IN donatione bonorum Ecclesiæ pro remuneratione seruitiorum, certum est pro tali causa bona Ecclesiæ alienari posse, Glos. in cap. consensus, in verb. familia, vbi etiam Abb. num. 4. & alij Canonistæ, de reb. Eccles. non alien. & in cap. per tuas, vbi Abb. num. 6. de donation. Glos. in l. iubemus nulli, §. scientes, in verb. permissum, C. de Sacrosan. Eccles. Probatur etiam in cap. quicunque Episcopi suffragio, vbi glos. & c. Ecclesiasticis vtilitatibus 12. q. 2. &

Digitized by Google

q. 2. & in cap. relatum, il ſecondo, ibi, (*aliqua iuxtà ſeruitij meritum conferantur*,) vbi Abb. Conar. & alij de teſtam. Oldrad. conſil. 226. Bar. in l. iuſta cauſa, ff. de manumiſſ. vindic. Paul. de Caſtr. conſil. 174. vol. 1. Ial. conſil. 222. lib. 2. latiſſimè cumulat Tiraquel. in repetit. legis ſi vnquam, in ver. donatione largitus, C. de reuocand. donat. Ratio concluſionis eſt, quia donatio remuneratoria, non dicitur propriè donatio, l. ſed ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred. & dicitur potiùs permutatio, compenſatio, ſeù debiti ſolutio, l. Attilius Regulus, vbi notabiliter Bar. ff. de donat. latè Tiraquell. loc. cit. nu. 11. Franc. Nig. controu. 270. nu. 8. & idcircò prohibita alienatione, vel donatione, non cenſetur prohibita donatio remuneratoria, Abb. in rubr. de donat. numer. 3. allegat Bar. in proemio, Digeſtor. ſic etiam fuit reſolutum a Rota coram Ludouiſio die 13. Februari 1609. in materia Bullæ Clementis VIII. prohibentis donationes à Regularibus faciendas, refert Ricc. dec. 227. par. 3. pro quo faciunt tradita per Rodriq. de Regular. q. 47. ar 4. tom. 2. & per Nau. in c. non dicatis 12. q. 1. num. 25. verſic. 12. infertur.

Adde, quod ſollemnitas, quæ requiritur in ſimplici donatione, non eſt neceſſaria in donatione remuneratoria, Alberic. in 1. par. ſtatut. q. 122. Alex. conſil. 24. lib. 3. & 142. lib. 4. Aretin. conſil. 27. col. 6. Franc. Bec. conſil. 55. num. 19. Clar. in §. donatio quæſt. 16. alios congerit Marius Antonin. var. reſol. lib. 3. reſol. 40. numer. 53. Idcircò quando feudum conceditur ab Eccleſia pro remuneratione ſeruitiorum poteſt ipſius natura alterari, vt ſolitum concedi pro maſculis, concedatur etiam pro fœminis, cap. 2. de leg Conrad. cap. 1. quemadm. feud. ad fœmin. pertin. Iacob. de Beluiſ. & Nicolau. de Neap. in cap. 1. de his, qui feud dar. poſſ. Cardinal. Florent. in cap. ex parte de feud. Ial. conſil. 10. col. penul. lib. 3. Tiraquell. loc. cit. & iure meritò licitum eſt leges tranſgredi propter alicuius benemerita, & ideò olim Summus Pontifex infeudabat Caſtra Eccleſiæ, benemerentibus, Bald. in l. cùm multa, C. de bonis, quæ liber. & Prælati conceduntbona Eccleſiæ benemerentibus, Bart. in l. iuſta cauſa, ff. de manumiſſ. vindic. Ioan. Andr. in addit. Specul. in rubr. de reb. Eccleſ. non alien. Ial. conſil. 227. verſic. 8. facit vol. 2.

Et non ſolùm perſonæ prohibitæ alienare poſſunt ex cauſa remunerationis donare, videlicèt, Tutor, Curator, Prælatus, Decurio, Ciuitas, & Procurator, vt latè de ſingulis, probat Tiraquell. loc. cit. num. 26. cum ſeq. ſed etiam bona prohibita alienari, poſſunt ex cauſa remunerationis donari, Bart. in proem. Digeſtor. in penul. col. & in l. ambitioſa in 1. col. ff. de decret. ab Ordin. facien. & facit Conſilium Paul. de Caſt. 285. in fin. vol. 2. vbi probat, quod licentia conceſſa teſtandi de certa quantitate, non includit diſpoſita ob merita, quia cùm abſque ſpeciali licentia ex iuris diſpoſitione poſſit Prælatus benemerentibus retribuere, cap. relatum de teſtam. talis diſpoſitio non includitur in gratioſa facultate diſponeni, obtenta à Summo Pontifice, quia gratia intelligenda eſt in ijs, de quibus ſine cauſa non potuiſſet, quis diſponere, ad hoc, vt aliquid operetur, l. ſi quando, ff. de leg. 1. cap ff Papa de priuil. in 6. Operabitur etiam gratia in ijs, quæ ſuprà meritum recipientis diſpoſuit, quod Iudicis arbitrio ſtatuendum eſt, Bar. in l. fin. ff. de his, quib. vt indig.

Aduertendum tamen eſt; Primò, quod non ſufficit ſimplex aſſertio meritorum, ex ſecunda ratione, prima, quia

quia poſſet, quis fraudulenter aſſere-re merita, & colorata ſeruitia Eccleſiæ præſtita, iuxtà tex. in d. l. iubemus nulli, §. ſcientes, ibi, (*coloratis ſeruitijs*,) prout legit Paul. de Caſtr. ibid. num. 6. idem probat Petr. de Anchar. in Clem. 1. in 4. notab. de reb. Eccleſ. non alien. Ial. conſil. 73. 2. col. volum. 3. Secunda ratio eſt, quia in caſibus permiſſis ex certa causa, non ſtatur ſimplici aſſertioni dicentis adeſſe cauſam, quæ actum validat, l. qui teſtamentum, ff. de probation. l. cùm quis decedens, §. Titij, ff. de leg. 3. notabiliter Bart. in l. ſi forte, ff. de pecul. & in caſu de quo agimus, notabilia ſunt verba, Io. Andr. in addit. Specul. in rubr. de reb. Eccleſ. non alien. ibi, (*abſit enim, quod in prohibitis regulariter, certi verò caſibus permiſſis ſtetur dicto dicentis caſum eſſe permiſſum.*) Idem fundat Paul. de Caſtr. conſil. 174. col. 2. verſic. ad hoc breuiter dicendum eſt, vol. 1. latiſſimè Dec. in l. ſi donatione, num. 18. Cod. de collation. poſt alios Antonin. dicta reſolut. 43. Adde, quod donatio ex cauſa remunerationis requirit æquiualentiam meritorum cùm rebus donatis, Bal. in l. illud, in 4. q. & in auth. vndè ſi parens in princ. C. de inoffic. teſtam. Bart. in l. ſi quis pro eo, §. item ſi filius, ff. de fideiuſſor. & in l. frater à fratre, ff. de condit. indeb. Alex. in l. ſi donatione, verſic. iuxtà prædicta quæritur, C. de collation. Dec. conſil 273. num. 2.

Secundò, aduertendum eſt, ſupradicta de donatione facienda à Prælato, abſque ſollemnitatibus procedere in bonis mobilibus, ſic enim probat tex. in cap. ſi quos de ſeruis 12. q. 2. vbi ſeruos benemeritos Eccleſiæ poteſt Prælatus manumittere, ſecus tamen in bonis immobilibus, nam requiruntur ſollemnitates, Bar. in d. l. iubemus, num 9. Bal. ibid. num. 25. & Paul. de Caſtr. num. 6. Innoc. in d. cap. relatum, Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. num. 62. Ratio eſſe poteſt, quia actus ex cauſa permiſſus debet commenſurari cauſæ quantitati, & tempori, colligitur ex d. cap. relatum, il ſecondo, & probat tex. in l. magis puto, §. item Prætor, ff. de reb. eor. &c. notabiliter Oldrad. d. conſ. 226. num. 8. vbi etiam tradit, quod finita cauſa permiſſionis, finita eſt permiſſio, & actus permiſſus, l. planè, ff. de oper. libert. l. quod dicit, §. fin. ff. ad leg. Iul. de adult. l. geometri, ff. de excuſation. tutor. Confirmatur, quia iura permittentia donationem ex cauſa meritorum loquũtur per dictionem (aliqua,) dictio verò aliqua ſignificat rem modicam, l. hanc legem, ff. de contrah. empt. & facit tex. in l. Diuus, ff. de bon. damnat. propterea non habet locum in bonis immobilibus, vt ſuprà ex Bar. Paul. de Caſt. & alijs probatum eſt, quia non eſt eadẽ ratio magnæ rei, & exiguæ, §. oportet in auth. de inſtrum. cautel. & fide, l. omnium, ff. de *impenſ. in* reb. dotalib. *fact. l. fin. ff. de donat.* int. vir. & vxor. Item quod permittitur in re exigua, & modica non eſt trahendum ad magnum notabiliter Oldrad. loc. cit. d. nu. 8. Merita autem alicuius, iuſta cauſa erunt aſſentiendi alienationi rerum Eccleſiæ immobilium, quia in ipſius Eccleſiæ vtilitatem redundat bẽnemeritos remunerare, Berou. in cap. nulli, col. 8. de reb. Eccleſ. non alien. Rodoan. loc. cit. rubr. 21. n. 24. Ricc. d. deciſ. 227. num. 5. & vtilitas Eccleſiæ non ſolùm conſideranda eſt in actibus perpetuis, ſed etiam temporalibus, cùm poſſint bona ſtabilia Eccleſiæ alienari pro colẽdis agris, vel colligendis fructibus, l. in fundo, & l. ſumptus, & l. ſi fundi, ff. de rei vendicat. Pro emendis item bobus pro cultura terrarum Eccleſiæ poſſunt immobilia alienari, Gloſ. &

Angel.

Digitized by Google

Angel. in §. si enim in verb. consistentem in auth. de non alien. Rodoan. loc. cit. rubr. 19. nu. 26. & 57. & eò magis pro retributione benemeritorum, idem Rodoan. loc. citat. rubr. 33. cas. 21. num. 12. & in prin. eiusdem tractatus, cap. 19. incipiente, nec donatio.

Ex hactenus dictis apparet fuisse rationabilem transactionem quandam initam inter Religiosos quosdam, & quendam Illustrissimum Marchionem, quæ alias in damnum Ecclesiæ dicenda fuisset. Religiosi enim prædicti respectum habuerunt ad veterem cùm vino, & pane eius amicitię conseruationem, & hoc putauerunt in magnam Ecclesiæ vtilitatem cedere. Si enim ex communi Doctor. sententia in commodo pecuniario magna adest Ecclesiæ vtilitas, iuxtà communem expositionem in cap. nulli ibi, vt meliora prospiciat. 12. q. 2. quantò magis id in amicitię conseruatione asserendam est, quæ omnibus humanis rebus præferenda est, cùm sit bonorum omnium summum, vt post Ciceron. de amicit. tradunt Ioan. de Lignan. tract. de amicit. tit. de necessit. & vtilit. amicit. num 4. tom. 12. tract. ciuil. & Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 20. dubit. 6. num. 4. Porrò vtilitatem quam ex amicis trahimus expressit Ecclesiæ, cap. 6. illis verbis amicus fidelis, protectio fortis: qui inuenit illũ inuenit thesaurũ, & habẽtur in l. 2. in prin. tit. 27. part. 4. 9 per cõgruas retributiones cõseruetur amicitia, docuit Philosoph. 8. ethic. vide Lignan. loc. cit. cap. de retribut. benefactor. num. 1. Hinc D. Ambr. lib. 3. officior. dixit multa toleranda esse pro amicorum conseruatione, quod idem ex multis fundat Greg. Lopez lege 5. tit. 27. partit. 4. in quo titulo Sapientissimus Rex Alphonsus IX Rex Hispaniarum multa sanciuit, circà amicorum adeptionem, & conseruationem, ex varijs Philosophorum dictis probans multum illos conferre ad politicam, & æconomicam gubernationem, quod etiam latissimè probat Io. de Lignan. in citato tractatu de amicitia.

Summus quoque Pontifex, Innoc. III. in cap. nisi specialis de offic. Legati pœnam remittit Cardinali Legato à Latere delinquenti ob amicitiam, ex quo tex. colligunt Canonist. & præcipuè Ancharan. amicitiam iustam esse causam pœnam remittendi prout patet, in cap. clerico. 50. dist. & in c. veniam 35. q. 9. Ecclesia itẽ vniuersalis multa læcularibus benefactoribus concedit patronis Ecclesiarum, vt ipsos Iuuenes in benefactores habeat & ad bonũ alliciat, & confirmet, vt post alios Couar. pract. quæst. c. 36. Habemus etiam idem esse vacare negotijs Monasterij, ac negotijs amicorum ipsius, quorum patrocinijs, & eleemosinis Monasterium fouetur, notabiliter Innoc. in cap. cùm I. & A. num. 2. de sen. & re iudic. nam per amicos Monasterij promouetur ipsius vtilitas, Abb. in cap. 2. num. 3. de postulan. Roman. singul. 278. idcircò omnia, quæ pro Ecclesiæ vtilitate licita sunt Regularibus, nempè officium procurationis, & aduocationis exercere permittuntur, etiam vt pro amicis Monasterij, ipsa gerant Felyn. in d. cap. cùm I. & A. num. 11. vbi allegat Butr. in cap. peruenit, in 1. notab. qui filij sint legitimi, & in cap. cùm. M. Ferrariensis 16. col. versic. item supplet de constit. & in cap. ex rescripto 2. col. de iur. iuran. Abb. in cap. 2. de postulan. Imol. in Clemen. & si principalis, col. 12. de rescript. Rot. decis. 2. de procurator. in antiquis.

Digitized by Google

Ecclesia rem pignoratam non luente, an possit illam creditor absque sollemnitatibus alienare.

Cap. XXIII.

REspondeo affirmatiuè, vtque adeò posse illam, creditorem alienare, eo modo, & forma qua priuatorum bona pignorata alienantur; Probatur conclusio; Primò, nam bona pupillorum legitimè pignorata absque sollemnitatibus alienari possunt, l. si pupillorum, §. 1. ibi, (*si pupillus dedit res pignori permissu Prætoris: nonnulla erit dubitatio, an alienatio possit impediri; sed dicendum est posse creditorem ius suum exequi,*) ff. de reb. eor. vbi Glos. in verb. exequi, addit, vendendo, sed quæ de venditione, & alienatione, bonorum pupilli dicuntur locum habent in alienatione bonorum Ecclesiæ, imò faciliùs bona Ecclesiæ alienantur, vt supraprobatum est.

Secundò, facit, nam in prohibitione alienationis absque certis sollemnitatibus non includitur alienatio necessaria, l. alienationes, ff. famil. erciſc. l. qui potuerit, ff. de manumiss. testam. l. cùm fidei hæredis, ff. de fideicommiss. libert. l. 1. ff. de fund. dot. l. peto, §. prædia, ff. de leg. 2. l. tutor, qui repertorium, ff. de administr. tut. latè Fran. Nig. contr. 309. nu. 8. cum seq. Sed pignoris alienatio non procedit ex voluntate Ecclesiæ, sed necessariò fit Iudicis authoritate, l. per subhastationem, l. creditor hypotecas, vbi Glos. & l. quæ specialiter, C. de distract. pign. nec potest pignoris distractio à debitore impediri, nisi facto deposito integri debiti, tàm capitalis, quàm vsuratum, l. fin. C. debitor. pignor. vendit. imped. non poss.

Tertiò, ad idem facit, Glos. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, in verb. isto modo, ff. de re iudic. vbi decidit ordinem introductum à d. l. à Diuo Pio, circà lententiarum exequutionem, & pignorum distractionem, etiam in bonis Ecclesiæ seruandum, nec aliquo priuilegio posse Ecclesiam pignoris distractionem impedire: Idē ibid. firmat Bar. ad quod etiam facit notabilis doctrina, Ang. in §. nos igitur, in auth. de non alien. quam refert, & sequitur Rodoan. loc. cit. cap. 6. num. 16. qui tradit, quod in hypoteca *generali* rerum Ecclesiæ *non est* attendendum tempus hypotecationis, quia illa permittitur, sed tantùm distractionis, si ad illam deueniretur, in hypoteca verò speciali, *vel pignore* tempus pignorationis attenditur, quia tùnc transfertur ius non autem alienationis, sed *in quæstione* proposita *supponitur pignorationem* legitimo modo *processisse*, ergò *in distractione nulla alia* requireretur *sollemnitas*.

Pro hoc etiam facit punctualis decisio Bar. in auth. hoc ius porrectum, nu. 20. C. de Sacrosan. Eccles. per hæc verba quæro, ponè quod Ecclesia pignorauit fundum, eo casu, quo sibi licèt, vndè creditor ex lege vult vendere pignus: vtrùm debebit seruare sollemnitatem huius legis, vel decretalium, in venditione. Respondeo, non, imò liberè poterit vendere sicut rem minoris, vel alterius priuati, tex. ex punctualis in l. si pupillorum, §. 1. ff. de reb. eorum, &c.

Adde quoque, quod in tali casu nulla erit necessaria subhastatio ex eo, quia sunt bona Ecclesiæ; Nam & si de iure ciuili in venditione rerum Ecclesiæ requiratur subhastatio,

alias

aliàs venditio nulla esset, dict. auth. hoc ius porrectum, & l. si tempora, C. de fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. de iure tamen Canonico nullibi reperitur id cautum, notabiliter Bal in d. auth. nu. 15. qui idem dicit esse in bonis minorum, dummodò absque fraude, & in casu licito fiat alienatio, allegat tex. in l. & si sanè, ff. de minor. vbi Gulielm. de Cuneo, idem etiam probant Angel. in repet. l. primæ, C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10. Specul. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum, verfic. hoc quoque, idem Bald. in l. ordo, ff. de except. & re iudic. idem probant in bonis Ecclesiæ, Franc. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Guid. Pap. decis. 139. in fine. Quod Bald. dictum satis rationabile est, nàm licèt pretium iustum multoties per subhastationem discernatur, l. fin. §. pen. C. de iur. domin. imper. l. officium, Cod. comm. diuid. d. auth. hoc ius porrectum, multoties enim ex calore licitantium pretium subhastationis, non dicitur iustum Ecclesia verò, quæ est cultrix iustitiæ, nec etiam pro se, aliquid iniustum fieri patitur, cap. 1. §. sed & diuersum de alienat. feud. pater. vbi Bal. & prohibet illusionem fieri in suis contractibus, Imol. in cap. cùm illusio de renunc. Roman. consil. 298. col. 2. Alex. consil. 83. vol. 7. offerenti iustum pretium bona sua concedit, non autem offerenti plus iusto, Glos. in cap. hoc ius porrectum, in verb. & plus 10. q. 2. vbi Archidiac. Abb. in cap. per tuas de donat. & in cap. 1. de empt. & vendit. & consil. 61. num. 4. Roman. sing. 762. est communis opinio, quam probat Viuius decis. 145. Carrot. dec. 99. Ricc. loc. cit. cap. 60.

Licèt autem communis sit praxis, quod bona Ecclesiæ subhastentur, & plus offerenti liberentur facta tamè consignatione, & si maior oblatio aduenìat, non reuocatur, Berou. cons. 88. num. 41. vol. 1. Ricc. loc. cit. est notandum, quia contrarium practicatur, & licèt ex iuris dispositione minori competat restitutio aduersus lucrum omissum, l. ait Prætor, §. fin. ff. de minorib. & idcircò in venditione bonorum minoris, etiam ipsa perfecta, admittitur noua oblatio maioris pretij, ad hoc ne minor lucrum amittat, l. & si sine dolo, ibi, *(si res eius vendiderit, & existat, qui plus licitetur, an in integrum propter lucrum restituendus sit. Et quotidie Prætores eos restituunt, vt rursum admittatur licitatio,)* ff. de minor. & Guido Papa, idem dicit fore seruandum in bonis Ecclesiæ, decis. 536. Idè esse in fisco, & in bonis vniuersitatum, probant Bar. in l. si tempora, C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10. Guttier. pract. qq. cap. 38. Auiles cap. 33. Prætor. in verb. de puiar, refert Rouit. pragm. 1. de minor. Vera tamen est resolutio, quod completo contractu, & tradita possessione rei Ecclesiæ non reuocatur alienatio ex noua, & maiori oblatione; Ratio est, quia licitatio non probat certè, & verè iustum pretium, nec rei valorem, Herculan. in l. pretia rerum, verfic. circà quintum, ff. ad leg. falc. Cremens. in repet. l. 2. num. 103. C. de rescind. vendit. quia licitatione alioquin solent esse animosæ ob inuidiam emptorum, l. licitatio, ff. de public. & vectig. vel quia res, quæ venditur fuit maiorum, l. si in emptione, ff. de minor. l. lex, quæ tutores, C. de administr. tutor. vel ratione vicinitatis, l. si cui fundus, ff. de leg. 1. Idcircò Napodan. in consuetud. 1. de iur. congr. in verb. fuerit, dixit non esse faciendam rei æstimationem secundum subhastationem, in qua plerunque fit fraus, & ità practicari in Sacro Consilio, testatur Franch. decis. 4. nu. 10. Igitur si pretium subha-

Digitized by Google

stationum non est certum, neque verum ergò in alienatione rei Ecclesiæ, de ipso non est habenda ratio, quod eo magis procedit, quando completo iàm contractu noua insurgit oblatio, quæ nullo modo recipienda est, cùm Ecclesia sit cultrix iustitiæ, vt supraprobatum est. Attendenda est doctrina, Ber. in d. consil. 88. num. 41. vol. 1.

Quid si adsit vtilitas, vel necessitas, absint verò solemnitates, & Eccclesia non reluctetur. Cap. XXIV.

LIcèt secundùm veriorem opinionem in alienatione bonorum Ecclesiç, non solùm requiratur causa, sed etiam sollemnitas, Glos. in cap. ad nostram, in verb. enorme de reb. Eccles. non alien. & altero deficiente, actus corruit, cap. fine exceptione, vbi Laurent. de Rodul. 1. 2. q. 2. Socc. qui testatur de communi consil. 29. num. 8. lib. 1. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. Mol. de contrac. disp. 468. & sic pluries à Rota decisum, & à Sacro Consilio Neapolitano, vt constat ex adductis in principio huius quæstionis; tamen supradicta procedunt Ecclesia reluctante, non tamen ipsa tacente, nec defectus sollemnitatum poterit ab altera parte opponi, Innoc. Hostien. & Zabarell. in cap. 1. de his, quæ fiu. à Præl. fin. consil. Capit. Abb. in diuersis fallacijs, num. 5. de cleric. coniug. Felyn. in cap. ad nostram, num. 13. de iur. iur. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 31. de constit. Rot. Roman. diuers. decis. 261. vol. 1. & decis. 133. vol. 2. Seraph. decis. 374. Put. decis. 310. lib. 1. & decis. 365. lib 2. Rodoan. loc. cit. q. 47. & 58. Ricc. in 1. par. decis. decis. 192. nu. 5. & in prax. alien. decis. 7. Probat etiam Glos. notab. in l. cùm hi, S. transactionem, ff de transact. Ratio conclusionis est, quia cauta à Paulo Secundo in extrauagant. ambitiosè, cautum fuit non solùm ex legitimis causis, sed etiam cùm assensu bona immobilia Ecclesiæ pretiosa vendenda esse, fuit ad hoc, ne bona ipsa dilapidentur, & Ecclesiæ conditio deterior fiat, sed quando melior fit Ecclesiæ conditio ex existentia veræ causæ cessat ratio dissipationis, ergò cessat etiam & dispositio.

Ad quod facit, quod licèt transactio super alimentis absque decreto non valeat, si tamen melior fit conditio eius, qui alendus est *subsistetur* transactio, d. l. cùm hi, S. eam transactionem, vbi Glos. idem dicit esse in minore, & Ecclesiæ, & licèt aliqui supradictæ Glosę contradicant, multi tamen ipsa sequuntur, & in specie Dyn. in l. si fundus sterilis, ff. de reb. eor. Iacob. de Aret. in l. magis puto, S. si es, ff. eod. *Alberic. in aut. hoc ius porrectum, col. vlt.* C. de Sacrosanct. Eccles. *Bal. in d. S. eam transactionem*, & in l. contra ius, ff. de pact. & in l. ità constante, ff. de iur. dot Io. Faber in §. & ne huius, Instit. de eo, qui liber. caus. Cardinal. Florent. in Clemen. 1. de reb. Eccles. non alien. latè congerit Tiraquell. de legib. condubial. in verb. de Son Marij, Glos. 8. nu. 62. cum seq.

Et facit generale dictum, quod quando in aliquo actu requiritur certa sollemnitas fauore alicuius, valet actus si est vtilis, licèt fiat absque requisita sollemnitate, probatur in l. non ideò minus, C. de procurat. & l. nec tutores, C. de contrah. & committ. stipul. l. si filius, ff. de rit. nuptiar. l. multi non noti, ff. de lib. & posthum. l. filius patrem, C. de inoff. testam. §. 1. vbi Glos. Instit. de auth. tutor. ibi, (*namque placuit, meliorem conditionem*

Digitized by Google

conditionem licere eis facere sine authoritate tutoris,) Idem probatur in l. 1. C. de auth. præstan. & in puncto de quo agimus, tradun Alberic. in l. 1. ff. de quib. loc. sacr. Imol. in l. cùm lex, ff. de fideiussor. cumulat Pinell. in l. 1. par. 3. num. 31. C. de bon. mater.

Multa traduntur in iure, & à Doctoribus consona, huic doctrinæ, & ex quibus, quæ hactenus diximus confirmantur. Et Primò, licèt obligatio pupilli absque tutoris authoritate nulla sit, in ipsius tamen commodum valet, l. si pupilli, ff. de negot. gest. l. pupillus, §. 1. ff. de auth. tutor. l. 1. ff. de vsucap. pro emptor. Glos. in l. 2. ff. de acceptilation. latè cumulat Tiraquell. loc. cit. num. 66.

Secundò, omnis, cui interdicta est bonorum administratio potest absque sollemnitate cõditionem suam reddere meliorem, l. is cui bonis, vbi Ias. Roman. & Barbat. ff. de verbor. oblig. & l. cui bonis, C. de nouation. Bal. in repetition. l. primæ, q. 12. C. de Sacrosanct. Eccles.

Tertiò, licèt Ecclesia non possit stare in iudicio absque Prælati authoritate, cap. causam de iudic. sententia tamen in ipsius beneficium, lata valet, l. non eo minus, C. de procurat. Io. And. Cardin. Imol. Abb. Felyn. & Dec. in d. cap. causam.

Quartò, sententia lata in beneficium minoris valet, d. l. non eo minus, vbi Ias. Glos. in l. neque tutores, vbi Bal. & Salicet. C. de procurator. Idem est in sententia lata in beneficium pupilli, qui absque tutoris authoritate in iudicio steterit, Glos. in l. 1. C. qui legit. person. Abb. in d. cap. causam, Alex cons. 59. col. 2. lib. 2. [cùm tamen certum sit gesta à minore, & pupillo absque tutoris authoritate nulla esse.

Quintò, causa fiscalis non potest absq; fisci patrono expediri aliàs sententia nulla esset, & hoc propter fisci priuilegium, l. non intelligitur, §. Diuus, & l. si fiscus, ff de iur. fisc. valet tamen sententia in sui beneficium lata, absente patrono, Glos. in d. §. Diuus, Io. Andr. & Abb. in cap. 1. vt lit. non contest.

Sextò, alienatio dotis ab vxore facta absque mariti consensu, non valet, secus tamen si in vtilitatem contrahat, l. fin. ff. de iur. dot. Bal. in l. si extimatis, ff. sol. matrim. Bal. nouel. in tract. de dote par. 7. priuil. 1. in 2. & 3 fallent.

Septimò, mulier prohibita disponere à statuto absque propinquorum consensu poterit vtiliter contrahere, nam statutum prohibitiuum intelligitur de cõtractibus damnosis, non autem de vtilibus, Bald. in l. neque per illum tex. Cod. de contrah & committ. stipulat. & in l. 1. ff. de contrar. iud. tut. Ang in l. 2. ff. de acceptilation Alex & Rom. in l. si quis mihi bona, § fin. ff. de acquir. hered. & in l. mutuum, ff. eod. cumulat Tiraquell. loc. cit. num. 79.

Octauò, Procurator Cæsaris non potest transigere absque speciali mandato, l. transactiones, C. de transact. vel Principe inconsuto, l. 1. §. si rem, ff. de offic. procur. Cæsar. transactio tamen in Principis commodum facta valet, Glos. in l. nulli, C. de transact. Petr. de Anchar. Abb. & Barbat. in cap. contingit de transactionibus.

Nonò, Regularis non potest absque consensu Superioris contrahere, idem est in Rectore Ecclesiæ absq; Episcopi authoritate, valet tamen contractus si vtiliter gestus sit, Ant. de Butr. in cap. cum olim, il secondo, de priuil Lap. & Dominic. in c. 1. de pact. in 6. cumulat Felyn. in c. causam, quæ, il primo, de Iudic. Tiraquell. loc. cit. nu. 82.

Decimò, contractus de rebus Ecclesiæ, ipsa vacante, non valet, cap. si quæ de rebus 12. q. 2. si tamen in

Eccle-

Digitized by Google

Ecclesiæ, vtilitatem cedat, poterit Prælatus successor ratum habere, Glos. in cap. 1. ne sed vacan. Paris. consil. 16. nu. 101. vol. 2.

Doctrina in conclusione tradita, nempè, vt valeat alienatio amplianda, est, vt procedat etiam stante iuramento de non alienando inconsulto Summo Pontifice; Ratio ampliationis est, nàm cùm actus alienationis subsistente legitima causa, assensu tamen deficiente ex iuris dispositione substineatur, vt supra probatum est, iuramentum, de non alienando, cui per alienationem absque assensu controuenitur non reddit actum inualidum, benè tamen illicitum, quia assensus Summi Pontificis ex vi iuramenti non ingreditur substantiam contractus, sed est de requisitis ex parte Prælati alienantis, qui contraueniendo efficitur periurus, & illicitè contrahit, non tamen nulliter, Ias. in l. ea, quæ, num. 23. ff. de verb. oblig. & colligitur ex cap. sicut, cap. ex litteris, & cap. de illis de sponsal. Innoc. & Abb. in cap. dilecto, de præben. & in cap. intellectu de iure iuran. Bart. in l. si quis in principio testamenti, col. fin. ff. de leg. 1. latè Azor. in summ. tom. 1. lib. 11. cap. 6. q. 3. Sanch. de matr. lib. 6. dis. 16. Sic secundum testamentum factum ab eo, qui iurauit primùm non reuocare valet, Bar. in d. l. si quis in principio testamenti, sic etiam reuocatio procuratoris facta ab eo, qui iurauit non reuocare, valet, cap. fin. de procur. in 6. Item, qui promisit domum vendere Caio, & non alteri, si posteà alteri vendat tenet contractus, Imol. in cap. cùm contingat de iure iur. Et communis est resolutio, quod nullus potest in actibus à propria voluntate dependentibus taliter se iuramento obligare de actu aliquo non faciendo, quod si posteà contraueniat, nõ validè faciat, licèt iniustè nisi tamen adsit dispositio legis irritãtis actum contra promissionem, & iuramentum factum, Soccin. consil. 44. num. 25. volum. 2. vbi alios allegat, quod etiam probant Gomes. variar. resol. cap. 2. de contract. num. 20. vers. 7. principaliter, & in puncto de quo agimus alienationis bonorum Ecclesię; tradunt Geminian. & Franch. in cap. licèt de iur. iur. in 6. Henrich. Boich. in cap. vt super, §. possessiones de reb. Eccles. non alien. sic pluries Rota, probant Crescent. decis. 3. de iure iur. Ricc. loc. cit. decis. 11.

Quid dicendum in alienatione cum notoria Ecclesiæ vtilitate. Cap. XXV.

QVando constat de notoria, & euidentissima Ecclesiæ vtilitate, vt puta, si aliquid immobile Ecclesiæ vendatur, & statim vtiliores res emantur, absque sollemnitatibus tenet *contractus, Afflict. in rubr. de vassall. qui contr. constitut. Lothar. feud. alien.* num. 2. allegat Bal. in l contra iuris, ff. de pact. & in l. cùm ij, vbi etiam Gulielm. de Cuneo, ff. de transact. Glos. in l. 2. Cod. de acceptilation. Idem probat Soccin. Iun. cons. 28. num. 10. lib. 2. Paris. consil. 16. num. 99. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 4. tit. 7. num. 28. Ratio conclusionis est, quia sollemnitates in alienatione bonorum Ecclesiæ requiruntur ad hoc, vt constet de ipsius euidenti vtilitate, sed in claris non est opus coniecturis, l. continuus, §. cùm ità, ff. de verbor. oblig. ergò, sic in puncto probant Cardin. in Clem. 1. in princ. de reb. Eccles. non alienan. Andr. Barbat. in rubr. eiusd. tit. col. 4. versic. 3. limita, id circò Felyn. consil. 42. tradit, quod successor in beneficio non potest

reuo-

Digitized by Google

reuocare concessionem cũ notoria Ecclesiæ vtilitate factam licèt, absque assensu, idem probat Genuens. in prãct. Eccles. q. 136.

Quod etiam confirmatur, quia in notorijs relaxantur iuris sollemnitates, cap. ad nostram, il terzo, de iure iur. Notoria insuper non egent cognitione, cùm in ipsis absque vlla cognitione sententia proferenda sit, Innoc. in cap. ex parte de verb. signif. Franch. in cap. nouit de appellat. Item in notorijs omnis sollemnitas iuris censetur remissa, & omnis ordo, etiam stante iuramento de ordine aliquo, vel sollemnitate obseruanda, Dec. consil. 544. incipiente Serenissimus Imperator; Idcircò in notorijs fertur sententia contra absentem, & in auditum, cap. cùm olim, ibi, (*licèt absentes*,) de sent. & re iudic. Et quando denuntiatur notorium non requiritur præcedens caritatiua monitio, prout aliàs requireretur, cap. 2. & c. dilectus de accusat. cap. nouit de iudic. cap. licèt Heli de Simon. cùm in notorij ordo, sit ordinem non seruare, Bal. in cap. ad nostram de iure iur. Nec est citandus is, cui notorium est nullam competere defensionem, Abb. & Felyn. in cap. cùm causa de rescript. Abb. in cap. vestra de cohabit. cler. & mulier. Idcircò substinetur contractus alienationis bonorum Ecclesiæ absque assensu cùm notoria tamen ipsius vtilitate, latè probant Ric. in 1. par. decis. Cur. Archiep. decis. 192. & licèt ex dispositione Paulina requiratur euidens vtilitas cùm assensu, & alterò deficiente, actus corruit, vt suprà in principio fundatum fuit, stante tamen notoria, & euidentissima vtilitate, substinetur contractus, vt suprà probatum est.

In hoc aut constare debet de notoria vtilitate, nam multoties aliqua dicuntur esse notoria, quæ verè non sunt, cap. consuluit, il primo, ibi, (*sed cùm multa dicuntur notoria, quæ non sunt*,) de appellat. Notorium propriè dicitur, quod ità clarum, & euidens est, vt latere minimè possit, cap. tua, & cap. nostra de cohabit. cler. & mul. vbi Bald. & Abb. cap. Sacerdotali 61. dist. & cap. quod suspecti 3. q. 5. Et omnibus sui notitiam exhibet, l. 2. Cod. quando, & quib. quar. par. debea. lib. 10. Et nulla tergiuersationem celari potest, congerunt Menoch. de arbitr. cas. 166. Azoued. in leg. 1. tit. 2. lib. 6. num. 196. cum seq. & in leg. 3. tit. 18. lib. 8. Notorium etiam dici potest, quod ex actis resultat, Soccin. Sen. consil. 38 col. 8. lib. 1. Soccin. Iun. consil. 16. num. 18. lib. 1. Paris. consil. 111. num. 7. lib. 4. Neuizan. consil. 81. num. 31. Vel remittitur Iudicis arbitrio, Bart. in l. Scriptus, num. 2. ff. de relig. & sumpt. funer. Syl. in sum. in verb. notorium, Ant. Gomes. variar. resol. tit. de delictis, cap. 1. num. 42. Menoch. d. cas. 166.

Si causa vtilitatis ob quam facta est alienatio cèsset reuocetur ne alienatio. Cap. XXVI.

REspondendum negatiuè, ex Bal. consil. 334. lib. 1. Bonifac. Vital. in Clem. 1. num. 58. de reb. Eccles. non alien. Afflict. in rubr. de vassall. qui contr. constit. Lothar. benefic. alien. in vsib. feud. Calder. consil. 5. de permutat. Alex. consil. 16. num. 41. lib. 1. Alciat. consil. 37. num. 5. Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. Glos. 1. num. 10. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 4 tit. 7 num. 30. Sic fuisse decisum à Rota coram Seraphino die 13. Iunij 1578. refert. Mantic. loc. cit. Aliàs decisiones, congerit Ricc. loc. citat. decis. 14.

Nam

Digitized by Google

Nam sufficit melioratio conditionis Ecclesiæ tempore contractus, Glos. in c. ad aures de reb. Ecc. non alien. in verb. nisi fortè tunc allegat tex. in cap. cùm dilecti, de empt. & vend. cap. dudum, il primo, de elect. & l. ex mille, §. 1. ff. de euiction. facit etiam tex. in l. 1. in fin. C. de prædijs, & omnib. reb. nauicul. lib. 11. vbi Luc. de Penn. sequitur Aflict. in d. rubr. num. 3. & facit tex. in l. sed an vltro, §. 1. ibi, (*sed sufficit si vtiliter cepit, etiam si effectum non habuit*,) ff. de neg. gest. Facit etiam quod in alienatione attenditur tempus contractus, l. si voluntate, C. de rescind. vend. Paris. consil. 14. vol. 4. Rain. consil. 85. in fin. lib. 1. Guid. Pap. decis. 150.

Et licèt differat alienatio ex necessitate ab alienatione ex causa vtilitatis; Nam alienatio ex necessitate, omninò subsistit, etiã quod malum exitum habeat, nam sufficit rationabiliter fuisse in principio factam, d. l. sed an vltro, §. 1. quę verò ex causa vtilitatis fit, requirit euidentem vtilitatem, nàm vtilè dicitur, quod rem meliorem facit, & deteriorem esse non sinit, l. quod dicitur, §. fin. ff. de impens. in reb. dotal. fact. cum leg. seq. l. impensæ, ff. de verb. & rer. signific. requirit item quod Ecclesia efficiatur locupletior, l. si pupilli, ff. de neg. gest. facit tex. in cap. sine exceptione, ibi, (*vt meliora prospiciat*,) 12. q. 2. vbi Archidiac. Laur. de Rodul. & Gemin. & supradictam distinctionem, sequitur Rota diuers. par. 2. decis. 65. Pro veritate tamen dicendum est sufficere adesse vtilitatem tempore contractus, ad hoc, vt alienatio subsistat, pluries Rota refert Ricc. loc. cit. decis. 14.

Benè tamen potest Ecclesia cessante vtilitate per beneficium restitutionis in integrum succurri, d. l. si pupilli, glos. in d. cap. sine exceptione. Nisi tamen ex causa naturali, vel accidentaria, absque tamen hominis ministerio vtilitas cesset, vt puta, si naturaliter, aut terremotu res pereat, l. verum, §. si locupleti, ff. de minorib. ibi, (*& quod fato contigit, cuiuis patrifamilias, quamuis diligentissimo posse contingere*,) vel nisi ex accidentibus post contractum res deueniat ad casum, in quo Ecclesia non sit neque in damno, neque in lucro, nàm tùnc Ecclesia nõ restituitur, cùm sufficiat nihil ad lesionem diuinæ domus fuisse factum cap. hoc ius porrectum 12. q. 2. Gl. in d. cap. sine exceptione, Rodom. loc. cit. rubr. 19. de causa vtilitatis.

Aduertendum tamen est, quod attendendum est tempus, in quo perficitur contractus, Bal. in l. si quis eum, §. si suo, ff. de vulg. & pupill. substit. & idcirco in contractu emphyteutico, qui necessariò requirit scripturam, l. contractus, C. de fid. instrum. Iaf. in l. 1. C. de iur. emphyt. Aff. & decis. 72. attenditur tempus confectæ scripturæ, Genuens. in prax. cap. 103. n. 3. sic etiam attenditur tempus assensus Apostolici, & interpositionis Decreti à Commissarijs, quando in supplicatione Summo Pontifici porrecta expositum fuit, quod supplicantes intendunt contrahere, secus tamen est, quando fuit assertus contractus in supplicatione, & à Papa confirmatus, nàm cùm talis confirmatio det robus contractui, Dec. in rub. de confirm. vtil. vel inutil. attendendus est dies contractus, non autem dies assensus ad iudicandum vtilitatem Ecclesię Genuens. loc. cit.

Attendendum est, etiam tempus contractus ad iudicandam vtilitatem Ecclesiæ, quando alienatio fit tempore ordinario, non autem extraordinario, & calamitoso, vt puta, si alienatio fieret tempore belli, vel pestis, nam vtilitas talis temporis non est in consideratione, Alexan. Imol.

Digitized by Google

Imol. & Herculan. in l. pretia rerum, ff. ad leg. fal. Paul. de Caſtr. conſil. 109. col. 1. lib. 1. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 65. numer. 7. cum ſeq. Vndè alienatio bonorum Eccleſiæ facta tempore belli, in quo parum Eccleſia vtilitatis recipiebat non ſubſtinetur, Cuman. in d. l. pretia rerum, Affl. deciſ. 87. nu. 3. Grammat. deciſ. 76. nu. 3. Carotius deciſ. 29. pluries Rota, refert Ricc. loc. citat. deciſ. 1. num. 3.

Et non ſolùm ſufficit vera, & euidens vtilitas tempore contractus, ſed etiã ſufficit putatiua, vt puta, quod per contrahentes bona fide, & per Commiſſarios adhibitis debitis ſolemnitatibus iudicatum fuit, adeſſe Eccleſiæ vtilitatem; Nàm licèt à parte rei non adſit ſubſtinetur contractus, Gloſ. in cap. ad Apoſtolicam, in ver. pro futurum de ijs, quæ fiu. à Præl. ſin. conſil. Capit. allegat tex. in l. tutor, qui repertorium, §. 2. ff. de admiſtr. tutor. probat etiam Gloſ. in cap. tua, in verb. dubium, eod. tit. de his, quæ fiu. à Præl. ſin. conſ. Capit. idem probant Anchar. in d. cap. ad Apoſtolicam, num. 11. Abbas conſil. 41. n. 3. vol. 1. Felyn. conſil. 17. num. 13. Flamin. de Rubeis conſil. 13. num. 6. Alciat. conſ. 17. num. 7. Ricc. loc. cit. deciſ. 15. & confirmatur, nam quando ſeruatur forma à iure præſcripta cẽſetur alie nationem in vtilitatem Eccleſiæ ceſſiſſe, Bald. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. ſequitur Alex. conſ. 79. vol. 1. Bal. in cap. ſicut, num. 7. de re iudic. notabiliter dixit, quod quando interuenit decretum Superioris præſumitur, quod actus ſit vtiliter geſtus, argumento tex. in l. 1. C. de Prædijs Curial. lib. 10. Rodoan. loc. cit. rubr. 19. de cauſa vtilitatis, num. 78. congerit Franciſc. Nig. controu 182. num. 8 facit tex. in d. cap. ſicut, ibi, (*propter authoritatem iudiciariam præſumi debet omnia legitimè proceſiſſe,*) & in ſpecie, de qua agimus, tradit additio ad Guid. Pap. deciſ. 151. in verb. vtilitatis, benè tamen poterit Eccleſiæ per viam reſtitutionis in integrum ſuccurri.

Alienatio Summi Pontificis authoritate facta nullas requirit ſollemnitates, vt neque mobilium alienatio, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Cap. XXVII.

RAtio primi dicti eſt, quia authoritas Summi Pontificis ſupplet defectum omnium ſollemnitatum, cap. quoties de pactis, cap. 1. de tranſaction. Paul. de Caſtr. conſil. 229. col. 1. & conſil. 287. col. penul. lib. 1. Idcircò quando talis authoritas interuenit, remittuntur iuris ſollemnitates, ſic Abb. in propria materia, conſil. 41. num. 3. lib. 1. allegat tex. in cap. ad audientiam, il ſecondo, de Eccleſ. edif. vbi ex ſimplici indulto Summi Pontificis Eccleſia Sæcularis conceditur Regularibus Concluſionem, etiam probant Ruin. conſil. 161. nu. 26. vol. 1. Berou. conſil. 72. num. 12. Rolan. à Vall. conſil. 96. num. 21. cum ſeq. lib. 1. Et aſſenſus Summi Pontificis, idem operatur, quod decretum Iudicis ſollemniter emanatum, l. 2. C. quando decr. opus non eſt, vbi Bal. in princip. dicit tex. illum quotidiè practicari in Eccleſijs, & Hoſpitalibus impetrantibus à Papa alienationem alicuius rei, idem probat Archidiac. in cap. ſi Epiſcopus 12. q. 2. Fran. Becc. conſil. 3. num. 28. Cephal. conſil. 9. numer. 10. Ruin. conſil. 35. num. 22. & 157. num. 3. & num. 25. lib. 1. Capyc. deciſ. 16. num. 4. Surd. conſil. 245. num. 39.

Digitized by Google

Item quando interuenit rescriptum Summi Pontificis sufficit, vt verba rescripti seruentur, nec alia sollemnitas requiritur, Franch. in cap. 1. in 6. col. de reb. Eccles. non alien. Io. de Imol. consil. 116. Capyc. loc. cit. Nam qui habet verbum Superioris non indiget verbo inferioris, Ruin. d. consil. 157. nu. 25. Rolan. à Vall. consil. 96. num. 22. cum seq. lib. 1. Ad quod facit Glos. notabilis, in l. si quando in prin. C. de inoffic. testamen. quam ibid. sequuntur Bald. Salyc. & Ias quæ dixi, quod facultas testandi à Principe concessa, si inhabili conceditur ipsum reddit habilem ad testandum, si verò habili facit, vt absque sollemnitatibus possit testari, ex ratione supra allegata, quia d assensus Principis supplet defectum sollemnitatis, & ipso interueniente remittuntur, Dec. consil. 341. num. 12. circà medium, versic. & quando concessio.

Idem Decius asserit eodem modo de Legato à Latere esse sensiendum, ex quo Summo Pontifici æquiparatur, cap. hi, qui, §. cum quoque de præben. in 6.

Intelligitur autem supradicta, quando absque vitio subreptionis, vel obreptionis assensus Summi Pontificis interuenit, nam aliàs actus non validaretur, Dec. consil. 142. num. 5. versic. non obstat, Ruin. d. consil. 147. num. 4. & 11. Abb. consil. 34. lib. 2. Rot. diuers. par. 2. decis. 65. Thusc. in verb. alienatio concl. 263. num. 103.

Intelligitur etiam, vt per assensum Summi Pontificis intelligantur remissæ sollemnitates, non tamen iustitia causæ videlicèt, vt alienatio bonorum immobilium, vel mobilium pretiosarum Ecclesiæ, fiat ex causa vtilitatis, vel necessitatis; Ratio est, quia per authoritatem Summi Pontificis remittuntur sollemnitates contractus, non tamen substantia ipsius, quæ in casu, de quo agimus est legitima causa alienationis, Egid. Bellamera consil. 33. nu. 44. & seq. Capyc. d. decis. 16. Surd. d. consil. 245. num. 46. Thusch. in verb. alienatio, concl. 281. num. 50. & concl. 173. num. 46.

De bonis verò mobilibus, quæ seruãdo seruari non possunt, secundum communem resolutionem dicendum, absque sollemnitatibus ea posse alienari, Glos. in sum. 12. q. 2. & in c. nulli, in verb. immobilem de rebus Eccles. non alien. Nau. cons. 4. eod. tit. Rebuff. in compend. alienat. nu. 25. Soccin. reg. 110. num. 2. Vgolin. de potest. Epscop. num. 5. Rodoan. loc. cit. rubr. 33. cas. 3. & rubr. 10. Molin. de contract. disp. 465. Ricc. loc. cit. dec. 73. Et probatur in tex. in l. lex, quę tutores, ff. de administr. tutor. vbi in alienatione bonorum minoris, quæ seruando seruari non possunt non requiritur decretum, concordat tex. in l. fin. C. quando decr. opus non est.

Et procedit dictum, etiam *in bonis se mouentibus, cùm idem ius sit, quod in bonis mobilibus*, l. mouentium, ff. de verb. signif. Glos. in l. à Diuo Pio, §. 1. in verb. mouentium, ff. de re iudic. & in puncto de quo agimus, probant Hostiens. in cap. ne Præl vic. suas, Alberic. in auth. hoc ius porrectum, Cod. de Sacrosanct. Eccles. Rodoan. loc. cit. rubr. 10.

Idcircò serui fugitiui Ecclesię, absque sollemnitatibus vendi possunt, cap. fugitiui, cap. terrulas 12. q. 2. procedit tamen venditio, si fiat sub conditione si apprehenduntur, l. quid sit fugituus, §. idem rectè, ff. de ędilit. ędit. Rodoan. d. rubr. 10. Sic etiam boues, hędi, oues Ecclesiæ, & similia animalia, absq; sollemnitatibus alienari possunt, vt per supracitatos; Secus tamen est in bobus, & animalibus destinatis ad culturam Prædiorum Eccclesiæ, Bellamer. in cap.

Digitized by Google

in cap. Abbatibus in 3. col. versic. expone 12.q.2.Rodoan.loc.cit.nu. 6. Sicut dicimus de seruis ascriptitijs fundi, qui & si mobilia, & mouentia sint, iudicantur, tamen inter immobilia, ex quo dicũtur pars instrumentalis fundi, l. iubemus, C. de Sacrosanc. Eccles l. si quis inquilinus, ff. de leg. 1. cap. nulli, vbi Abb. in 2. notab. de reb. Eccles. non alien. Et serui rustici destinati ad culturam dicuntur membra terrę, l. cùm satis, C. de agric. & cens. lib. 11. idcirco ratione connexionis cùm prædijs iudicantur tanquam immobiles, & facta alienatione prædij, veniunt etiam serui destinati ad culturam, cap. 2. de Iudæis, vbi licèt Iudæis prohibitum sit mancipia Christiana possidere, empto tamen prædio mancipia destinata ad ipsius culturam transeunt in ipsorum dominium.

Quæ autem dicta sunt de animalibus Ecclesiæ, quod tanquam mobilia, seù mouentia alienari possint, absq; sollemnitatibus non procedunt in grege, nam grex animalium Ecclesiæ non potest absque assensu alienari, Mol. d. disp. 465. fœtus tamen benè alienantur, vt per eundem ratio conclusionis est, quia grex iudicatur, vti quid immobilè, tradit Rodoan. loc. cit. rubr. 10. num. 32. Vel melius dici potest Gregem animalium dici rem mobilem, quæ seruando seruari potest, cùm ex fœtibus fiat summissio in locum mortuorum §. sed & greges, vbi Glos. in verb. ex fœtu, instit. de rer. diuis.

Quod diximus in conclusione procedit, etiam in bonis mobilibus pretiosis, quæ seruando seruari non possunt, Io. Andr. & Zabarell. in d. cap. nulli, Glos. in cap. tua, in verb. tractatu de his, quæ fiu. à Præl. fin. consil. Cap. vti sunt vestes attritæ, quæ quotidie veterascunt, Glos. in cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6. in verb. immobilia, & in cap. is cui in eod. verb. immobilia, de elect. in 6. Vide, quæ diximus suprà c. 12. Ricc. loc. cit. decis. 73. Et probatur, nam is, cui interdicta est bonorum administratio, potest vendere bona, quæ periculo subiacent, Bal. in cap. venerabili propè fin. de offic. deleg. Rodoan. loc. cit. tubr. 33. cap. 3. imò tenetur Prælatus debito pretio, & iusta æstimatione supradicta bona alienare, facit tex. in l. fin. C. de administr. tutor. cap. benè quidem 96. dist. Berou. in d. cap. nulli, col. 24. versic. limitatur etiam, & col. 25. versic. in Glos. & facit tex. in cap. 1. 96. distin. ibi, (*planè quæcunque in gemmis, vel auro, atque argento, nec non, & vestibus minus apta vsibus, vel ornatui videbantur Ecclesię, quæ seruari, vel diù manere non possunt sub iusta æstimatione vendantur, & erogationi Religiosæ proficiant.*)

An possint omitti sollemnitates, si ex causa vrgentis necessitatis Papa non possit consului. Cap XXVIII.

REspondeo affirmatiuè, probatur ex cap. nullus res Ecclesiæ 17. q. 4. facit Glos. in cap. 1. in fin. de Sede vacan. in 6. Ioan. de Fano in Clem. 1. de reb. Eccles. non alien. Archidiac. in cap. Abbatibus 12. q. 2. & procedit responsio, etiam stante iuramento de non alienando inconsulto Summo Pontifice, Abb. in cap. fin. num 8. de Eccles. ædific. idem probant Archidiac. Geminia. Præpos. in cap. terrulas 12. q. 2. Felyn. in cap. cùm accessissent, nu. 22. de constit. Bald. & Asflic. in cap. 1. de his, qui feud dar. poss. Gerard. singul. vlt. circà fin. Rebuff. in compend. alienat. num. 34. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 25.

Digitized by Google

tit. 6. n. 12. qui sic dicit decisum à Rota coram Illustrissimo Plato die 25. Martij. 1588. Genuens. in practicab. q. 458.

Ratio est, quia quæ causa necessitatis occurrunt sub nulla lege prohibitiua continentur, sed semper ex eiusdem legis interpretatione censentur excepta, l. si fide iussor, §. si necessaria, ff. qui sat. dar. cogan. latè Ias. in l. conditionibus pupillus, ff. de condition. & demonstr. Soccin. in l. si filius, qui pater, ff. de vulg. & pupill. substit. Vasq. de successionum creat. §. 26. num. 80. & §. 14. nu. 61. & illustr. qq. cap. 90. num. 12.

Vndè hæc corollaria inferuntur, & Primò, necessitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum, cap. quod illicitum de regul. iur. cùm legi necessitas non subijciatur, cap. sicut, de consecr. dist. 1. l. vnic. & ibi Glos. in verb. expedire, ff. de offic. consul. l. qui potuerunt, ff. de manumission. vind. Alber. in diction. in verb. necessitas, Thusc. in verb. necessitas, concl. 19. & 20.

Secundò, stante necessitate rigor iuris remittitur, Felyn. in cap. 1. num. 49. & 50. de constit. Ias. in l. 1. C. de præcibus Imper. offeren. Rolan. à Vall. consil. 56. lib. 4. Puteus decis. 105. lib. 1. Tiraq. de retrac. lignag. §. 26. Glos. 1. num. 16. cum seq. latè Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 182. Gonzal. de altern. Glos. 8. num. 47.

Tertiò, stante necessitate potest in actu aliquo explendo, aliquid mutari, vel ommitti ex assignatis pro ipsius validitate, Alex. & Dec. in l. hac consultissima, C. qui testam. facer. poss. Felyn. in cap. dilecta, num. 13. de rescript. & in cap. 1. num. 49. & 50. de constit. Cæsar. de Graff. dec. 6. nu. 8 de præben. Gonzal. loc. cit. Glos 60. num. 45.

Quartò, scriptura, quæ manu propria est subscribenda stante necessitate poterit per alium subscribi, Bald. in rubr. C. de fid. instrum. Rebuff. in tract. de nomination. quæstion. 10. num. 13.

Quinctò, sententia, quæ debet ferri à Iudice sedente pro Tribunali, quæ aliàs erit nulla, cap. fin. de sent. & re iudic. in 6. si Iudex ex legitimo impedimento non sedeat, tenet sententia, Glos. in d. cap. fin. in verb. sedendo, Bar. in l. 1. num. 5. C. de sen. ex breuiloq. recitan.

Sextò, Tutor, qui antè confectionem Inuentarij non potest administrare, vrgente tamen necessitate potest, l. Tutor, qui repertorium, ff. de administr. tutor.

Septimò, actus, qui absque consensu certæ personæ fieri non potest, vrgente necessitate potest fieri, si ex communi resolutione Ordinarius confert beneficium iuris patronatus, absque consensu patroni, vrgente necessitate, Abb. in cap. cùm accessissent, vbi etiam Felyn. num. 20. de constit. idem Abb. in cap. nullus de iur. patron. & in cap. *tuæ de* cler. non residen. *Rot. decis. 207. incipiente permutatio*, sic etiam Episcopus transfertur ab vna Ecclesia ad aliam ipso reluctante vrgente tamen necessitate, Innoc. in cap. nisi, cùm pridem de renunciat. Felyn. in d. cap. cùm accessissent.

Et quæ dicta sunt de consensu procedunt, etiam in licentia supponẽdum consensum differre à licentia, nam consensus potest antecedere, & subsequi actum, licentia verò semper debet præcedere authoritate licentia, C. de Episc. & Cleric. cap. licèt de regularib. Bar. in l. si autem plures, ff. aq. pluu. arcen. & in l. si quis mihi bona, §. iussum, n. 55. vbi Paul. de Castr. Alex. & Ias. ff. de acquir. hæredit. & aliter actus non valet, Alex. consil. 17. num. 4. & 5. vol. 4. Ias. in l. quominus, num. 127. ff. de flumin. Felyn. in cap. dilectus, n. 20. de ac-

Digitized by Google

de accusation. Caputaquen. decis. 258.par.3.Gonzal.loc.cit.glos. 48. numer.45.Item licentia tacita non sufficit in casibus,in quibus requiritur expressa,glos.in Clem. 1.in ver. obtenta de testam.Corset.in annotat.in verb.licentia,Dec.consil.38. Rot.diuers. decis. 788.par. 1. ideò Sacra Congregatio explicãdo Tridentinum in cap. 1. sess. 24. de reform. matr.circà licentiam administrandi Sacramenta,hæc verba edidit,(non sufficit tacita licentia,quę resultat ex tolerantia,requiritur vera, vel commissio generalis ad administrandum Sacramenta, vel si, hæc absint expressa,vel specialis licentia,) consensus verò sufficit tacitus, l. 2. §.voluntatem, vbi Bart. & Ias.& in l.quæ dotis, ff. sol. matrim. cap. ea noscitur de his, quæ fiunt à Præl.fin.consil.Cap.Put. dec.100. lib.2.& 181.& 190. lib.3. Gonzal. d.glos.48.num.52.cum seq.

Adhuc tamen verum est, quod stante necessitate actus, qui certam licentiam requirit, potest ipsa ommissa fieri,sic enim is, qui tenetur residere,& absque licentia non potest obesse,cap.relatum de cleric. non residen.stante necessitate potest,absq; scrupulo abesse, Anton. de Butr. in cap.inter quatuor,de cleric.non resid. Felyn.in d.c. cùm accessissent; Ratio esse potest, quia licentia non dependet à nuda voluntate Superioris, sed à regulata ratione, Abb. in cap.cùm ad Monasterium,num. fin.de stat.Monach. Bal.in l.fin. C. de Senat. Consil. Maced. Gonzal. loc.cit.sed recta ratio suadet vrgente necessitate actum expleri omni meliori modo, quo potest, Ias. in l. principalibus, col. 2. & 3.ff. si cert. petat.latè Felyn. in cap. quærelam, num.11.de iur.iuran.latissimè congerunt Cacheran. decis.68.nu.26. cum seq.Menoch.d.cas.132.

Quæ autem de necessitate dicta sunt, intelligenda sunt de vera necessitate,quæ vel à natura,vel à casu accidit,non autem, quæ à voluntate originem trahit, cùm non dicatur vera necessitas cum principium, & originem habeat voluntariam, quæ attendenda est, l. 1.§. non solùm,ff. depositi.l.si procuratorem, ff.mand. l.tutor,versic.& non titulus, ff. de fideiussor. l. in ratione, legis falcidiæ,la prima,§. filio suo, vbi glos. in verb. opes patris, ff. ad leg. falcid. glos.in l. vnic. in verb. & si primordium,C. de impon. lucrat. descrip. lib. 10. Idcircò vera necessitas attenditur, quæ à principio voluntario non dependet, Imol.in l.gerit,ff. de acquir.hæred.Cantiuncul. cons. 35.num.29.Roder.Suar.in tract. de las Arras nu.37.cum. seq. Cacher. decis.168.num.24.& seq.

Hinc habemus legem non fauere ijs, qui in necessitate se cõstituunt,quia culpatæ necessitati non subuenitur, l.iàm dubitari,ff.de hæred. institue. l. si fideiussor, §. si necessario, vbi glos.Bar.& Ias.ff.qui sat dar.cogan. l.2.§.si quis autem,ff.si quis cautio. l.3.§.subuenitur, ff. ad Syllanian. l. cùm prætor, §. respondit, ff. de administr. tutor. Bart. in l. si pignori, num.6.ff.famil.erciscund. Item habens facultatem alienandi bona ex causa necessitatis, non poterit si ex facto proprio, & non à natura, vel à casu in necessitatem, incidat Bald. cons. 20.vol.2.Afflic. decis.137. num.3. Barbat.ad Bar.in l. quamuis, ff. sol. matrim. Boer.decis. 44. Tiraquell. de retract.lignag.§.1.glos.14 num. 15.Tusch.in verb.necessitas,concl. 21. num. 5.Cacheran. & Menoch. locis supracitatis.

Supradicta de alienatione absque assensu stante necessitate faciunt pro Regularibus habentibus Superiorem in remotissimis partibus, nam stante necessitate potuerunt alienare,Abb.in d.cap.fin.n.8. de Eccles.

edif.

Digitized by Google

edif. allegat tex. in c. nihil de elect. cap. fin. de sepult. in 6. l. si longius, ff. de iudic. glos. in cap. tum ex litteris, in verb. locorum distantiam de in integr. restitut.

Vtrum valeat alienatio iurium Ecclesiæ absque solemnitate, quando res reuertitur ad suam naturam, Cap. XXIX.

VAlet, siuè leue, siuè magnum fiat Ecclesiæ prejudicium, Abb. in cap. veniens, num. 2. & 23. de præscript. Felyn. in cap. cùm omnes, num. 8. & in cap. cùm accessissent, num. 6. & 30. de constitut. Ias. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. Ruin. consil. 2. num. 8. lib. 1. & cons. 108. nu. 26. lib. 2. Ferret. consil. 38. num. 15. lib. 1. Boer. consil. 7. num. 72. lib. 3. Gozadin. consil. 26. num. 55. Aymon. Crauet. consil. 335. nu. 38. Gomesius ad reg. Cancell. in reg. de iur. quæsit. non tollen. q. 16. Tiraquell. de iur. primogen. q. 24. Gonzal. de alternatiu. glos. 7. num. 14. Ratio conclusionis est, vt inquit glos. notabilis, in cap. ab exodio, in verbo alfa 25. dist. quia non fit iniuria rei si restituitur ad pristinum statutum, allegat tex. in d. l. si vnus, §. pactus ne peteret, facit etiam tex. in l. filio quem pater, ibi, (*non translatus, sed redditus videtur,*) ff. de liber. & posthum. idem probant Anchar. consil. 339. col. 9. versic. ista autem retentio, Dec. consil. 88. nu. 3. Felyn. in d. cap. cùm omnes, & cap. cum accessissent; Hinc insurrexit Græcorum prouerbiũ salis onus, vndè venerat illuc abijt, relatum à Tiraquell. de retract. conuent §. fin. num. 80. Alex. Raudens. resp. 1. num. 117. lib. 1. Andr. Knichenic. trac. de vesti. paction. par. 3. cap. 4. num. 36. & seq.

Idcircò non requiritur assensus Superioris, quãdo res reuertitur ad suam naturam, Federic. de Sen. cons. 14. Abb. consil. 25. incip. Canonicus Regularis lib. 1. vbi tradunt, quod exẽptus ab Ordinario ex priuilegio Summi Pontifici non potest se submittere alieno Prælato inferiori, absque assensu, quia præiudicaret protectioni, & authoritati Summi Pontificis, cui per exemptionis priuilegium fuit effectus immediatè subditus, Abb. disp. 7. incip. Duo clericali ordini insignit, & in cap. significasti de for. compet. benè *tamen* poterit se subijcere Ordinario, cui antè priuilegium erat subditus, quia res de facili reuertitur ad suam naturam, sic probant Felyn. in d. cap. cùm omnes, & cap. cum accessissent, Ias. in d. §. pactus ne peteret.

Confirmantur supradicta ex doctrina communiter recepta, quod licèt statuentes non possint reuocare statuta à Superiore approbata, *Bar.* in l. *omnes populi, col. 3. ff. de iust. & iur. quod intelligitur* de statutis *inualidis*, quę ex consensu Superioris efficiuntur valida, Bald. in l. ex placito, Cod. de rer. permut. sicut quando Summus Pontifex confirmat iurisdictionem alicui, quæ aliàs nulla erat, dicitur iurisdictio delegata, & non ordinaria, Bal. in cap. decernimus de iudic. Sic quando confirmantur statuta inualida, efficiuntur Papalia, taliter, quod reuocari non possunt, Bal. in d. l. ex placito, Felyn. in d. cap. cum accessissent, num. 3. Hoc tamen procedit, quando per reuocationem statuti à Summo Pontifice confirmatur rediretur ad ius commune, nam absque assensu poterit fieri reuocatio, arg. tex. in l. 2. ff. de iniust. rupt. & irri. testam. l. hac consultissima, §. si quis autem, Cod. de testam. Felyn. locis citatis,

Digitized by Google

citatis, Iaſ. in d. §. pactus ne peteret, num. 8. Et facit tex. in d. cap. cùm acceſſiſſent, vbi inferiores poſſunt venire contrà factum Superioris, (quod regulariter non poſſunt,) quando res reuertitur ad ius commune, vt in d. cap. cùm acceſſiſſent, vbi omnes Canon. & in d. cap. ab exordio, vbi Gemin. & alij, Ruin. d. cap. 108. lib. 2.

Quæ reuerſio rei ad primęuam ſuam naturam dicitur fauorabilis, & latè interpretanda, Surd. conſil. 397. num. 16. Berou. conſil 7 numer. 21. vol. 3. Buſat. conſil. 787 num. 11. Rauden. reſponſ. 1. num. 117. nu. 1. Garſ. de expenſ. & melioratio. cap. 10. num. 26. Tiraquell. de retract. conuention. §. fin. nu. 80. & quando per aliquem actum derogatur iuri, aliquo ſpeciali, & reditur ad ius comune, actus ille latè eſt interpretandus, etiam contra propriam naturam, gloſ. notabilis in cap. 3. in verb. enumerandum de præben. in 6. facit etiam tex. in cap. 2. verſic. cùm non ſit de decim. in 6. Felyn. locis citatis.

Adde, quod licèt in correctorijs, non fiat extenſio de caſu ad caſum, ex identitate rationis, l. præcipimus, vbi Bart. Cod. de appellat. auth. quas actiones, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ſi verò, §. de viro, ff. ſol. matr. Secus tamen eſt quando per extenſionem fit reuerſio ad diſpoſitionem iuris communis, Anton. de Butr. in cap. olim tibi de verb. ſignific. Alex. in l. ſi conſtante in 6 col. ff. ſol. matrim. Iaſ. in d. § pactus ne peteret, num. 6.

Idcircò practicando traditam doctrinam; Si Regulares, quibus de iure communi non competit ius ſepeliendo, ex quo populum non habent, cap. 1. vbi Hoſtienſ. & Innoc. de ſepult. benè tamen ex priuilegio poſſunt eligẽtes ſepulturam in propriis Eccleſijs ſepelire, Clem. dudum, §. huius quoque ſtatuto, vbi Gloſ. in verb. ſepulturam, de ſepult. Si remitterent ius ſepeliendi in beneficium Parochorum talis conuentio, & ſi in præiudicium Eccleſiarum Regularium fieret, valeret abſque Summi Pontificis aſſenſu, ex quo fit reuerſio ad diſpoſitionem iuris communis, ſic textus notabilis, in cap. 1. de pact. in 6. probant omnes ſupracitatis in principio.

Idem eſſet dicendum, ſi aliqua fieret conuentio inter Regulares, & Parochos circà quartam funeralem, nàm cùm de iure communi quarta funeralis Parocho debeatur, capit. cùm quis pariter de ſepultur. in 6. Clem. dudum, de præbend. in 6. ex priuilegio tamen Summi Pontificis alique Religiones quartam funeralium non ſoluant, inter quas eſt noſtra Religio Clericorũ Regularium; Sic Rota in vna licienſi quartæ funeralium die 15. Ianuarij 1618. quam deciſionem per extenſum, refert Molfeſ. in ſumm. tract. 13. cap. 9. nu. 28. valida eſſet conuentio, abſque aſſenſu, & ſi graue Regularibus inferretur præiudicium ex ratione ſuprà allegata, quia fieret regreſſus ad diſpoſitionem iuris communis; Pro quo etiam facit tex. in cap. cùm Apoſtolica, verſic. cùm in renouatione de his, quæ fiu. à Præl. abſque conſil. Capit. vbi conſenſus Capituli non requiritur in actu, per quem res reuertitur ad ſui naturam.

Sic etiam vita aſperior, non poteſt imponi Regularibus, niſi ipſis conſentientibus, cap. propoſuiſti 82. diſtin. Gloſ. in cap. quod omnes de regul. iur. in 6. ſecus tamen eſt, quando per nouæ aſperitatis impoſitionem fieret reductio ad antiquam vitam, à qua erant collapſi, Geminia. in d. cap. ab exordio 35. diſt Felyn. in d. cap. cùm omnes, num. 8. de conſtit.

De

Digitized by Google

De alienatione facta à Procuratore. Cap. XXXI.

IN alienatione facta à procuratore specialiter constituto ad certam rem Ecclesiæ vendendam, in cuius constitutione adfuit assensus sequuta alienatione alia sollemnitas non requiritur, probatur ex notabilis doctrina, Bal. in l. præses, num. 13. C. de transaction. vbi fundat requiri assensum in compromisso bonorum stabilium Vniuersitatis, non autem in laudo, & rationem affert, quia laudum est actus consequutiuus ad compromissum, & sufficit adesse sollemnitatem in fundamento actus, quod ritè, & rectè positum esse debet, l. in vniuersis, ff. qui dar. tutor. poss. Idem probat Bald. in l. 1. num. 3. C. si aduers. transact. allegat tex. in §. 1. in auth. vt differentes, &c. & in procuratione ad vendēdum feudum, quando adfuit assensus, nō requiritur alius in venditione, Aflict. in cap. Imperialem, q. 46. num. 75. de prohib. feud. alien. per Feder. ex quo venditio est actus consequutiuus ad procurationem, l. tutor rerum, ff. de administr. tutor. & assensus in principali operatur in exequutione ipsius, l. si pupillorum, §. 1. ff. de reb. eor. &c. Feder. de Sen. consil. 100. Frecc. de subfeud. lib. 2. in repitit. constitut. constitut. Diuæ memoriæ limit. 22.

Ad idem faciunt, tradita per Angel. & Cuman. in l. apud Iulianum, §. fin. ex caus. in possess. eat. vbi si minor constituat procuratorem aduēdendum, cùm sollemnitate à statuto requisita, si procurator postea vendat non requiritur amplius solemnitas, & quod in compromisso bonorum stabilium Ecclesiæ requiratur sollemnitas, & non in laudo, probat Abb. in cap. cùm tempore de arbit. alios allegat Frecc. loco citato.

Multi asserunt in procuratione ad vendendum non requiri sollemnitates, inter quos fuit, Bal. in l. 1. num. 37. C. qui admit. &c. ex ratione illa, quod constituendo procuratorem ad vendendum, censetur mandasse, vt debitis sollemnitatibus vendat, arg. tex. in l. missi opinatores, C. de exactor. tribut. lib. 10. Bal. in l. 1. C. si propter publ. pension. Socc. cons. 131. vol. 4. Item quia is, qui aliquid non potest facere per se, non potest alteri demandare, vt faciat Bal. in l. 1. C. si aduers. transact. & in l. præses, C. de transaction. Socc. in l. 1. §. item acquirimus, vbi etiam Ias. num. 13. ff. de acquiren. possess. Item aliquo prohibito censetur prohibitū omne id, per quod ad prohibitum peruenitur, l. oratio, ff. de sponsal. capit. nam, & concupiscentia de constit. §. quia tamen, Instit. de vi bonor. raptor.

Hæc autem procedunt *in ijs, quæ immediatè dependent ab actu prohibito, quod non est in procuratione ad vendendum, nam posita procuratione, non per hoc sequitur venditio: constitutio autem procuratoris nihil aliud est, nisi subrogatio in locum principalis*, l. ità autem, §. gessisse, ff. de administr. tutor. l. qui per alium, ff. de reg. iur. Et dùm procurator contrahit censetur dominus contrahere, l. libertum, §. Senatus, ff. de ritu nupt. Et in materia strictè intelligenda, quæ dicuntur de principali, procedunt etiam in procuratore, Bal. in l. 3. §. libertas, ff. de leg. præstan. Ang. & Cuman. in d. l. apud Iulianum, §. fin. Aretin. in l. mutuum, ff. de acquir. hæred. Ias. in d. §. item acquirimus; Idcircò assensus impetratus in alienatione facienda à principali non erit subreptitius, si contractus celebretur à procuratore, l. certè, §. 1. ff. de præcar. ibi,

Digitized by Google

car. ibi, (*si procurator meus me mandante, vel ratum habente precario rogauerit, ego precario propriè habere dicor,*) & hunc textum dixit singularem, Ias. in l. generaliter, ff. de acquir. possess.

Sequitur igitur dicendum, quod dùm mandatum ad vendendum intelligitur, cùm debitis circumstantijs, & nihil aliud est, nisi representatio domini, nec ex procuratione infertur necessariò ad alienationem, quod licitè fieri potest, absque assensu, vt optimè fundat Frecc. loc. cit.

Contrarium defendunt Seraph. decis. 180. num. 2. Ricc. loc. cit. decis. 93. & notab. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 16. nu. 6. vers. 4. vbi notabiliter tradit, quod sicut non potest fieri locatio perpetua bonorum Ecclesiæ, ità non potest per pactum concedi facultas alicui perpetuo locandi, nam ex hoc posset sequi perpetua locatio, quæ est prohibita, & subintrat regula, quod qui non potest aliquid facere, non potest etiam facere actum, per quem ad id deueniri possit, Glos. in l. item quia, ff. de pact. & in l. si ità quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. Bar. in l. Codicillis, §. matre, ff. de leg. 2. Dec. consil. 181. incip. Viso puncto, num. 2. & seq. & talis facultas locandi toties, quoties finitur in prima vice, ideſt quando primo triennnio fuit facta locatio, faciunt tradita per Dec. in d. consil. 181.

Quicquid tamen sit de veritate supradictarum opinionum, indubitatum est, apud omnes supracitatos vnicum assensum requiri, qui si adfuit in procuratione, non requiritur in alienatione, & si in procuratione defuit, necessario in alienatione requiretur, vt Pontificiæ constitutioni prohibenti alienationem bonorum stabilium Ecclesiæ absque assensu satisfiat.

Supradictis addēdum est, quod quando venditio bonorum Ecclesiæ fit mediante procuratione, non sufficit generale mandatum aduendēdum, sed requiritur speciale cùm declaratione talis rei, Bal. in rubr. C. de contrah. empt. q. 3. num. 5. & 8. vbi sic dicit se consuluisse, allegat tex. in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam, latè fundat Dec. consil. 141. num. 8. vers. & in simili alienatione.

Notandum est etiam, quod procurator Ecclesiæ ad vendendum non potest habere fidem de pretio, & si aliter fiat, dominium non transfertur, Glos. in l. si procurator, in verb. soluto, ff. de iur. fisc. Bar. in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor in 3. notab. ff. de re iudic. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 21. num. 4. de Ponte tract. de potest. Proreg. tit. de regalibus impositionibus. §. 6. Ratio est, quia dùm res Ecclesiæ venduntur, vt creditoribus satisfiat, si haberetur fides de pretio non adimpleretur causa propter quam fit venditio, idcircò deficit authoritas procuratoris, dùm fidem habet de pretio, licèt indefinitè fuerit constitutus, Bald. in l. contractibus, §. sed quoniam, num. 4. C. de fideiussor. & in l. in ciuili, C. de rei vendicat.

Quod dictum est de procuratore Ecclesiæ, idem est in procuratore fisci, vel minoris, vt per supracitatos, idem est etiam in executore ad pias causas, vt non possit fidem habere de pretio, Bart. in d. §. si emptor, de Ponte loc. cit. Et ex supradictis limitatur tex. in §. venditor, Instit. de rer. diuis. in quo tex. habetur, quod licèt vendita re pretio non soluto dominium non transfertur, l. quod vendidi. ff. de contrah. empt. si tamen habita fuit fides de pretio transfertur dominium; In venditione tamen bonorum Ecclesiæ, minoris, vel fisci, à procuratore facta, quia fides pretij habeti

non potest, vt supradictum est, dominium non transfertur, & sic stando in terminis iuris communis, absque vllo priuilegio Ecclesiæ, minoris, vel fisci vendita re per procuratorem, absque pretij solutione, dominium non transfertur, quod est contra Glos. in d.l. si procurator, in verb. soluto, vt optimè aduertit de Ponte loco citato.

De validitate testamenti imperfecti, & legati filio spurio facti, pro amore Dei.

QVÆST. XLII.

IN facti contingentia, hic est casus. Paulus testamentum propria manu scripsit, & subscripsit, in quo Petrum filium instituit hæredem, cui Ioannem filium spurium substituit, & ipso deficiente Antonium, & hoc deficiente loca pia. Legauit etiam dicto Ioanni mille aureos pro redemptione animæ suæ, & omni meliori modo. Alia etiam pia legata fecit, quod testamentum in arca sua clausum retinebat. Post aliquot annos cùm esset morti proximus, ac de salute corporali desperatus, accersito quodam iurisperito, tale testamentum illi tradidit considerandum, cui multi se addere, multa diminuere velle dicebat. Dùm in Doctoris manu teneretur testamentum ad effectum prædictum, mortuus est Paulus.

Hic de multis contingit dubitare.

Et Primò, an tale testamentum manu testatoris scriptum, & subscriptum traditum ab ipso, suo Aduocato, valeat inter liberos in foro externo.

Secundò, quid in foro conscientiæ.

Tertiò, quid dicendum de legatis pijs.

Quartò, an supposito, quod testamentum valeat, substitutio fideicommissaria facta in beneficium Ioannis Spurij valeat in foro externo.

Quintò, quid in legato mille aureorum facto dicto Ioanni cùm clausula, ob amorem Dei, & in redemptionem animæ.

Sextò, an supradicta facta in beneficiũ Spurij, valeant saltem in foro conscientiæ.

Septimò, quid faciendum de legato mille aureorum facto pro amore Dei, & in redemptionem animæ.

Octauò, supposito, quod Paulus decesserit ab intestato, ad quid teneatur hæres ex pietate pro anima defuncti.

Nonò, an possit Episcopus *facere* testamentum ad pias causas *pro* anima defuncti ab intestato.

Ad primùm, & secundùm dico, quod est vera regula, testamentum inter liberos nullã sollemnitatem requirere, sed sufficere, quod manu testatoris sit scriptum, Auth. quod siuè, C. de testam. §. sed quoniam, Auth. de imperfect. testam. & *verificata manu testatoris saltem per duos testes, vel data comprobatione* tenetur *filius* exequi patris voluntatem, latè Valasc. consult. 97. Clar. §. testamentum, q. 2. & in foro conscientiæ sufficit, quod filius agnoscat testamentum, & sciat illud à patre esse confectum, Clar. & Valasc. loc. cit. & Valerius de differentijs vtriusque for. verb. testamentum diff. 8.

Et quia in foro conscientiæ attenditur ius naturæ testamentum imperfectum, non solùm inter liberos, sed etiam inter extraneos valet deficientibus iuris sollemnitatibus, & debentur legata, vti latè post alios Molin. de iust. & iur. disp. 81. Less. de iust. & iur. lib. 7. cap. 19. dubit. 3. Molfes. de vltim. volunt. cap. 2. nu. 139. cum seq.

Sed quando testamentum est imperfectum ratione voluntatis indubitatum

Digitized by Google

tum est nõ valere,l.si is,qui,vbi Gl. & Bar.ff.de testam.l. fideicommissa, §.quoties,ff.de leg.3.l.fin.vbi glos. ff. famil. erciscun. l. hac consultissima,§.ex imperfecto, vbi Bal. & alij, C. de testam.& est communis opinio,quam latè probant Abb.consil. 105. lib.2. Clar. §.testamentum,q. 9.& Gabr.commun.conclus. tit. de testamen. concl.9. quod procedit, etiam in foro conscientiæ,vt præter citatos,ac præcipuè, Molfes. tradit Gomes.ad leg.Taur.l.3.

Modo in casu nostro, nulli dubium est testamentum esse imperfectum ex voluntate,vndè Paulus, non est dicendus condidisse testamentum, sed voluisse illud condere,vt loquitur Bal.in d.§.ex imperfecto,& scripturam illam fuisse præparationem quandam ad testandum , non autem testamentum, vt loquitur Abb. dicto consil. 105. & cumulat Tusc. in verb.testamentum,concl.133.

Hoc demonstratur. Primò,nam licèt schea illa fuisset,antè annos aliquos completa, tamen tempore, quo mortuus est, non poterat dici vltima eius voluntas, quæ in ipsa non erat perfectè explicata,quod patet, quia tradita erat in Aduocato, ipsiusque consultationi subiecta, non ergo erat eius deliberata voluntas, ex eo,quia consilium præcedit electionem, vt ex Aristotel. tradit Tabiena verb.consilium,& verb.conscientia,& ex D.Thom.de veritate, q.17.art.3.ad septimum consilium, est actus rationis inquirentis de agendis , itaque petendo testator consilium,declarauit se non habere ratum, quod olim scriptum. Et dicendo se velle in ea aliqua addere, aliqua minuere, pate fecit illum nõ esse completũ ex regula,quod nihil dicitur actum, cùm aliquid supereſt agendum, l. contractus, C. de fid. instrumen. Nec potest dici perfecta voluntas testatoris , si aliquid aliud agere volebat, l. is,qui,vbi Glos. ff. de testam latè testatur de communi Curt.Iunior.in dicto §.ex imperfecto,& quando testator declarat hęredem,& substitutum,si constet,seù tacitè,seù expressè, testatorem aliquid ampliùs fore dicturũ,& morte præuentum non complesse testamentum , tale testamentum dicitur imperfectum ratione voluntatis , Paris.cons.146.vol.4 Cephal.cons. 294.nu.9.addit.ad Clar.d. q.9. qui testatur de communi, adest insigne Consil. Decij 169. & Abb. 105. lib.2.

Confirmatur supradicta , nam multi grauissimi Doctores asserunt , quod quando testator completa dispositione , declarat velle Notarium de illa dispositione rogari , si morte præuentus , si ipse Notarius morte præuento testatore , non rogetur , testamentum dicitur imperfectum in voluntate, non autem in sollemnitate,ex l.fideicommissa,§.quoties ff.de leg.3.ità Oldrad. consil. 119. & innumeri relati à Gabriele dicta concl.9.si hoc procedit,quando testator declarat velle adesse in sua dispositione rogitum Notarij , & eam illi tradi ad stipulandum,quod tamẽ ex superuenienti morte executioni non mandatur , quantò magis procedere debet , quando non tradit scripturam Notario ad stipulandum,sed Doctori ad consulendum.

Secundò, demonstratur pro foro conscientiæ; Nam,aut est certum testamentum esse imperfectum ex voluntate,aut dubium. Si dubium,res est absoluta pro filio hærede ab intestato. Si dubium, vera est opinio non teneri hæredem in conscientia ad soluendum legatum , neque ad substitutionem . Nam in dubio melior est conditio hæredis possidentis ab intestato , cùm in dubio pro possessore respondendum sit ,

Digitized by Google

cap. in pure de reg. iur. in 6. quod indubitatum est in foro conscientiæ, nam facta diligentia pro resolutione dubij, si non potest certificari, stante dubitatione, an rem licito iure possessam, quis teneatur restituere, dicendum est, ipsum non teneri, Glos. in cap. 2. in verb. nulla, vbi Abb. de præscript. Couar. Mol. Cordub. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. de matrimon. lib. 2. disp. 4. q. 2. num. 12. & in proprijs terminis de hærede dubitante de valore testamenti ex defectu voluntatis testatoris, quod non teneatur ad legata, neque ad substitutionem, tenet Less. in citato loco de iustit. & iur. lib. 2. cap. 19. dubit. 3. num. 21.

Adde primæ rationi de qua suprà, quod si Scheda illa reperta fuisset in armario testatoris defuncti, quamuis ipse de illa nullam fecisset mentionem, obligasset in conscientia filium hæredem ad eius obseruantiam, cùm sola voluntas attendatur, vt præfati authores docent. Ità, cùm testator declauerit se illa dispositione non esse contentum, sed multa esse in ea varianda, talis declaratio debet hæredem ab intestato ab omni obligatione eximere. Nam in foro conscientiæ testamentum, & si perfectum, sola voluntate reuocatur absque vlla legis sollemnitate.

Nec ex. in §. posterior, instituit. quibus mod. testamen. infirmet. Locum habet in foro conscientiæ, sed sufficit simplex, & nuda voluntas testatoris, Gomes. ad leg. Taur. l. 3. num. 102. cum seq. Vasq. opusc. de testamen. cap. 2. dub. 2. num. 13. Molin. de iustit. & iur. disp. 153. verfic. incuentibus autem, & antè omnes, Bald. in l. 1. num. 153. C. de Sacrosanct. Eccles. Imol. in cap. relatum, il primo, num. 9. de testamen. & ex supradictis remanet absolutum primùm, & secundùm dubium.

Ad tertiùm, quid de legatis pijs. Fuit multorum opinio, legata pia semper deberi, quomodò sit facta dispositio, ex l. 1. C. de Sacrosan. Eccles. vbi Imperator liberam concedit facultatem disponendi in beneficium locorum piorum. Aduertendum tamen est Imperatorem noluisse vnico verbo omnes leges de validitate testamentorum, & legatorum latas corrigere, ità Glos. in d. l. 1. verb. cassa, Ias. qui testatur de communi, num. 27. sed tantùm sollemnitates iuris sustulisse, quare ad minùs duo testes requiruntur, cap. cùm esset, & cap. relatum, vbi latè Abb. & Couar. de testam. & hoc iure vtimur, tàm in terris Ecclesiæ, quàm Imperij, Couar. loc. cit. Clar. in §. testamentum, q. 6. Valasc. consult. 67. Surd. decis. 292. Molin. disp. 138. Molses. de vltim. volunt. cap. 2.

Hinc insurgit dubitatio. Si in scheda scripta manu testatoris, quæ valet inter liberos, Auth. quod sine, C. de testamen. reperiantur *legata pia, an* debeantur, *Multi tenent, quod non*, quia *dispositio illius Authenticæ*, quod *sine loquitur* præcisè inter liberos. At in legatis pijs habemus certam iuris dispositionem dicentem, ea non valere, nisi probentur per duos testes, vt in d. cap relatum. Item legatum libertatis, quod dicitur pium, l. vnica, C. de com. seru. man. duobus testibus probandum est, §. nos igitur, Auth. de testamen. imperfect hanc opinionem probant Ias. consil. 184. lib. 2. Soccin. Iun. qui testatur de magis communi, consil. 189. lib. 2. Clar. d. q. 7.

Contrariam tamen opinionem, nempè, quod debeantur fauore piæ causæ, defendit Couar. in d. cap. relatum, post Tiraquell. & alios Valasc. d. consult. num. 7. qui respondet ad contraria, & Molin. d. disp. 138. & sic iunctis aulis in causa Ducissæ, Mata-

Matalunæ cùm Patribus Societatis Iesu Collegij Neapolitani.

Id multi Doctores extendunt, etiam quando testamentũ est impefectum ratione voluntatis, vt latè scripsit Tiraq. de priuileg. piæ causæ, priuilegio.... ex doctrina Bart. in l. in testamento, ff. de fideicomm. libert. Hoc tamen cautè intelligendum est. Dupliciter enim contingere potest, nam aut testamentum est imperfectum ratione voluntatis, ex eo, quia scheda in qua legata pia scripta sunt, non fuit completè absoluta à testatore, qui alia volebat addere, quæ morte prænentus non potuit. Aut verò declarauit legata pia coram testibus, sed volens postea alia proferre defecit. Primò casu, certùm est legata non deberi, quia adest imperfectio voluntatis, circà totam dispositionem, Oldrad. consil. 119. Gamma decis. 21, Surd. decis. 191. Secundò casu, quia certa est voluntas, & declarata in legatis pijs, nihil refert, quod alia non declaraueirt ob superuenientem mortem. Nec obstat, quod potuisset illa in conclusione dispositionis reuocare, vt dicebat Clar. quia id fauore causæ piæ, & animæ non est in consideratione, & ità procedit doctrina Bar. citata, quam probat, & communem dicit Dec. conf. 159. Couar. d. cap. relatum, n. 10. Molin. disp. 134. & in foro conscientiæ est certum.

Ad rem nostram deueniendo in casu proposito, imperfectio voluntatis est de integrà dispositione in scheda contenta, nam super ipsa voluit Aduocati consultationem expectare, vt in primò, & secundò dubiò dictum est, ergò nullo modo legata pia in ipsa contenta solui debent.

Ad quartùm, an supposito, quod dispositio esset valida, teneat substitutio fideicommissaria facta in beneficium filij Spurij.

Certa est resolutio filium Spurium de iure ciuili, nihil posse de paternis bonis quoquomodò recipere, auth. licèt, & auth. ex complexu, & l. 1. & fin. C. de natural. liber. in odium enim peccati lex inhabilitauit Spurios, vel bona paterna, vt locis citatis, & latissimè Gomes. ad leg. Taur. l. 9. per totã. De æquitate tñ Canonica tantùm alimenta potest recipere, cap. cùm haberet de eo, qui dux. quam poll. per adult. & ità fuisse iudicatum, testatur Franchis dec. 283.

Tanta est inhabilitas, vt non possit fieri substitutio in bonis paternis in beneficium Spuri, Bar. in l. fin. ff. de his, quib. vt indig. latè Peregrin. de iur. fisc. tit. 18. de natural. & spur. Et supradicta procedunt, etiam in foro conscientiæ, Sylu. verb. filij, Couar. in reg. peccatum par. 2. §. 8. numer. 6. Molin. de iust. & iur. disp. 167. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 19. dubit. 6. Valer. in differen. vtriusque fori, in verb. hæreditas differ. 11. Henriq. de matrim. cap. 20. §. 5. littera F.

Nec potest dari cautela aliqua ad hoc, vt Spurius præter alimenta, vel dotẽ habeat aliud ex bonis paternis, Bar. vbi suprà, & Peregrin. loc. cit. qui omnes cautelas à Cepolla in hoc casu inuẽtas reprobat. Imò legatũ, aut donatio facta amico, cùm fide de illis Spurio restituendis, non valet in beneficium Spurij, & peccat pater taliter disponendo, Less. loc. cit. Ratio est, quia lex inhabilitans Spurios est iusta, & obligat in conscientia, Glos. in cap. qui in Ecclesiarũ de constit. Sot. de iust. & iur. lib. 1. quæst 6. art. 4. Vndè Spurius debet restituere accepta antè sententiam, quia dominium non fuit translatum, latè Valer. loc. cit. quod si hæres infrà duos menses non auocauerit bona tradita Spurio, ex vi paternæ dispositionis,

fiscus

fiscus illa ad se auocat, Couar. & Molin. loc. cit.

Ad quintum, an legatum mille aureorum factum filio spurio pro amore Dei, & in remedium animæ valeat.

Indubitatum est non valere, vt ex supradictis patet, nec illa verba pro amore Dei... aliquid operantur, manifestam enim continent fraudem, quia certùm est Spurios esse inhabiles, & incapaces, idcircò non possunt ex clausula illa capaces reddi, esset enim hoc viam fraudibus aperire contra leges, & quod vna via prohibitum est, alia concedi non debet, C. quod vna via de reg. iur. in 6. Nec favor animæ potest reddere capaces illos, qui ex iuris dispositione, vel ex proprio statu incapaces sunt, vti videmus in legato rerum immobilium, vel annuorum introituum facto Fratribus Sancti Francisci de obseruantia, quod non valet, ex c. exijt, & c. exiui de Paradiso de verb. signific. & in specie de legato facto Spurio pro amore Dei, quod non valeat, tradunt Soccin. Iunior. consil. 99. dub. vlt. lib. 2. Peregr. de iur. fisci, tit. 18. de natural. & spur. num. 94.

Ad sextum, an dicta suprà in quarto, & in quinto dubio procedant in foro conscientiæ. Respondendum affirmatiuè: nam leges inhabilitantes Spurium ad paternam successionem sunt iustæ, nec fundantur in præsumptione, quare in foro conscientiæ obseruandæ sunt, Gl. in c. quę in Ecclesiarum, vbi omnes Canonistæ de constitut.

Nec sunt simplices leges pœnales, quę in foro conscientiæ non obligant, nisi post sententiam, Glos. in cap. Fraternitatis 12. q. 2. nam aliud est, legem in pœnam priuare aliquem iure aliquo, sibi acquisito, vel debito, ad cuius exequutionem, aliquod ministerium facti requiritur, & aliud est inhabilitare aliquem ad acquirendum, in pœnam criminis proprij, vel alieni, primò casu, certùm est antè sententiam nullam esse obligationem; prout tradit Glos. supradicta, & latè explicat Molfes. post alios in summa par. 1. tract. 9. c. 9. Secundò, verò casu indubitatum est legem obligare, Rodriq. in summa, verb. simonia, concl. numer. 9. Couar. reg. peccatum, §. 8. num. 6. proindè efficitur inhabilis talis ad acquirendum, nec aliud Iudicis ministerium requiritur, & in pœnis spiritualibus, tradit Caie. 2-2. q. 62. a. 3. & in terminis nostris, latè Rojas epit. succeff. cap. 20. nu. 50 & quod talis spurius non possit acquirere, & quod teneatur restituere acquisita vltrà alimenta, post Sylueft. Rosell. Couar. Rodriq. Molin. Leff. & alios tradit Valer. de differen. vtriusque fori, verb. hęreditas, num. 11.

Ad septimum, quid faciendum sit de legato mille aureorum. Videtur prima facie dicendum applicari debere pauperibus arbitrio Episcopi, quia fuit factū *pro amore Dei, & in remedium animę ipsius testatoris, ideoquè dici debet pium, omne enim legatum*, quod fit pro anima dicitur pium, §. si vnum, Auth. vt cùm de appell. cognos. Glos. Bar. & alij in l. si quis Titio, ff. de lega. 2. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ in præfat. §. item relictum pro anima, Tusc. verb. legata pia, concl. 106. Idem est in legato pro exoneratione conscientiæ, Franch. decis. 137. & in facto pro amore Dei, idem Franch decis. 565. & supradicta procedunt, etiam si legata fiant coniunctæ personæ modo, vt pauper, Glos. cap. 2. in verbo decreuerint de sepul. Tiraq. loc. cit. Franch. dicta decis. 565. & post alios, latè Molfes. in summa p. 2. tract. de vlt. volun. cap. 5. num. 153. quod si tale legatum pium est, patet illud neque caducari, neque in hæredum beneficium

Digitized by Google

ficium transire, sed Episcopi arbitrio, pauperibus, vel locis pijs applicandum, cap. 3. de testam. vbi latè Couar. l. legatum, ff de vsu, & vsufruct. lega. Molin. de iust. disp. 249. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 33. Tusc. loc. cit. concluſ. 109. & 110. Molsesl. loc. cit. num. 176.

Contrariam tamen sententiam puto veriorem, nempè tale legatum effici caducum, & cedere in hæredum beneficium, nec vllo pacto dicendum, illud esse pium, quod patet; Primò, quia ad costituendum legatum pium, non solùm requiritur, quod fiat pro anima, vel pro amore Dei, sed necessarium est, finem supernaturalem tantùm fuisse intentum à testatore, absq; vllo alio temporalis commodi intuitu; post Abb. Couar. & alios Nauar. in Apolog. pro redditibus Ecclesiast. quæst. 1. monit. 29. Molin. de iust. & iur. disp. 134. in princip. & latè Benedictus Aegidius Lusitan. in repet. l. primę, C. de Sacrosanct. Eccles. in initio tertiæ partis. Certùm verò est, nullum finem supernaturalem pręcisè fuisse intentum à testatore in dicto legato, sed illa verba fuisse addita ad conualidandam inualidam, & nullam dispositionem, quàm in beneficium incapacis faciebat, vt ex re ipsa patet, & ex subsequentibus verbis (*pro amore Dei, & in remedium animæ meæ, & iure legati, & omnibus modis, quibus potui, & possum, legare, & donare, & omni meliori modo &c.*)

Secundò, tale legatum fuit factum coniuncto, idcircò probanda est paupertas, vt ex supradicta decis. Franch. 565. dictum est; At non potest dici pauper, qui habet alimenta; tantò magis, quia alimenta non sunt taxandam secundùm conditionem vilissimi status Spurij, sed attenta qualitate patris, & bonorum, vt tradunt Franch. decis. 283. Mol. disp. 168. & Valer. verb. alimenta, diff. .... Restat ergò tale legatum nullatenùs debere dici pium. Per quę patet responsio ad fundamenta contrariæ opinionis.

Ad octauum, suppositio, quod Paulus decesserit ab intestato, ad quid tenebitur hæres, & filius pro anima patris.

Respondetur teneri filium, ex vi quarti præcepti, Nempè; Habeas in honore parentes, animę patris in Purgatorio existentis subuenire per elemosynas, & suffragia arbitrio prudentis Confessoris: Nam tenetur filius patri in corporali necessitate existenti subuenire, vt omnes Theologi, Canonistæ, & iuristæ docent, apud expositores quasi præcepti, ergò, & eo magis in necessitate spirituali, item filius captiuum patrem redimere ab hostibus, vt post alios Molsesl. in 1. par. summæ, cap. 18. ergò multò magis in Purgatorio detentum.

Accedit Constitutio Regni, de officio Stereti, in qua præcipiunt, quod succedente fisco decedentibus ab intestato, quando nullus supereſt in gradu successibili, tertia pars bonorum distribuatur à Stereto pauperibus pro anima defuncti. Si fiscus id facit decedentibus ab intestato fortius id debet facere filius erga patrem.

Et in specie, quod teneatur filius hæres patris adiuuare animam patris erogando eleemosynas, tamen Sayro, & Azorius replicantes quartum præceptum, Sayr. cap. 5. in fine, Azor. cap. 2. q 8. & 9. & facit tex. notab. in l. in testamento, ibi, pios tamen filios debuisse manumittere, ff. de fideicomm libert.

Arbitrium autem Confessarij resultandum est iuxtà quantitatem patrimonij, non enim grauandus est filius suprà vires pro liberanda anima pa-

Digitized by Google

ma patris à Purgatorio, Azor. d. q. 9. & iuxtà disposita in testamentis, licèt inualidis, nam actus nullus probat intentionem, l. fin. ff. de rebi eor. & potest sufficiens coniectura voluntatis testatoris capi à testamento nullo, & inualido.

Ad nonum, an possit Episcopus facere testamentum ad pias causas supradicto Paulo defuncto ab intestato: Respondetur posse Episcopum de quarta parte mobilium facere testamentum ad pias causas assignando illam pauperibus pro anima defuncti, si tamen adsit consuetudo in loco. Sic probat, latè ex multis Genuens. in prax. Cur. Archiepisc. Neap. cap. 96. vbi refert Decretum Clemen. VIII. Idem refert, & probat Molses. primo tomo ad Consuetud. Neapol. par. 4. quæst. 67. num. 21. & in 2. par. summæ tract. de vltim. volun. cap. 2. numer. 100. vbi agit de Consuetudine Panormitana.

Vtrùm in remissione donationis, siuè in pacto de non petendo donationem simpliciter factam possit apponi conditio, donec, & quousquè, aliquis alicubi domicilium habuerit.

QVÆST. XLIII.

VT melius, quæ dicenda sunt intelligantur, casus est huiusmodi: Titius donauit simpliciter Caio annuos aureos centum, quorum postea exactio fuit à Caio remissa, donec, & quousque Titius Neapoli, cùm vxore domicilium habuerit. Cui censeo respondendum affirmatiuè. Quidquid enim sit, an in aliqua dispositione possit apponi onus perpetui domicilij, quod credo certissimum, adhuc tamen esto verum esset contrarium in casu proposito licita fuit talis conditio, cùm ea remissio, seù pactum de non petendo cùm tali conditione non sit perpetuum, sed temporale, & annale.

Patet id ex natura donationis annuorum ducatorum centum, & ex illis verbis, donec, & quousque, in donationis remissione appositis, quæ faciunt annalem appositam remissionem, & conditionem, Glos. in l. qui concubinam, §. vxori, in verbo ducenta, ff. de leg. 3. vbi Bar. nu. 20. qui citat tex. notabilem in l. legatū, ff. de condit. & demonst. Cùm ergò remissio ista cùm conditione apposita sit annalis, sequitur dicendum potuisse illud onus apponi, vt in l. Meuia, §. fin. ff. de annuis lega. quod onus nisi Titius adimpleat, donationis remissionem nullatenùs poterit obtinere.

Præterea certum est, quod *quotiescunque conditio perpetui domicilij apponitur in aliqua dispositione in commodum alicuius, vel alicuius contemplatione debet necessariò adimpleri*, si is cuius interest, dispositione frui optat, Bart. in l. Titio centum, §. Titio, il secondo ff. de cond. & demon. & in d §. vxori, vbi Raphael Cumanus, sed hæc conditio domicilij in Ciuitate Neapolis fuit apposita contemplatione ipsius Titij, & vxoris eius, quę consanguinea ipsius erat, atquè adeò, vt vna simul in eadem Ciuitate possent esse adimplenda est ergò, ab eo, qui vult beneficio remissionis donationis frui.

Adde, quod potest quis ab ipso principio contractus, apponere in donatione onus perpetui domicilij in aliquo loco. Neque idcircò dicetur donatarius obligare se ad perpetuam

Digitized by Google

petuam ſeruitutem, nam in eius electione eſt donationem, cùm tali onere acceptare, vel reſpuere. Licitè ergò poteſt opponi, hoc probat Gloſ. notabilis in dicto §. Titio centum, in verb. vtimur, in ſecundo intellectu, quam probant Dyn. & Bar. ibi, & Gloſ. in l. penul. vbi Salic. C. de operib. libertor. & eſt tex. in l. libertus, §. fin. ff. de alimen. & cibar. legat. & in l. Caio, §. Imperator, ff. eod. Talis autem conditio non dicitur appoſita in pœnam, ſed vt modus donationis, Oldrad. conſil. 16. num. 1. adimplenda eſt igitur.

Contrà hucuſque dicta ſtringit, tex in citata l. Titio centum, §. Titio centum, il ſecondo, ff. de condit. & demonſtr. vbi ſi legatum fiat ſeruis, ſi à monumento nõ recedant, vel perpetuum domicilium in aliquo loco habuerint conditio reijcitur, & cautio non præſtatur, quia eſt contra libertatem, idem ergò dici poteſt in caſu de quo loquimur.

Verùm ſi rectè perpendatur, textus iſte nullatenùs quæſtioni de qua agimus aptari poteſt, ibi enim conditio illa, demorandi perpetuò in aliquo loco in nullius cedebat vtilitatem, nulliuſque contemplatione fuit appoſita; quorum ſi alterum adfuiſſet, certè conditio adimplenda fuiſſet. Roboratur hic intellectus ex l. libertis, §. fin. ff. de alimen. lega. vbi conditio perpetui domicilij appoſita declaratur ſeruanda, nimirũ ex eo, quia exequiæ defuncto celebrandæ erant. Hunc intellectum tradit Bar. in d. §. Titio centum in fine, vbi & Paul. de Caſtr. refert, & ſequitur Ruin. in conſil. 43. num. 5. verſic. nec obſtat tex. vol. 2. In caſu autem noſtro conditio appoſita fuit in fauorem ipſius Titij, vt dictum eſt.

Vel dicas, tũc diſpoſitionem textus illius procedere, quando manſio perpetua in aliquo loco opponitur per modum obligationis, tunc enim non tenet, quia eſt directè contra libertatem, ſecus verò quando apponitur per modum conditionis, in eo enim caſu, tenet, vt in l. 1. C. de legat. & in l. Caio, §. Imperator, ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. Sticho, §. fin. ibi ſi conditione, ff. de condit. & demonſtr.

Ratio eſt, quia in donatarij electione eſt, verum velit legatum reſpuere, an verò illo frui cùm conditionis adimpletione, quo caſu non cenſetur legatarius eſſe obligatus, quia quæ ſunt in conditione non dicuntur eſſe in obligatione, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtamen. quo caſu legatarius non tenebitur præciſè, ſed cauſatiuè, & ſic concordat textus in §. Titio centum, & in §. vxori, vt per Raphael. Cuman. in dicto §. ex mente, Bartol. ibidem. Hunc intellectum ſequitur Ruinus dicto conſil. 43. numer. 5. verſic. non obſtat, & latiſſimè explicat Petrus de Ferrarijs in ſua Practic. Papienſ. in Formula libelli ad dotem, & vſufructum, in Gloſ. penultim. incipiente Habitaculum.

Poſſet etiam dici textus illũ non poſſe adduci ad caſus noſtri deciſionem, ex eo plures habet intellectus, vt ex Gloſ. ibidem in verb. vtimur, quod verò textus plures habens intellectus adduci nõ poſſit ad decidendum aliquid, dixit Bald. in cap. fin. colum. fin. extra de conſult. & Matheſ. ſingul. 19. num. 10.

Digitized by Google

De quibusdam Ducum Militum, seù Capitaneorum obligationibus.

QVÆST. XLIV.

An Capitaneus possit sibi plures transitus impetrare, & si impetret, teneatur ad restitutionem. Cap. I.

IN materia adeò frequenti supponendum est cuilibet cohorti militum assignare à Regia Scriuania hospitia in diuersis terris, quæ sunt in transitu, donec ad locum hospitij destinatum perueniatur, & illa intermedia loca tenentur cohortem hospitari, ad quem finem diriguntur commissiones Vniuersitatibus. Habetur autem ratio, vt inter, quod in singulis dies confecturi sunt milites sit non plusquam viginti miliarium, talis enim taxa ab ipsa lege communi determinata est, vt patet in l. 1. ff. si quis cautionibus. Vndè illa tantùm oppida designantur pro hospitijs, quę inter se viginti miliarium spatio distant, & sic est praxis, & satis rationabilis.

Duplex fraus contra hoc fieri potest, & aliquando solet. Dicam de prima in hoc capite, de secunda in sequenti. Duces militum, seù Capitanei ex falsa causa, nimirum prætextu infirmitatis, & debilitatis militum, quasi non possint inter tot miliarium vna die conficere, vel ex alia causa, impetrant sibi plures transitus, quam sint necessarij ad perueniendū ad locum destinatum. Deindè cùm adiunctis illis Vniuersitatibus, quæ aliàs cessante falso asserta causa ad hospitia nequaquam tenerentur, compositionem faciunt, ne in eis milites faciant hospitari.

Asserendum est Ducem impetrantem sibi plures transitus, quam qui ex præscripto ratione itineris, & iuris dispositione, ac Regiæ Scriuaniæ consueto, sint necessarij, lethaliter peccare.

Quod probatur; Primò, nam *accipiens* id, quod sibi de iure non spectat, sub quęsito colore, peccat, quia Deum, & proximum lædit. Hoc autem facit Dux ex falsa causa sibi transitus impetrans.

Secundò, ex tex. in cap. fin. de iniur. & damno dato, vbi qui est in causa, vt aliqui iniuriam aliquam, vel damnum patiatur, peccat *peccato lethali*, imò ad restitutionem tenetur, quisq; autem videt quantùm damni patiantur Vniuersitates, ex hoc multiplicato transitu, ad quem non tenebantur.

Tertiò, qui alterius peccato, cooperatur quamuis per solam consultationem peccat, cap qui contulit 11. q. 3. Modo Duces, *hanc commissionem ab Officialibus Regiæ Sriuaniæ impetrantes, peccato ipsorum Officialium cooperantur*, qui apertè peccant, concutiendo subditos Regis, & iniusta super illos onera imponentes, ergò & ipsi peccant.

Quartò, qui aliquid sine iusta causa petit ab aliquo, quod ille sine peccato non potest adimplere, peccat D. Tho. 2. 2. q. 96. ar. 4. vbi latè Caiet. cùm autem Officiales Regij non possint sine iusta causa plura hospitia concedere, quam sit solitum, & debitum sequitur, & eum, qui ea ab ipsis petit, peccare.

Aduerte Duplex, hic peccatum à Ducibus committi. Alterùm in impetratione iustæ commissionis. Alterùm in compositione, quam cùm Vniuersitatibus, ne illi demorentur, faciunt, & vlterius transeunt.

Aduerte etiam, quod Officiales tales transitus concedentes peccant, & ad re-

ad restitutionem tenentur damnorum, quæ ipsorum culpa in proprio officio delinquentium, patiuntur Vniuersitates, vt ex citato, cap. fin. patet. Et Capitaneis non restituentibus tenentur restituere ipsi Officiales, ex regula illa, quod cooperans ad damnum, & causam ipsius præbens, tenetur restituere principali non restituente, de qua D. Tho. 2.2. q. 62. Ricchard. Gabr. Main. Sot. Valen. Nau. & alij, apud Sayr. lib. 10. tract. 2. cap. 12.

Vide de quæst. huius capitis, Molin. de iust. & iur. quæst. 116. & Rodriq. in summa verbo Guerra.

An peccet Capitaneus accelerans inter cohortis, vel Vniuersitas soluens pro solutione hospitij. Cap. II.

ALterò modo committitur fraus à Ducibus hoc pacto: Acceleantes iter, plusquam viginti milliaria vno die conficiunt, & emenso spatio componunt se cùm illis Vniuersitatibus, in quibus erat illis iustè, & ex Regiæ Scriuaniæ assignatione demorandum, nisi milliaria illa suprà viginti fuissent addita.

Dico, Duces huiusmodi dupliciter peccare. Primò, ex nimia vexatione militum, cogendo illos ad longiora itinera contra iuris dispositione. Secundò, ex iniusta compositione, quam cùm Vniuersitatibus faciunt.

Primum patet; Primò, quia imponens onera grauia, & insolita subdito, peccat, sed per acceleratum iter contrà militum voluntatem, graue illis onus imponitur, ergò peccat, qui tale onus imponit. Secundò, exigens insolita, & indebita seruitia à subditis peccat, tale est eiusmodi longius iter ergò. Tertiò, præceptum Ioannis Baptistæ est, datum militibus, vt neminem concutiant, Luc. 3. & habetur in cap. militare 13. q. 1. eo autem modo, apertè concutiuntur milites à Ducibus, ergò peccant.

Secundum patet ex dictis supra in primo capite.

Quæres præterea, an peccent Vniuersitates, & earum Sindici, soluendo pecunias Ducibus militum ad hoc, vt aliundè transeant: quod ad cap. præcedens referri potest.

Respondeo duobus modis, id posse contingere vno modo, quando hospitium verè impositum est alicui Vniuersitati à Regia Scriuania. Alterò quando non est verè impositū, sed ipsi Duces transitus extorquent contra iuris dispositionem, vel ex rationabili causa Vniuersitas non potest onus hospitij sustinere.

Primò modo certùm est adesse culpam lethalem. Siquidem per id Vniuersitas eximit se ab oneribus publicis in aliorum præiudicium, Sot. de iust. & iur. q. 6. ar. vlt. in fine. Et rem patrant prohibitam à dispositione iuris communis, vt in l. 1. C. de Salgam. hospit. non præstand. l. 12. & l. 2. C. de merat. & epidem. lib. 12. & à Regia Pragmatica, quæ &si dicatur lex pœnalis in publicam tamen vtilitatem actus supradictos prohibet, apposita graui pœna. Quare non est dicenda propriè pœnalis, sed mixta, atquè adeò secundùm veriorem opinionem obligans in conscientia, iuxtà communem sententiam, post Alphons. de Castro lib. 1. de leg. pœnal. cap. 9. & 10. ab omnibus approbatam.

Quod verò ad restitutionem attinet. Dico eam habere hic locum, quod probo. Nàm licèt dubium sit, an per dispositionem Regiæ Pragmaticæ Ducis de Alcalà editæ anno 1584. prohibeatur, & impediatur translatio dominij. Nam Pragma-

Digitized by Google

tica est tantùm prohibitiua transactionem sub pœna illic appositæ, nec aliud statuit. Vndè plures Doctor. dixerunt, quod quando lex prohibet actum aliquem sub pœna, nihil aliud addendo, si actus conficiatur, tenet, sed pœna incurritur, iuxtà latè tradita Gl. & alios in cap. quæ contra, de reg. iur. in 6. Syl. in verb. lex, num. 28. & alios. Tamen certa regula est, quod regulariter ex duobus capitibus impeditur translatio dominij, vel ratione rei, de cuius commercio agitur, vel ratione personarum contrahentium, quæ ex iuris dispositione inhabiles sunt ad contrahendum.

In casu nostro. Primum caput non militat. Nam contra Molin. disp. 116. dico ius hospitandi sua natura esse vendibile. Primò, quia ab hoc onere liberantur Vniuersitates, quæ efficiuntur Cameræ reseruatæ, & pecuniam soluunt, iuxtà tex. in l. omnes, C. de metat. & epid. lib. 12. Secundò, quia passim milites cùm grauis, tùm leuis armaturæ vendunt hospitia ipsis competentia, pretiò anticipato. De quo extat Regia Pragmatica (*Delli denari ad alloggiamento*) permittens talem venditionem, & declarans non esse vsurariam. Item aliquæ Ciuitates, vt Capua, & Auersa statuto pretio, soluunt hospitia militibus grauis armaturæ: Ergò ex sui natura tale ius vendibile, redimibile, & cessibile est.

Secundum verò caput, certùm est militare in casu nostro. Potestas enim Electorum, & Sindicorum procedit ex iuris dispositione, mandantis bona Vniuersitatis per ipsos administrari, non enim aliundè potest ipsis potestas in ea bona competere ex eadem autem iuris dispositione constat, ipsos non posse bona Vniuersitatis donare. De quo præter iuris communis dispositionem, extat Regia Pragmatica in anno 1509. sub titulo de administrator. Vniuersitatum, Pragm. 5. num. 18. quare cùm non habeant liberam facultatem in dispositione bonorum Vniuersitatis, neque, sint persona integra, non possunt dominium transferre, & redit communis sententia, quod ex contractu nullo ex defectu personæ contrahentis, liberam non habentis facultatem dominium non transfertur, vti probat Mol. de iust. & iur. disp. 81. ex Adrian. Sot. Sylu. Salon. & alijs.

Adde, quod factum contra iuris dispositione prohibentem aliquem actũ, quoties ex alio capite saluari non potest, est ipso iure nullum; *ità post* Glos. & cæteros Canonist. *in cap.* qui contra, de regul. *iur. in 6.* tradit Sylvest. in verb. lex, nu. 28. & Azor. instit. moral. lib. 5. c. 16. in fin. Modo talis transactio ex nulla alia iuris dispositione saluari potest: siquidem transigentes non sunt domini, sed administratores.

In restitutione autem facienda puto adhibendam esse aliquam *considerationem, nimirum, vt deducto eo,* quod verè *Vniuersitas impendisset in hospitio militum*, id quod superest restituendum sit Vniuersitati, tanquam à non Domino, contra iuris dispositionem acceptum. In eo verò, quod realiter militibus competebat pro hospitio, si Dux militum sibi accepit considerandũ est, an angariauerit de loco ad locum transeundo contra ipsorum voluntatem, & Regias Pragmaticas, tunc enim militibus, id est restituendum, tanquam priuatis subsidio à Regia Maiestate ipsis concesso: nisi tamen Dux ipsis satisfecerit.

In secundo modo, de quo in principio dicendum est, nullum esse peccatum compositiones facere. Quia quilibet potest propriam vexationem pretio redimere, l. transigere, C. de transaction. & est communis

Theo-

Digitized by Google

Theolog. tenentia, quod si aliquis particularis ex causa indebitæ vexationis potest pecunia soluta se ab onere hospitij liberare, multò magis, id Vniuersitati erit licitum.

Tandem quæri potest. An sit licita compositio pro motione hospitij, vulgo, *per disloggiare*. Respondeo, ex duplici causa id fieri posse. Primò, vt liberentur ab illa molestia, quam ex sui natura afferunt hospitia nulla alia rationabili causa concurrente, & tunc non est licita transactio, vt ex supradictis patet; esset enim eximere se ab onere seruitij cùm aliorum damno, eorum nempè, qui in Ciuitate, aut loco hospitij designando moraretur. Secundò ad vitandam seruitutem militum, & inhonestatem, siuè ad aliud simile damnum: & tunc licita est compensatio. Nam si licita est homini particulari, cur non erit licita toti Vniuersitati; Præterquamquod Regiæ Pragmaticæ id prohibentes, non ligant in hoc casu. Leges enim positiuæ non obligant cùm periculo vitæ, vel notabilis damni, vt ex D. Thom. distin. 15. quæst. 3. & 2. 2. q. 117. ar. 3. tradunt Theolog. in tract. de legibus.

Quibus alijs modis iustitiam violent militum Duces. Cap. III.

MVltipliciter possunt iustitiã violare, ad cuius rectitudinem tenentur hi militum Duces. Et primo augẽdo numerũ militũ assistentibus nonnullis amicis tempore numerationis militum, qui pro veris militibus suffecti, milites tamen non sunt. Peccant Duces, & Capitanei lethali peccato, ac tenentur restituere stipendia accepta. Imò, quia Principem, qui bellum adoritur fallũt, nam determinanti cùm tot militibus hostem aggredi, non ei tot exhibent, si victoria minimè sequatur, vel exercitus aliquod damnum patiatur, tenentur Capitanei ad omnia damna, & ad lucra etiam, quæ sperari potuissent, & ex minore militum numero fuerunt deperdita; ità Mercad. de rest. cap. 15. Molin. de iust. & iur. disp. 116. Rodriq. in summa cap. 127. verbo Guerra, & ipsis non restituentibus tenerentur restituere ipsi amici, seù serui, milites nempè suffecti tali fraudulento actui assentientes.

Quod si quis proprium seruum inter milites numeret, aut filium ineptum militare seruitio ob ætatem, mortaliter etiam peccat, cùm onere restitutionis, nec tacitus Superiorum consensus sufficit, cùm constet eos, cognita fraude, in authores animaduertere, vt Mercado, & Rodriquez loc. cit.

Secundò, recipientes plures schedulas, seù cartellas, quam sit numerus militum, vel vni militi plures concedendo, peccant cum obligatione restituendi, vt ex citatis etiam authoribus. Idem est quando commissionem habent, vt cum tot militibus hospitentur, si minorem numerum introducunt, & pro absentibus cartellas recipiunt.

Sed hic dubium insurgit. An Capitanei, & Officiales alicuius cohortis, pro se ipsis plures cartellas recipientes, peccant peccato lethali cum obligatione restitutionis.

Negatiua opinio fundatur in casu antiquissimo secundum quem semper Capitaneis quatuor, aut quinque cartellæ pro ipsorum hospitio concedũtur, sicut Alferijs tres, Locumtenenti quatuor. Vnde, sicut licitum est militibus accipere à sponte dantibus, & gratis non obstante Regia Pragmatica prohibente, nil aliud milites possunt accipere, nisi

stantia,

Digitized by Google

stantia, strame, e lecto, & hoc ratione vsus antiqui, ità & in casu proposito, vndè licitum erit, vnam cartellam realiter accipere, & pro alijs cùm hospitibus transigere.

Contrariam tamen sententiam veriorem puto, quam probo. Primò accipere, aliquid ab initio, quod nulla ratione debetur, intrinsecè malum est, & restitui debet, c. fin. de iniur. & damn. dat. & in militibus, hoc specialiter à D. Io. Baptistæ fuit statutum, Luc. 3. neminem concutientes, contenti estote stipendijs vestris, quod habetur etiam in cap. Dominus noster 11. q. 3. sed accipere plures cartellas, itaut ex vi vnius consequatur hospitium, & pro alijs faciat compositionem, non cadit sub ratione stipendij, vt notum est, neque sub ratione hospitij Capitaneo concessi, tùm ex dispositione iuris communis, tùm ex commissione Regiæ Scriuaniæ, ergò necessariò sub ratione concussionis, stante, quod tali modo destruuntur oppida in quibus contingit hospitari, vt optimè aduertit Caiet. in summa verbo Bellum, in fine.

Secundò, militibus ratione hospitij de iure communi, tantùm domorum habitatio debebatur, sibi verò nequaquam, l. 1. C. de Salgam. hospit. non præstan. lib. 12. Id autem indifferenter obseruabatur, vt in militibus, sic in Ducibus, quibus nullum in hoc priuilegium competebat. De iure verò municipali, debetur illis, aliquid quod passim dicitur, stantia, strame, e lecto, ex antiqua aũt cõsuetudine introductũ fuit, vt incolę hospitibus suis cibos darent gratis, & satis rationabiliter super hoc prouisum fuit per aptam distributionem, vt vnicuique suus hospes assignaretur per cartellam: Itaque cùm itaque necessitati Capitanei, rectè subueniatur per suam cartellam, non est, cur ipse possit vnam cartellam pro suo hospitio accipere, & de reliquis compositionem facere.

Tertiò, idem probatur, nam ius commune illustribus personis plura hospitia nequaquam concessit, sed vnicum tantùm nobilius tamen, & comodius, quam cæteris militibus. His enim domus hospitij assignatur cuius dominus duas partes, sibi retinet, tertiam verò militi tribuit, hoc modo, vt primam partem ipse dominus eligat, secundum miles, tertium idem dominus. In hospitio autem illustrium personarum, medietas domus pro hospitio assignatur, hac lege, vt vel Dominus diuidat, & illustris persona eligat, *vel è contrà*. Et hæc omnia sub grauissimis pœnis. Vide l. 2. C. de mens. & epid. lib. 12. Regia etiam Pragmatica nequaquam plura hospitia Capitaneis concessit, sed vnicum tantùm, adiuncta tamen aliqua commoditate, puta quod lectum sit cum cenopoeo; quod communibus militibus non concessit. *Patet igitur receptionem plurium hospitiorum, nullo pacto iustificari posse.*

Neque *antiqua consuetudo*, aliquo modo illis prodesse potest, est enim potius corruptela. Et multoties à Superioribus vidimus contrauenientes grauiter fuisse punitos.

An sit licitum Capitaneo cartellas accipere pro famulis, & socijs suis, vel pro se ipso absente. Cap. IV.

DVo quęruntur in titulo. Primam, an liceat Capitaneo accipere plures cartellas, non quidem, vt vna acceptata in cæteris se componat, de quo in prędcedenti capite *dictum* est, sed vt illas distribuat *amicis*, & socijs.

Respondeo negatiuè, quod patebit, ex sufficienti

sufficienti militum enumeratione, tale enim pro quibus cartellas vult Capitaneus, vel sunt famuli eius, vel milites, qui absq; stipendio seruiunt, & fortunam belli sequuntur, vulgo. Auenturieri, aut amici, & socij eius nequaquaquam ascripti militiæ, sed intuitu tantùm personæ Ducis cùm ipso cohabitantes, vulgo camarate. Primo casu, quando famuli sunt nullum eis debetur hospitium; nam habita ratione Ducis, & seruitij, quod ei debetur lex amplius ei hospitium tribuit, vt in citata lege septima Sancitum fuit, & sicut pro seruis cùm in numero militum computandi non sint nullum stipendium accipi potest, vt suprà ex Mercad. & Rodriq. docuimus, ità neque hospitium, quia in stipendio, quod Officialibus à Rege impenditur, habeatur ratio expẽsarum, quas ipsi necessariò in seruos insumunt.

Dicent fortasse, stipendia taxata non esse sufficientia, vel à Rege præteriti ipsis temporibus non solui. Sed vana est excusatio non enim ob diminuta, vel non soluta stipendia, licitum erit Vniuersitates, quæ in culpa non sunt, concutere; Molin. disp. 116. in fine.

Si autem socij isti, sint militiæ ascripti, absque tamen stipendio, iam istis ratione suimet hospitia debentur, nulla est, ergò ratio cur Capitaneis ratione ipsorum debeant plures cartellæ concedi.

At si sint amici, & socij Ducis, militiæque minimè ascripti, clarum est pro ipsis nulla hospitia deberi, hęc enim militibus tantùm debentur, & ijs, qui realiter, & præsentialiter in oppido hospitij morantur. Itaque ex sufficienti partium enumeratione superfluarum cartellarum receptio nullo modo iustificari potest. Vndę consequitur recipientes, & cooperantes ad earũ receptiones, & sunt præcursores cohortium peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri. Videndus præter, Molin. Mercad. & Rodriq. citatos Driedo de libertate Christiana lib. 2. cap. 6.

Secundum quod in titulo quęritur est, an Capitaneus absens possit frui beneficio hospitij, & cum actu non resideat in hospitio pecuniam pro cartella recipere.

Absentia Ducis potest esse pro suo libito, ac voluntaria, & pro Regio seruitio, alijsque militum necessitatibus. Si voluntaria sit, nullum ei emolumentũ in consequendo iure hospitiorum afferre potest: hospitia enim præsentialiter in loco hospitij commorantibus debentur, atquè adeò absentibus denegantur exemplo clericorum, qui de eorum beneficijs, nihil in absentia volũtaria capere possunt, vt in c. 1. & per totum de cleric. non resid. quod maiorem habet vim, quando Capitaneus in aliquo loco ad finem præsidij commoratur, absens enim ad eo ex sui libito nihil potest accipere, vti respondit Nauar. apud Rodriquez, & Molin. loc. cit. Confirmatur dictum ex modo, quo Prouisiones Regiæ Scriuaniæ loquuntur, exprimunt enim danda esse hospitia Capitaneis, Alferijs, & Militibus, qui personaliter se conferunt. Nullo ergò pacto absentibus debentur.

Quando verò Capitaneus pro Curiæ, seù Regis seruitio est absens, quod possit cartellam recipere, & in militum numero cõputari, tanquam præsens suaderi potest ex mũltis. Siquidem absentes Reipublicæ causa, præsentes dicuntur, l. si quis stipulatus, vbi Glos ff ex quib. caus. maior. Item: absentes Reipublicę causa salarium accipiunt, ac si præsentes essent, l. si quis Titio, & l. Iulianus, §. fin. vbi Abb. & Bar. in l. libertis nu. 16. C. de oper. liber. per tex. in l. qui mittitur, § fin. ff. ex quib. cau. maior. Item in casibus, in quibus, quis tenetur

netur residere, etiam mediante iuramento, si ex absens pro Superioris seruitio, dicitur residens, & lucrum capit, cap. ex parte, il secondo, & cap. cùm dilectus, de cleric. non residen. Item iuramentum præstitum ab Episcopo, vel Clericis de residendo in proprijs Ecclesijs non obest, quin pro eiusdem Ecclesiæ vtilitate, vel Superioris mandato possint abesse, vt ex citatis iuribus, & cap. ad audientiam, de cleric. non residen. & probant optimè Cacher. decis. 92. num. 10. & Anna cons. 42. Ex quibus colligitur militem absentem pro Regis seruitio debere frui omnibus priuilegijs, quibus præsentes fruuntur. Accedente doctrina. Abb. post Ioan. Andr. & Hostiens. in d. cap. ex parte, il secondo, quod ea, quæ dicta sunt locum habent, etiam in illis priuilegiis, & prærogatiuis, quę solis præsentibus ex statuto speciali, vel consuetudine debentur.

Contrariam tamen sententiam veriorem, & tutiorem iudicio, nempè, vt nullo pacto prædicti Duces, & milites, hospitii beneficio frui possint. Nam hospitii ius, velut quædam quotidiana distributio censetur ad subleuandos milites concessa, sed absens pro Ecclesiæ seruitio, vel ex Papę dispensatione, nequaquam lucratur quotidianas distributiones, licèt quòad alia tanquam præses iudicetur, quia hæ non debentur præsentibus tantùm, sed horis Canonicis interesentibus, cap. de cætero, de cleric. non residen. in 6. Ità similiter dicendum in casu nostro, quod Dux pro Regis seruitio, vel ex eius facultate absens, licèt stipendia sua, tempore talis absentiæ lucretur, hospitii tamen lucrum ex eo, quia quædam quotidiana sit distributio, non lucretur.

Et regulariter quoties distributiones, quotidianæ sunt separatę à prębendis absens ex legitima causa, licèt præbenda consequatur, tanquam præsens, distributiones tamen non recipit, glos. in d. cap. licèt, & tradunt omnes Canonistæ in d. cap. 1. de cler. non residen. in 6. quod in casu nostro rectè applicari potest.

Adde, quòd implicantia quędam cernitur, quòd quis sit absens, & hospitii iura consequatur. Nam si hospitium est quædam comoditas militi tradita, eò ipso quòd est absens, tali comoditate non indiget.

Verùm si consuetudo esset in contrarium, posset tali casu ius hospitis acquiri, sicut in ipsis distributionibus cõsuetudine potest induci, vt etiam absentibus debeantur, vt in d. cap. 1. habetur; vel si adesset compositio facta cùm Vniuersitate concurrentibus circumstantiis illam iustificantibus, eo casu posset ius illud hospitii in pecunia acquiri.

Et per hæc patet responsio ad adducta in contrarium.

An sit irrita professio facta eodem die susceptionis habitus, vel complementi sextidecimi anni.

QVÆST. XLV.

SAcrum Tridentinum Consilium sess. 25. de regularib. cap. 15. petens decimumsextum annum ætatis, & integrum Nouitiatus, his verbis vtitur. Nec, qui minori tempore, quàm per annum, post susceptum habitum in probatione steterit ad professionem admittatur. Finge modo aliquem suscepisse habitum primo die Ianuarii anno 1620. hora vigesimasecunda, post vesperas, & recurrente eadem die prima Ianuarii anni sequentis 1621. hora decimaseptima, inter missarum solemnia ad pro-

Digitized by Google

ad professionem fuisse admissum, cùm defectu quinque, vel quatuor horarũ ad integritatem anni. Quæritur, an sit inualida professio, vt potè contra Decretum Concilii emissa. Quod per indè est, ac dicere, vtrùm tempus à Concilio statutũ, sit mensurandum de momento ad mentum.

Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. vbi de statu Religioso, dubit. 7. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 22. num. 22. tenent comcutandum esse tempus à momento ad momentum.

Contrariam sententiam, in quam inclino, defendit Rodriq. de regularibus to. 3. q. 15 ar. 4. citans Henriq. l. 13. de excomm. cap. 40. num. 2. & Palat. in 4 dist 38. q. 1.

Dico itaque, quod quamuis controuersia inter Doctor. an dies temini computetur in termino, in casu tamen nostro, ex ipsis verbis Concilijs, tempus currit ab actu ipso susceptionis habitus, non autem à die susceptionis habitus. Vndè resultat communis conclusio, quod quotiescunque tempus incipit ab actu aliquo, dies in quo actus incipit, vel completur, includitur in termino, & tempus currit de momento ad momentum, l. si quis sic dixerit, ff. de verb. & rer. signific. cap. ex parte, vbi Cardin. in 1. notab. de sponsal. Glos. in cap. anteriorum in princ. 2. q. 6. Glos. in Clem. causam, in verb. ab interpositione, vbi latè Imol. de election. Ioan. Andr. Abb. Anchar. & alij multi, quos refert Tiraquell. de retract lignag. §. 1. in versic. &. . Glos. 2. num. 23. quare non est dubitandum dies susceptionis habitus, & professionis comprehendendos esse, & connumerando ad integritatem anni.

Adhùc tamen dico defectum, illum sex horarum incirca non reddere professionem nullam, & inualidam. Licèt enim Concilium stoluerit annum esse completũ, & perfectum, quod demonstrauit per illa verba, per annum, quæ denotant actum perfectu, l. Vrbana, §. pernoctare, ff. de verb. signific. & in dubium vertatur, an dies cępta habeatur pro completa, communis tamen resolutio est, quod in fauorabilibus, dies cępta habetur pro completa, l. qua ætatæ, ff. de testamen. l. 1. ff. de matrim. Glos. Bar. & omnes in l. 3. §. minorem, ff. de minor. 25. ann. Archidiac. & omnes Canonistæ in c. si annum de iudi. in 6. latè Mandos. in reg. de annali q. 20.

Contendit autem Sanchez in fauorem Religionis, & minoris ætatis esse iudicandum. At ego dico, in fauorem Nouitij. Certum est, enim actum professionis esse fauorabilem, per illum enim Nouitius cùm Deo vnitur, vndè dixerunt Speculator titul. de restit. in integr. & qualiter, vers. sed numquid minor, & Anchar. in in cap. 1. num. 3. de regular. quod nulla potest lęsio in professione Religionis, quia seruire Deo regnare est. Item multa priuilegia spiritualia, & temporalia communicantur Professo, vt benè aduertit Rodriq. loco citato.

Quod si diceret aliquis, statutum quidem Religionis esse fauorabilem, obligationem tamen ad ipsam, quæ per professionem fit, esse odiosam, vt ex Glos. in cap. ad nostram, de regularibus, ideoquè, diem cæptam non haberi pro completa. Contra est, nam ità etiam posset dici, obligationem ad votum castitatis seruandum, & officij recitationem, quę inducitur ob susceptionem ordinis sacri esse odiosam, quamuis status ille sit dignissimus; atquè adeò in susceptione ordinis sacri, quæ ex Triden. sess. 25. de Reformat. debet annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum, diem cęptã non esse completam, cuius contra-

Digitized by Google

riam docent multi,& præcipuè Menoch.de arbitr.iudic.lib. 2. centur. 3. casu. 425.

Si verò dicatur in fauorem vtriusque desiderare illud spatium quinque, aut sex horarum,Religionis,nempè periculum facturæ de Nouitij moribus, & Nouitij experturi, adhùc onera Religionis; Respondeo. Primò,id nihil facere aduers. eas Religiones,quæ probationis tempus vltrà annum à Concilio præstitum protendunt, vt inter cæteras Minima, hæc nostra Clericorum Regularium est, quæ quadrimestre spatium adiunxit,antè probationis annum sub hospitij nomine, & in reliquis,sub eisdem probationibus,quibus cæteri ad habitum Regularem admissi probantur, & exercentur. Secundò, respondeo, moraliter ex neutra parte posse accidere in paucarum illarum spatio,aliquid, cuius exacta cognitio per prius non fuerit habita, idcircò non debere haberi in consideratione.

Confirmatur in nostra sententia, nam Decretum Concilij continet præceptum humanum,quare modo humano,& morali intelligendum est; sed moraliter, perfectum, & completum dicitur,quod parum distat à complemento,& perfectione,Arist. 2. Physic. D.Thom in 4.d.st. 27 q. 2.ar.2 ad 7 Syluest.Tabena & alij in verbo Sponsalia, Ioan Andr. & cæteri Canonistæ in cap literas,de desponsat.impub.Ergò moraliter perfectus dicitur annus, & completus, quinque, vel sex tantùm horæ deficiunt. Nam habita ratione ad totum,& integrum annum,talium horarum spatium minutissima eius anni pars dicitur, vndè eius defectus, non debet dici incompletum reddere annum. Et facit doctrina Bal. in cap. cum in cunctis,numer 3. de elect. vbi dixit, quod lex non curat de horis. Præterea cùm in omni alio negotio humano,paucitas materiæ excusset, cur non etiam, & idem hic dicendum, cùm dispar ratio non possit adduci,vt dictum est, & ex dicendis patebit.

Accedunt,etiam ad conclusionem nostram roborandam, multa alia exempla, verbi gratia. Testamentum ab eo tantùm condi potest,qui quartumdecimum annum compleuit,& tamen sufficit annum esse cœptum,ad hoc,vt valeat,l. qua ætate, ff de testamen.

Item in vsucapione dies cepta habetur pro completa, l.6. & 7. de vsucapionibus,& absque dubio *fauorabilior est præsumptio, quam vsucapio.*

Item in sponsalibus requiritur septennium completum,& expletum,cap. litteras, & cap. accessit de desponsat. impub. & tamen sufficit attingere vltimum diem.Ioan. Andr. & omnes Canonistæ in d.cap.literas, Couar. de sponsal. par.1. cap 2.num 2. & est communis Teologor. opinio,& Canonist. quam refert *Sanchez de matrim.lib. 1.disp.16. valetque argumentũ de matrimonio carnali ad spirituale*, vt ijdem Doctores docent.

Item in ordine sacro, idem est dicendum, vt suprà tetigimus ex Menochio. Multa alia exempla adducit, Mandos.loc.cit.in regula de annali, sed ista sufficiunt.

Ad idẽ facit text.in l. anniculus, ff. de verb.signif.vbi explicatur acceptio anni,de cuius significatu, nunc agitur,stante, quod Concilium requirit annum. Dicitur,ergò in d.l.anniculus non statim,vt natus est, sed trecentesimo, sexagesimo, quinto die dicitur incipiente planè, non exacto die,quia annum ciuiliter non ad momenta temporum,sed ad dies mensurarum. Ecce quomodò dicitur esse completus annus statim, ac vltima eius dies cœperit,esto non sit completa. Quod optime ap-

plicari

Digitized by Google

plicari potest in casu nostro.

Quæ hactenus dicta sunt, efficaciora erunt, si agatur de inualidanda professione, iam edita. Certùm est enim casum esse fauorabilem, non solùm respectu ipsius Religionis, & Religiosorum, sed etiam totius vniuersalis Ecclesiæ, stante, quod multi è Religionibus egrederentur ordinati ad titulum paupertatis, quibus fortè non suppeteret modus cùm dignitate se alendi, qui idcircò cogerentur mendicare, vel alicui vili seruitio se mancipare cùm dedecore sacri ordinis. Ipsi verò Religioni, absque dubio satis graue esset filijs, cùm tantò labore enutritis priuari; pro qua Religione in dubio esse respondendum habetur in l. sola persona, ff. de Religios. & sumption. funer. Ipsis denique Religiosis durum esset, & molestum rursus ad sæculum redire.

Vtrum sit valida electio eius, qui tempore in quo laturus est suffragium, ab illo ferendo, impedietur.

QVÆST. XLVI.

FRequenter, id potest accidere in Communitatibus, & in Congregationibus Regularium, in quibus multoties sancitum est, ne tres primo, vel secundo gradu inter se coniũcti, simul possint ferre suffragium. Pone itaque casum, duos taliter coniunctos necessario, vel ratione anterioritatis, vel ratione dignitatis qua fruuntur, interesse debere Generali Capitulo, vel Parlamẽto, &c. Dubitatur, an in aliqua Domo sit eligibilis tertius itidem coniunctus, cui ratione duorum ętate maiorum non erit licitum suffragium ferre, ex peculiari sanctione.

Videtur nullo pacto, hunc tertium esse eligibilem, suppositâ tali peculiari lege, cùm enim cesset finis, cuius gratione aliquis eligitur, nempè, vt suffragium ferat, debet cessare, & ipsa electio, finis enim, &si vltimum sit in exequutione primum tamen est in intentione, vt ait Philosoph. & habetur in l. 1. C. de exeq. rei iudic. Omnis etiam actus ex fine iudicatur, l. vtrum. C. de furtis; Et quotiescunq; aliquid est propter aliud, consideratur id propter, quod est, l. si quando, ff. de aur. & arg. leg. & latè Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 17. nu. 10. & seq. Anna consil. 79.

Contrariam tamen sententiam veriorem censeo: nimirum, quod quamuis tertius ille frater, seù vt verius loquamur, iunior inter fratres, iunior in quam ætate Religionis, si cùm illis in Capitulo Generali simul inueniretur, nullatenùs posset in illo, iure suffragij frui, & ab illo ferendo esset, sibi abstinendum, adhùc tamen eligibilis est, licèt eius electio ex fratrum interuentu frustratoria reddenda sit.

Probatur hoc, nam quilibet ex ijs, qui vtriusque suffragij iure fruuntur, eligibilis est, non solùm de iure, sed etiam speciali lege, cuiusque Vniuersitatis, seù Collegij, aut Religionis, nisi ab eodem iure, seù legibus peculiari aliqua de causa impediatur. Modo hæc talis electio ex interuentu fratrum, neque de iure communi, neq; de municipali prohibetur, vt suppono, ergò simpliciter licita est; Quod verò in materia electionis sit quilibet eligibilis, nisi speciali causa repellatur, docuit post Hostiens. in summ. de elect. & alios Cucc. Inst. Canon. tit. de elec.

Confirmantur supradicta ex argumento negatiuo, si in Constitutionibus talis communitatis, nihil de hoc esset sancitum, talis eligibilis esset, va-

leret enim dicere, multa de electionis conditionibus sunt sancita, & nunquam decernitur electionē fratris minoris esse invalidam, ergò præsumitur, apud legislatores haberi pro valida, & accessum tantùm ad Parlamentum esse illi denegatum. Certè, quod ad nos pertinet; Multa habentur in parte 3. Constit. cap. 1. ad electionem ritè faciendam pertinentia, nihilque de ineligibilitate minoris fratris statuitur, sed solùm ius ei ad ferendum suffragium denegatur, quasi illud impedimentum sit tantùm extrinsecum, non autem intrinsecè ipsam eligendi personam respiciens.

Fundatur autem hoc euidentius, soluta ratione, quæ potest esse vnicum contrariæ opinionis argumentum, ipsa scilicèt finis electionis elusio, si enim quis eligendus est, vt suffragium ferat, & ab hoc ferendo sit excludendus, ipsa futuri euentus consideratio illi obest; Sed cùm hoc non reddat illum ineligibilem, vt probabo, destruitur opinionis huius fundamentum.

Quod verò ista electio quæ, vt dicitur, viribus euacuari potest ex futuro euentu, non sit nulla, probabo ex diuersis iuris authoritatibus in materia electionis. Siquidem vera est iuris cōclusio generalis, quod actus cuius validitas pendet ex futuro, non dicitur nullus, licèt veniat annullandus, Glos. in cap. non solùm, in Glos. Magn. circà medium de appellat. in 6. Abb. in cap. à nobis, num. 8. in fin. de elect. Patet hoc in venditione feusti facta, reseruato Regio assensu, non enim dicitur nulla, quamuis validitas pendeat à voluntate Regis assensum præstaturi, cui liberum est illum denegare, Andr. in cap. Imperiali, in verbo commercium de prohib. feud. alie. per Lothar. & à voluntate contrahentium, quorum quilibet, antè Regis assensum, potest à contractu resilire authoritatæ Constitutionis Regni Diuæ Memoriæ. Et tamen interim contractus non dicitur nullus, quamuis possit ex tot capitibus annullari, vt latè Afflict. in d. Const. Idem prorsus dicendum in casu nostro nō esse nullam electionem eius, qui si eligatur, electio viribus euacuabitur, ex maiorum interuentu. Si non potest dici electio nulla à principio, ergò talis eligibilis est, quia is propriè dicitur ineligibilis, qui si eligeretur electio nulla esset, vt patet ex dictis per Hostiens. & Cucch. locis citatis.

Peculiariter autem id in materia electionis est probandum, nimirum, quod quamuis electio sit viribus euacuanda, adhùc tamen celebrari potest. Et probatur Primò, Regularis potest in Prælatum eligi, cap. quam sit 18. dist. cap. cùm dilecti de rescript. latè per Hostiens. in cap. per tuas de voto, & voti redempt. & per Abb. in cap. fin. de postulan. Prælat. Et tamen effectus electionis, & ipsius validitas pendet à voluntate Superioris electi, cuius licentiam ipse, & petere, & obtinere debet, antè acceptationē, qui si licentiam Regulari subdito non præstet viribus euacuatur electio, cap. si Religiosus, vbi Glos. & omnes notant de elect. in 6. capit. Abbatem, eodem titulo.

Secundò, Capitulo congregatum aliquibus non vocatis, sed contemptis, potest eligere, nec is, quem tale Capitulum eligere intendit, ineligibilis est, ex eo, quia electio taliter facta, viribus euacuatur, si id contempti petant; cotemptis enim non conquerentibus, valida est electio, cap. bonę, il secondo, & cap. quod sicut, de elect.

Tertiò, Electio pendente appellatione extraiudiciali, licèt possit ex allegatis in appellatione viribus euacuari,

Digitized by Google

cuari, si appellatio protẽdatur, non tamen impeditur quin fiat, ipsa adhùc appellatione pendente, & probabili existente dubio ex appellatione esse reuocandam, cap. cùm nobis, vbi Abb. num. 5. de elect. & cap. cùm venisset, num. 9. & 21. de restit. in integr.

Quartò, vitiosus aliquo vitio, in quo de facili solet dispensari, eligi potest, nec electio dicitur nulla, Abb. per illum tex. cap. post translationem, numer. 7. de postulat. Prælat. Et tamen quod electio sit effectum consequutura pendet à libera voluntate Summi Pontificis, cuius est dispensare, & libere potest dispensationem denegare.

Accedit supradictis, quod (si de nostra Religione sit sermo) cùm multi possint esse casus, ob quos seniores illi duo fratres, seù alter eorum, Capitulum Generale non ingrediantur, puta, mors naturalis, vel egressus à Religione ob superuenientem dignitatem, siuè etiam voluntaria absentia à Capitulo, esto enim, quod quis Præpositi dignitate fungatur, adhùc tamen liber est in accedendo ad Capitulum, & potest alium ex suæ Domus Patribus mittere sui vice non debet ex futuro euentu frustratoriam reddente electionem, ineligibilis dici ille, qui neque ex communi iure, neque ex municipali, repellitur.

Tertium, quod principaliter adducitur est, quod sufficientia, vel idoneitas alicuius, ad hoc, vt dicatur eligibilis, & electio non dicatur nulla, attendenda est tempore electionis, cap. dudum, ibi electionis tempore, vbi glos. latè notat de elect. Et licèt postea in sufficientia, vel impedimentũ aliquod superueniat, nihil de eo curandum; nam principium attendendum est, & nõ finis, gl. Card. Anton. de Butrio, & Abb. in cap. dudum, num. 11. Itaquè cùm in casu nostro tempore electionis, talis minor frater nullo iure ab electione sit repellendus, id tempus est attendendum, & non illud quando ob præsentiam fratrum maiorum, erit ipse à congressu excludendus. Dicendus est ergò eligibilis esse.

Roboratur idem ex alia ratione, per quam etiam, quod in contrarium adductum est, soluitur; Nam licèt omne agens propter finem agat; Et finis sit vltimum in exequutione, primum tamen in intentione, & quando quid propter aliud fit, non id quod est, consideratur, sed id propter quod est, vt suprà dicebatur; Tamen quando actus recipit efficaciam, vel validitatem in initio, initium spectandum est, & non finis. Ità responderunt in huiusmodi, Cald. Butr. & Abb. in cap. dudum. Modo electio, quæ celebranda est tempore celebrationis vires accipit, ergò non est consideranda habilitas respectu finis, cui fit, sed habilitas in præsenti tempore, etiam si postea inhabilitas, & impedimentum sequatur.

Confirmatur dictum ex solemni Consilio Cardinal. 132. quod refert, & sequitur Felin. in cap. quoniam, S. porrò, col. penult. in fin. Vt lite non contest. Decidit ibi Cardinal. quod stante statuto, ne quis sine licentia, vltrà quindecim dies à Capitulo sit absens, si cùm licentia vltrà quindecim dies absens fuerit, quo tempore elapso vltrà quindecim dies absens fuerit sine licentia, statutum locum non habet, ex quo sufficit in initio cùm licentia absentem fuisse, principium enim, & non finis attendendum est, quod dictum pro singulari reputat additio ad Abb. in d. cap. dudum. Modo in casu nostro, cùm talis, de quo loquimur, præsenti tempore habilis sit, istud est attendendum, & non futurum, nec priuandus iure suo ipse est, ob superuentura

nentura impedimenta, quæ etiam suam habent incertitudinem.

An licitum sit Iudici instruere partes, & Aduocatum ad præsentandum scripturas pro veritate inuenienda.

QVÆST. XLVII.

VErtitur in dubium, quid possit Iudex in partium litigantium instructione. Casus est huiusmodi. Iudex cognita veritate negotij causæ ciuilis, de qua coram ipso agebatur viso processu aduertit actorem non benè fondasse intentionem suam, nō enim produxit instrumentum, ex quo potuisset rei veritas patere, & si tale instrumentu non produceretur, reus nequaquam condemnandus esset, sed absoluendus, idquè iniustè, atquè adeò retenturus esset penes se alienum. Quæritur modo, an talis Iudex instruendo Aduocatum actoris ad præsentandum tale instrumentum, ad hoc, vt veritas appareret, & secundum illam posset sententiam ferre, peccauerit mortaliter instruendo Aduocatum vnius partis.

Mortaliter peccasse Iudicem, suadetur manifesta ratione; Nam Iudex debet iudicare secundum deducta in actis, & secundum probata in processu, non autem secundum suam conscientiam, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsiden. In quo nullus Theologorum, neque Canonistarum discrepat. Quare illicitum erit ei alteram ex litigantibus partem instruere.

Secundò, talis instructio tendit ad vtilitatem partis priuatæ, sed Iudex nihil debet facere ad priuatam vtilitatem, nisi ille, cuius interest, id postulauerit, vt asserit Glos. fin. communiter recepta in cap. final. de rescript. vbi omnes Doct. & de communi etiam testātur Franciscus Niconisius in repetit. tex. in cap. quoniam contra in secunda parte, num. 114. de probation. & Simanc. de Catholic. instit. tit. de bon. hæretic. numer. 247. Pars autem nihil modo postulauit, circà instrumenti illius exhibitionem.

Tertiò, Iudicis est, ità se gerere in iudicio, vt modis omnibus procuret, ne ex alieno facto causam alterius faciat deteriorem, l. 1. vbi Glos. ff. de alienat. Iud. mutan. causa facta, l. vt perfectus, ff. de annali exception. ex regul. tex. in l. non debet, ff. de reg. iur. Paris de Puteo in tract. de Sindic. in verb. Iudices, nu. 28. Nauar. lib 5. Consilior. tit. de pœnit. & remiss. consil. 23. num. 5. vt alios amittam: instructio autem Aduocati in beneficium vnius partis, facit deteriorem causam alterius. Non ergò debet permitti talis instructio, & si id Iudex efficiat, cùm sit res gravis, & in tertij præiudicium, vtiq; mortaliter peccabit, & ad restitutionem damni dati parti læsę tenebitur, iuxtà regulas generales in materia restitutionis.

Veriorem tamen censeo opinionem, quæ Iudicem à peccato mortali liberat, quam probo. Primò Iudex tenetur omnibus modis laborare, vt veritas inueniatur, vt secundum ipsam possit iudicare, quod si non curet, tenetur in Sindicatu: ità post Glos. in l. 2. per illum tex. Cod. de edendo tenent ibi Bart. & cæteri Doct. communiter, quo sectantur, Amodeus de Sindicatu num. 158. Iacobus de Aretio de positionibus in princ. §. 1. nu. 4. & Castald. Boncomp de Sindicatu numer. 61. qui inter tractatus legales reperiuntur.

Confirmatur, quia Iudex ex suo officio non

Digitized by Google

cio non solùm tenetur inquirere veritatem, sed etiam curare debet, vt falsitas detegatur Canon. Deus omnipotens 2. q. 1. ac tandiù debet partes, & alios interrogare, donec id fieri possit, nec aliquod prætermittendum est, quod admitti debet cap. iudicante 30. q. vlt. Cordub. lib. 1. quæst. Theolog. quæst. 37. in prin. vbi dicit, hoc esse certum apud omnes.

Hinc est, quod ex officio tenetur interrogare partes post probationes, si velint aliquid addere, vt ex multis confirmat Niconisius, vbi suprà num. 11. & Iacob. Gentil. de ordin. Iudic. num. 25.

Item ex officio tenetur inquirere innocentiam rei, non solùm in his, quæ sunt iuris, sed etiam in his, quæ in facto consistunt. Ità Aegid. Bosi. tract. de confessis, num 1. 12. & post eum, & alios Rojas de hæretic. par. 2. nu. 229. quod si non faciat mortaliter peccabit, vt ex communi docet Sayr. Clau. Reg lib. 12. cap. 8.

Postremo Iudex potest supplere de iure, & de facto, vbi vertatur periculum animæ, Hostiens. in cap. bonæ memoriæ, il primo de postulat. Prælat. Ioan. à Capistran. in specul. conscien. par. 2. num. 188. ex tex in cap. exceptionem de except. & ex alijs plures, alios Doctor. cumulat Farinac. in consil 35. nu. 2.

Modo in proposito nostro Iudex instruxit Aduocatum præsentare instrumentum ad inueniendã veritatem, ad liberandum innocentem, & ad detegendam falsitatem. Idcircò non solùm non peccauit, id faciendo, sed potiùs peccasset mortaliter, dictam instrumenti præsentationem non procurando.

Nec obstant contraria; Nam ad primum dicitur, quod tunc Iudex debet iudicare, secundum allegata, & probata, quando non habet hunc modum inueniendi veritatem; tunc enim debet priùs inquirere veritatem, & secundum illam iudicare, vt post D. Tho. docet Cordub. quæst. præd. 37. & Sayr. dicto capit. cùm alijs.

Ad secundum dicitur, quod hic non procuratur principaliter vtilitas priuata, sed veritas, secũdum quam possit, & valeat Iudex ipse iudicare, quo casu, etiam parte non petente, potest Iudex, & de iure, & de facto supplere; quia ad ipsum pertinet ferre sententiam iustam, & secundum veritatem, & hac de causa supplet, etiam de facto ad priuatam vtilitatem, l. eos, §. fin. & l. Iudices, C. de appellat. Id enim Iudex ex officio suo tenetur facere, § curare institut. de actionibus, l. 1. & 2. C. de senten. quæ sine cert. quantit. Butr. in cap. 1. per illum tex. de l. bell. oblation. cùm alijs congestis, per Niconis. d. cap. quoniam contra in 2. par. num. 115. & 117. de probation. Rosellus in repetit. tex. in cap quidam Episcopus, num. 41. & seq. 2. q. 1.

Imò addunt Doctor. in hoc casu, quod si Iudex videat ex partis negligentia labi instantiam, ex qua iustitia possit non sortiri suum effectum, etiam parte non petente, potest tali parti terminum concedere: nam debet partibus consulere quoad ea, quæ ad iustitiam pertinent, & viderit expedire, ità Butr. in l. 1. C. de dilationib. & in l. 2. per illum tex. C. vt infra certum temp. Alexand. in l. debitoribus, vbi etiam Iaf. in princ. ff de re iudicat.

Nec obstat tertium quia tunc ex facto alieno non debet fieri deterior causa alterius, quãdo illud factum non concerneret veritatem negotij; sed in casu nostro, id factum est ad veritatem ipsam inueniendam, & adhoc vt secundum ea Iudex iudicare potuisset, constabit enim illi secundum suam priuatam veritatem rem illam aliter se habere, & erat in tempore,

Digitized by Google

pore, ac modum habeat diligentiam adhibendi ad veritatem indagandam. Ideò sub pœna peccati mortalis, id debebat procurare. Vndè è contrario, potiùs peccasset mortaliter omittendo id facere.

Concludendum est igitur Iudicem potuisse, & per alios, & per se admonere partem, & instruere Aduocatum modo, quo diximus.

In materia seperationis matrimonij, quoad thorum, & habitationē ex causa adulterij, an vir repetens vxorem excipientem de adulterio sit audiendus, & pendente iudicio seperationis, mulier sit deponenda in Monasterio.

QVÆST. XLVIII.

SVpponimus vxorem paulò post contractum matrimonium à viro fuisse derelictam, vixisse tamen honestissimè vsque ad senium. Virùm è contrà luxuriosissimam vitam transegisse, & ex adulterio filiam genuisse, quod ipsemet pluries per litteras confessu fuit, præter publicam de eo famam, & vocem Si post triginta annorum spacium vir vxorem ad cohabitandum cùm ipsa inuitet, quæritur quid iuris, tàm in foro cōscientiæ, quàm in foro fori.

Videtur prima facie dicendum teneri vxorem cohabitare cùm viro, siquidem cohabitatio connumeratur inter fructus, & onera matrimonij, ad quæ coniuges ad inuicem tenentur cap. Agathosa 27. q. 2. & cap. intelleximus de diuor. & si vxor denegat cohabitationem cùm viro, ipsum spoliat iure suo, vndè antè omnia restituendus est vir, cap. ità cùm quis de restit. spoliat. Item quocunque tempore vir veniens petat cohabitationem, si illa ei denegetur, restituendus est, quia ex tùnc censetur spoliatus, ad eam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquirenda possess. sic in specie decidit Glos. in cap. significasti, in verb. materiam de diuor. & cap. intelleximus, verb. spontanea de adulter. & est communis opinio Theolog. & Canonist. apud Sanchez de matrimonio lib. 10. dis. 12 num. 16.

Nec exceptio adulterij impedit restitutionem, nam licèt adulterium sit iusta causa diuortij, cap. significasti, cap. ex litteris de diuort. Riccius in praxi matrimonial. decis. 236 Requirit tamen sententiam Ecclesiæ, neque antè ipsam debet propria authoritate fieri. Nam omnis res per quascunque causas nascitur per easdem dissoluitur, cap. 1. de reg. iur. Vndè sicut per Ecclesiæ ministeriū fuit matrimonium contractum, ità & per ipsius iudicium, etiam quoad thorum, & cohabitationem separandum erit, vt supradicti Doctor. concludunt.

Accedit etiam, quod diuortium est pœna adulterij, ergò sententiam Iudicis necessario requirit, sicut in specie, respondit Glos. in cap. porrò in verb. separare de diuort. & Hostiens. Butr. Cardin. Barbat. & alij relati à Sanch loco cit. nu. 11. & ex Theolog. D. Th. D. Bonau. Durand. Riccardus, & alij, apud eundem, & Molfes. in summa tract. 8. cap. 14. num. 19 & seqq.

Confirmatur idem ex vsu Curiæ, quæ non solet ob adulterium transactum matrimonium separare, quoad thorum, & cohabitationem, sed requirit, quod in præsenti vir teneat concubinam; quia tùnc non solùm adest diuisio carnis vxoris cùm carne adulteræ,

Digitized by Google

adulteræ, ſed etiam probabile periculum vitæ, Molfeſ. loco citato, & in Conſuet. Neapol. parte 6. quæſt. 5. nu. 55. ergò ſi vir adulter ſupponatur emendatus, & ſuppliciter expoſcat cohabitationem vxoris, omninò admittendus eſt.

Contrariam tamen ſententiam puto veriorem. Pro cuius declaratione tres pono concluſiones. Prima eſt, iuſtè vxorem excipere de adulterio viri. Secunda, virum adulterum non eſſe audiendum in petita reſtitutione lite pendente. Tertia, licitè poſſe vxorem in ſua domo cum cõſanguineis permanere, nec in Monaſterio, litè pendente, eſſe recludendam.

Prima concluſio, quod adulterium ſit iuſta cauſa diſſoluendi matrimoniũ, quoad thorum, & cohabitationem, omnia iura clamant cap. ſignificaſti, & cap. ex literis de diuort. cap. Agathola 27. q. 1. & alibi; Idque optima ratione, nam per adulteriũ diuiditur caro alterius coniugis nõ autem ratione pœnæ, vt dicebat gl. ſed ex ipſa natura contractus, quia rumpitur promiſſa fides, inducitur thori, & cohabitationis ſeparatio, vt optimè probat D. Hieron. in cap. dicit Dominus 32. quæſt. 1. D. Tho. in 4. diſt. 35. art. 3. in corpor. D. Antonin. Sylu. & alij apud Couar. par. 2. de ſponſal. cap. 2. §. 1. itaque vſus inoleuit in Eccleſia per adulterium diſſolui matrimonium, non quidem ſacramentaliter, vt Iudæis placebat, ſed quoad thorum, & cohabitationem Concil. Triden. ſeſſ. 24. canon. 7. & 8. de Sacramento Matrimonii. Varias Rotæ deciſiones inuenies, apud Seraph. decil. 266. & Riccium in praxi matrimoniali deciſione 236.

Procedit autem hoc tàm in adulterio vxoris, quàm in adulterio viri, vt contra Tolet. dicentem lib. 7. c. 25. verſ. primus eſt ob viri adulterium non poſſe diſſolui matrimonium, quoad thorum, & cohabitationem diſputat Theſaur. foro Eccleſ. c. 24. num. 117.

Sufficit autem ſemel fuiſſe commiſſum adulterium, nam niſi ſequatur remiſſio expreſſa, vel tacita, vel ex mutuo crimine compenſatio, potentiſſima cauſa eſt adulterium, diſſoluendi matrimonium, & Molf poſt Ricc. & alios d. c. 14. nu. 19. & 20. In quo cauſa adulterij differt à cauſa ſæuitiæ, ob quam etiam diſſoluitur matrimonium, quoad thorum, & cohabitationem, ceſſante enim cauſa ſæuitię, ceſſat ſeparatio, latè Guttierr. quæſt. Canon. q. 28. nu. 2. At emendato adultero non tenetur coniux innocens redire ad cohabitandum, quia eſt cauſa perpetua, & non temporalis, & ſufficit ſemel fuiſſe ruptam fidem, & diuiſam carnem; neque tollitur, niſi per remiſſionem innocentis, aut mutuum crimen, vt ſupradictum eſt, ſic probatur ex multis iuribus, & Doctoribus à Barboſ. in 2. parte, Rubr. ff. ſolut. matr. num. 25. ex quo ſequitur, quod conſtito de adulterio poteſt coniux innocens profiteri in Religione, vt ex cap. Agathoſa citato, omnes, idquè vidimus practicatum in Illuſtriſſima Domina D. Conſtantia Piccolomínea de Aragonia Duciſſa Amalphiæ, quæ viuo adultero ſolemnia vota emiſit in Monaſterio Sanctæ Mariæ de Sapientia, quod ſub regimine eſt noſtræ Religionis, ibique ſanctiſſimè dies ſuos clauſit. Innocenti quoque reſtituitur dos, & antefatum ex regula tex. in l. contenta, §. 1. C. de repud. & §. mitiores, verſic. ſi igitur Auth. de nupt. Abb. in cap. plerunque de donat. inter vir. & vxor.

Secunda Concluſio vir petens reſtitutionem vxoris, quæ excipit de notorio adulterio, non eſt audiendus etiam lite pendente. Pro-

Digitized by Google

barur. Nam licèt maxima, maxima sit difficultas, an adulterium sit iusta causa dissoluendi matrimonium, quoad thorum, & cohabitationem, non expectata Iudicis Ecclesiastici sententia. Et multi Doctores dixerint expectandam esse talem sententiam, nec posse propria authoritate fieri, de quibus agunt Sanch. dicta disp. 12. & Riccius, ac Molfes. locis citatis, & Genuen. in praxi cap. 27. nu. 13. Vndè fit, quod si vxor diuerterit à viro, cogenda est redire, ad hoc vt vir in iure suo restituatur, c. litteras de restitut. spoliat. Tamen quando adulterium est notorium, impeditur restitutio; Nam dolo petitur, quod statim restituendum est, cap. dolo facit de reg. iur. in 6. sic apertè decidit tex. in cap. significasti de diuort. Idem probat glos. in d. c. Agathosa in verbo fornicationis, & in cap. 1. in verbo suspectum, vt lite non contest & in c. fin. de adult. vbi Io. Andr. Anan. Card. & omnes Canonist Nauarr. cap 22. num. 23. Sanch. Ricc. Ianuens. & Molfes. locis citatis. Et clara est iuris regula, quod stante notorio defectu in petente restitutionem denegatur ei restitutio, c. litteras de restit. spoliat. tùm quia restitutio dolosè petitur, vt dictum est, tùm quia cessat scandalum separationis coniugum; Itaque non est expectanda Iudicis sententia in notorietate adulterij, vt supracitati authores docent, & nouissimè Marius Antonius var. resolut lib. 1. resolut. 35.

Notorium autem adulterium dicitur, quando extant filij alterius coniugis, prout est in casu proposito, ità glos. cap. intelleximus in verb. euidentiam de adulter. Sanch. nu. 13. Molfes. num. 45. Vndè sicut in foro conscientiæ stante adulterio etiam occulto cõiux innocens potest propria authoritate nocentem derelinquere, absque tamen scandalo, vt omnes affirmant, & probant apertè tex. in cap. Dixit Dominus 32. q. 1. ibi, vbicunque fornicatio est, aut fornicationis suspicio, liberè vxor dimittitur, quæ dictio liberè, nullam sententiam requirit, dicitur enim Canon latę sententiæ, Abb. in proprijs terminis in cap. fin. de adulter. Nauar. cap. 22. num. 23. Bellarm. de de matrim. lib. 1. cap. 14. Tiraquell. in repetit. l. si vnquam in verbo reuertatur, num. 138. C. de reuocand. donat. ita idem dicendum in foro externo, stante notorietate adulterii.

Notorium præterea æquiualet sententiæ, glos. in d. cap. intelleximus. Item notoria cognitione non egent Innoc. c. ex parte de verb. signif. Item in notorijs ordo iudicij non seruatur, cap. ad nostram, il terzo de iur. iuran. Et ordo est ordinem non seruare, Bald. d. c. ad nostram, & propterea in notorijs fertur sententia contra absentem, & inauditum, cap. cum olim ibi, licèt absenti de re iudic. latè Dec. consil. 544. incip. Serenissimus Imperator.

Confirmatur Conclusio supradicta. Si licitum est innocẽti stante notorietate adulterij non aspectata Iudicis sententia diuertere à nocente; vt dictum est, ergò eo magis licitum erit excipere de adulterio, & excipiens interim manutenenda est libertate, in qua reperitur, quam acquisiuit non via iniusta, & violenter, sed ex culpa ipsius viri diuertentis, & adulterantis, vt optimè decidit glos. in cap. 1. in verb. suspectam, vt lite non contest. Nam regulariter facilius conceditur exceptio, quam actio, l. 1. ff. de superficieb. c. cum inter de except. latissimè Tusch. verb. exceptio concluſ. 374.

Quod diximus denegandam esse restitutionem ob adulterij notorietatem procedit etiam si adulterium non sit notorium, sed tamen ipsa ex-

Digitized by Google

excipiens de ipso offert probationes incontinenti ex talibus enim probationibus in continenti oblatis impeditur restitutio,cap.litteras §.quod si habeat,de restitut.spoliat. Diu.Thom.dict. artic.3. & post alios Sylues. verb. diuortium.Licet autem Couar. cum alijs apud Sanchez nu.27. contradicant, vera tamen est resolutio communis arbitrio prudentis Iudicis,id esse relinquendum, qui ex qualitate personæ excipientis iudicare debet, an tales probationes cum veritate offerantur probandæ, an verò animo differendi iudicium,& hoc iure vtimur,vt inquit Molfes.d.c.14.n.14. quare in causis huiusmodi separationis thori, in ipso causæ principio Iudex interrogare debet principalem cum iuramento ad eruendam veritatem,Genuen.in prax.cap.27. num.15.

Porrò in casu nostro,omne Iudicis arbitrium in fauorem vxore innocentis esse debet: non enim ipsa virum derelinquit,quo casu lex præsumeret contra ipsam, quando viro ipsam repetent, ipsa exciperet de adulterio,d cap.literas,§.sed si non habeat. Verum è contra ipsa a viro derelicta fuit per longissimum temporis spatium,& maxima cum inhumanitate,& ex viri culpa,non ex sua reperitur in possessione suæ libertatis, meritò itaque in sua possessione est manutenenda. Nec scandalum ex denegatione restitutionis petitę potest adesse; Nam ipsemet vir suo se iure priuauit,vt optimè in terminis ponderat Molfes.d.c.14. num. 51.

Tertia conclusio. Lite pendente,mulier non est reponenda in Monasterio, sed potest in domo proprio permanere,vbi diu cum consanguineis vixit,& cum optima fama honestatis suæ.

Probatur primo. Nam licet vera sit doctrina, quod pendente iudicio nullitatis matrimonij,vel separationis thori, mulier in loco tuto reponenda est ex reg.tex. in c.cum locum desponsal.quod solet esse monasterium,vt post Genuens. tradit Ricc.decis.242.& nouissimè Campanil.in diuers.iur.canon.in 11.c. 3.n.44.Tamen in casu nostro nulla facienda est mutatio;vndè prudens Iudex debet decernere,vt in eadē domo permaneat. Monasterium enim ad instantiam viri eligitur,ad hoc,vt mulier in loco tuto,& honesto habitet: sed mulier,de qua agitur honestissimè in propria domo, cum honestissimis consanguineis degit,nulla ergo facienda est mutatio.Domus enim patris,vel matris, vel fratris iudicatur locus honestus,& tutus,& præfertur Monasterio ad effectum habitandi ibi,lite pendente. Aymon.Crauet. consil. 190.n.7.Cæsar.de Grass.decis.vnica de diuort.Anna cons.33. & ità fuisse iudicatum Romę anno 1598. testatur Ricc.decis.242. & post ipsum Molfes.d.c.14.n.48. concludendum est itaque, multo magis permittendum esse mulieri, vt ibidem persistat.

Secundò, in electione loci, Iudex attendere debet qualitatem personę, vt notum est,& probatur ex l.1.C. vbi pupill educar. deb. Anna d'Eto consil.33 Modo mulier de qua agimus nobilissimis orta est natalibus, & ad maturam peruenit ætatem, poterit ergo in propria domo permanere.Sicut si alter coniugum religionem profiteatur,superstes ętate prouectus potest in sæculo permanere,c.cum sis præditus de conuers.coniug.

Tertiò, mulier reperitur in possessione suæ libertatis, quia ipsa non discessit, sed à viro nunc eam repetente derelicta fuit.Ergò lite separationis pendente, nihil est inno-

Digitized by Google

uandum, c. 1. vt lit. pend. & eo magis dùm notoriam exceptionem opponit, & habet præsumptionem iuris pro se, quia ipsa non discessit, ex d. cap. literas, §. quod si non habeat; ergò manutenenda est in possessione, in qua reperitur, c. cum personæ de priuil. in 6. Cap. dec. 198. faciunt latè scripta per Couarr. practicar. quæst. cap. 17.

Relinquitur ergo ex omnibus supradictis, in fauorem mulieris esse iudicandum.

De iure petendi remunerationem ob seruitia in bello præstita.

QVÆST. XLIX.

CArdo difficultatis huius, in eo vertitur, vtrum remuneratio seruitiorum in bello à militibus præstitorum, eis ex iustitia debeatur; nam videtur dicendum, quod sic.

Primò, de ratione militiæ est, non solum stipendij solutio debito tempore, c. militare 23. q. 2. quod si Officialis, vel Dux militiæ, non soluat, maxima pœna punitur, l. Augustus, & l. excellentia, C. de erogat. militar. annon. lib. 12. Sed etiam torques, seù corona, quæ pro qualitate seruitiorum militibus conferenda est, c. ius militare distinct. 1. Igitur si de natura militiæ venit torques, siuè corona, necessariò debita est de rigore iustitiæ. Nam quæ sunt de natura actus, debentur de rigore iustitiæ. Exempli gratia, euictio in contractu emptionis, & venditionis, quia est de natura contractus, etiam si promissa non fit, debetur de rigore iustitiæ, l. non debitum, cum similibus, cap. de euict.

Secundò. Denegaris concedere, quæ solita sunt concedi, peccat. Nam dicitur grauare subditos, l. 2. ff. de cadauer. punitor. Et superior, qui solet in certis casibus dispensare, si in illis non dispensat, peccat. cap. Domino Sancto, vbi glos. 50. dist. Et in tantum dicitur subditos iniuria afficere: probat tex. in cap. bone, & in cap. final. de postulat. prælator. & in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidiana, & æstiua. Licèt autem non detur actio contra non dispensantem, conceditur tamen officium Iudicis, glos. in cap. & similibus, & post Innoc. Cyn. & Anton. de Butr. tradit optime Petr. Belluca in speculo Principum, rubr. 14. ver. sic restat, num. 3. Modo, solitus est Rex noster, militibus benè meritis, pro qualitate seruitiorum, remunerationem præstare, etiam *ipsorum* hæredibus, ergo *non præstando* peccat. *Si ergo peccat, necessariò* sequitur, debitum esse de ratione iustitiæ, aliàs peccatum indè committi non posset.

Tertiò: de ratione iustitiæ commutatiuæ est, stipendia debere esse æqualia labori. Vndè fit, quod si quis conducat Operarium pro vili pretio, nisi aliqua iusta causa adsit, ob quam licita sit talis locatio, tàm vili pretio, tenetur de rigore iustitiæ ad præstandum alia pro compensatione laborum. Idquè ex rigore iustitiæ, vt post Nauar. probat latè alios allegando Cordub. quæst. 30. Certum autem nunc est, comparatione laborum, quos subeunt, & periculorum, quibus se exponunt nonnulli strenui milites pro suo Rege, vilissimum esse illud stipendium, quod ab

ipso

Digitized by Google

ipso accipiunt. Tenetur itaque Rex non solum ex debito gratitudinis eos remunerare pro acceptis seruitijs, vt benè probat D.Thom. 22. quæst. 186. artic. 3. & 4. Sed etiam est debito iustitiæ commutatiuæ.

Hæc sunt, quæ affirmatiuam sententiam probant. Negatiuam verò ego sequor, vti veriorem. Ad quam probandam, hoc est fundamentum. Militem ratione officij sui, teneri esse strenuum, atque ad labores impauidum, & ad pericula quæcunque subeunda paratum. Patet ex ipso nomine militiæ, quam aliqui duritiam dictam volunt obdura, quæque milici expetenda, & expectanda. Doctores, ff. de Institution. de militar. testamen. Vndè tenetur, non solum Dominum suum, sed ipsum Ducem belli armis, immò cum periculo vitæ defendere, & si ipsum deserat, punitur l. 3. §. final. & l. omne delictum, ff. de re militar. Multæ sunt leges militiæ, de quibus latè in dicto titulo de re militar. Ioann. de Lignano. Marr. Garat. & Bellin. tractat. de bello, & de re militari. Nequè enim vulneratus, potest à signis discedere sine licentia, aliàs grauiter punitur, Bald. in l. final. in princip. Cod. quibus non obiic. longi temporis præscriptio. Gephal. consil. 110. libro primo. latè Thomas Actius tractat. de ludo, Scacchor. quæst. 6. in princip. Et proprium est militum, vitam pro Dominorum defensione amittere, acquirendo eo modo summam gloriam, vt ex §. primo, Institution. de excusation. tutor. tradit Actius dicta quæstion sexta. Si itaquè tàm strictæ sunt militiæ leges, quibus tenentur milites obedire, & puniuntur, nisi illis obediant, sequitur necessario, militem strenuè decertantem, ad id teneri ratione professionis, & militiæ statutorum, ex quorum transgressione non solum opprobrio pateret, sed etiam pœnæ reus efficeretur, vt dictum est.

Facto hoc fundamento, quod teneatur miles pro Domino strenuè pugnare, quod cùm exequitur, non rem insoliram facit, sed suæ professionis obligationem adimplet, sequitur clarè ex Iuristarum, & Theologorum opinione, illi nihil de rigore iustitiæ deberi. Nulla enim merita importare possent remunerationem, quando quis id agit, quod ratione aliqua agere tenebatur. Vt alios allegando, latè tradit Tiraquellus in repetitione, l. si in quam, in verbo donationis largitas, numer. 73. & in materia, de qua loquimur Afflictus decision. 307. Legendus etiam Molina de contractibus disputation. 292. versic. alterum, qui loquens de seruitijs præstitis à filio patri, & à vassallis Domino, asserit, absquè vitio, talem remunerationem omitti posse.

Secundo, idem probatur. Nam si miles, vtique stipendio certo, & constituto militauit, ac potest Dominus, optima ratione illi dicere. Nonnè ex denario conueniisti mecum? & sicut militi equum, vel arma in bello amittenti, etiam sine dedecore, quando stipendio militat, non tenetur Dux exercitus pretium illi reddere, quia frequens est in conflictu talia amittere; Innocentius in capit. sicut, il tetzo de iure iurando, Martin. illa quæst. 6. tract. de belllo, multò minus illi remuneratio debetur.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò, quæ in Principis arbitrio sunt, non tenetur ipse, iure necessitatis tribuere, l. non quicquid, ff. de vendit. l. apud Iulianum, ff. de legat. 1. Modo licèt torques, & coronæ de iure militiæ sint, tamen illas non tenetur Rex stipendiarijs militibus tribuere, vt Ioan. de Lignano, & Martinus in dictis tractatibus de bello tradunt, in 16. tomo tractat. legat. ergo multò minus remunerationem aliquam.

Quartò, ad idem facit authoritas Sacri nostri Neapolitani Consilij. Nã tempore Afflicti fuit per Sereniſſimum Regem huius Regni petita consultatio, à suis Consiliarijs, num ad aliqua remuneratoria teneretur cuidam vaxallo ligio, qui multa seruitia in obsequium predecessorum Regum, & Regni tuitionem exhibuerat, deque Regis ingratitudine conquerebatur, quod nulla sibi in remunerationem data essent beneficia, num, inquam, ad aliquid ipse teneretur? & fuit per totum Sacrũ Consilium responsum, ad nihil Regem teneri. Vide Afflict. dec. 307.

Corroborantur ista ex communi Theologorum resolutione asserentium, illa deberi de rigore iustitiæ, quæ vel in promissione antecedenti, vel in pacto aliquo sunt firmata, vt latè Suarez in opusculis de auxilijs gratiæ. Hic autem prætensa remuneratio, neque in promissione aliqua, neque in pacto præcedenti fundamentum habere potest. Ergo nequaquam debetur ex debito iustitiæ.

Non obstant allegata pro prima opinione. Ad primum enim dico non esse de intrinseca ratione militiæ coronam, aut torquem, ita vt militia dici non possit, nisi adsit, sicuti est euictio in contractu emptionis, & venditionis, sed in eo tantum sensu, dicitur ad militem spectare corona, eo quòd soleant aliqui Principes benemeritis militibus, coronas, ac retributiones exhibere; quod tamen, Principibus obligationem non inducit erga stipendiarios milites. Vide Bellin. d. tract. de re milit. p. 6. tit. 4.

Secundum de solito, non obstat: nam quæ sunt meræ facultatis non præscribuntur, neque ad illa facienda adest obligatio, etiam si per mille annos fierent, l. quominus, ff. de fluminibus. Neque paritas de dispensatione obstat, in qua dicitur, quod superior non dispensando in solitis dispensare, iniuria subditum afficit: nam aliud est loqui in dispensatione, in qua nihil à superiore aufertur, sed tantum rigor legis relaxatur. Aliud verò est, loqui de donatione, in qua proprium patrimonium dispensatur. Cumque nemo donari cogatur, nõ potest dici, ex eo, quòd solitus sit donare Princeps, vti suã regiam magnificentiam decet, idcircò semper, & cuilibet donare teneatur. Respondetur etiam, & aliter, quod *solita seruitia, non possũt dici iusta causa remunerationis*; nã cùm ad *illa* præstanda teneatur miles, non sunt causa sufficiens, vt Rex super erogationem præstare teneatur.

Tertium de compensatione vilis stipendij soluitur, distinguendo duplicem casum: nam quandoque quis exhibet seruitia vili pretio, sub spe maioris mercedis consequendæ, tunc enim, siue Domino fuerint nuntiata illa seruitia, siue non adsit consuetudo nuntiandi, tenetur Dominus pro illis seruitijs vsque ad cõ dignam mercedem satisfacere, nisi ex multitudine seruorum vilescant eorum opera. Aliquando verò, præstat quis ea seruitia vili pretio, sub spe recipiendi postea aliqua dona. Et tunc non tenetur Dominus aliquid donare, cùm nullum iustitiæ debitum interueniat: licèt conueniens

Digitized by Google

niens sit,in aliquo, benevolos ser-nos recognoscere. Vt optimè Corduba d.q.30 & hic est propriè casus noster:seruiunt enim milites Regi,vili stipendio ob spem recipiendi maiora.Firmum ergo sit,Regem ex iustitia non teneri.

Stante hac resolutione quæri potest, num prætensa talis remuneratio,sit pretio æstimabilis ? Et respondetur quod sic ex tex.iuncta glos.in l.omnimodo,S.imputari,C.de inofficio.testam. vbi pretio æstimatur, non solum militia,sed etiam ius consequendi aliquid, post mortem militis ex causa militiæ.

Vlterius quæri potest,an Monasterium succedat in hoc iure? & dico,quod sic.Nam regula est, Monasterium ex persona Monachi succedere in omnibus, quæ Monachus prætendere posset, nisi speciali aliqua dispositione excludatur,auth.ingressi,C.de Sacrosanct.Eccles. vbi latè Bart.c.in præsentia,vbi omnes Canonistæ,de probat.& licèt Cyn.dicta auth.ingressi teneat Monasteriũ non succedere in ijs, quæ iure sanguinis deberentur,tamen dico, quod data,& non concessa opinione Cyni,de qua non dissero, hoc ius, vt infra dicam,non transit ad hæredes iure sanguinis.

Petes, an hoc ius sit cessibile, etiam extra familiam ? Respondeo affirmatiuè: nam omne,quod est transmissibile est etiam cessibile,l.ex pluribus,ff.de administr.tutor. l.quod si in diem,§.Iulianus,ff.de petit.hæredit. & hæc regula procedit affirmatiuè,& negatiuè, Pontan.in tract.de spolio c.13.n.13.tomo.14. tract. at hoc ius est transmissibile ad hæredes,vt notum est, ergo & cessibile ad quemlibet. Confirmatur,nam etiam officium Iudicis, & ea, quæ officio Iudicis debentur, sunt cessibilia.Tiraquell.de retract. lignag.§.26.glos.3.n.74. sed hæc prætensa remuneratio (dato quod deberetur) officio Iudicis debetur ergo cessibilis est. Accedit quod licet spes premiorum consequendorum pro corona obligari non potest,l.C.quæ res pignor.oblig.poss. nec pro tali causa authoritate Iudicis exequutio fit,l.stipendia, C. de excusat.rei iudic.Id tamen non procedit in subsidium,l.commodis, ff. de re iudicat.Experientia prædicta omnia roborantur:nostris enim tẽporibus scimus Catenam Regium Collateralis Consilij Regentem,in suo vltimo testamento, rogasse Inuictissimum Regem Philippum, vt pro præstitis Maiestati suæ seruitijs, aliquam remunerationem exhibere dignaretur erga Iulium Palermum,cui postea ex Regia liberalitate,ob eam causam collata fuit dignitas Consiliarij. Tantundem factum est cum vxore Alphonsi Ximenez Regij Consiliarij,supplicantis in suo vltimo testamento aliquid ei pro seruitijs suis impendi:nec desunt alia exempla quotidiana, sed hæc satis esse poterunt.

Dubium autem esse potest, an si Monasterium,quod(vt diximus) succedit in hoc iure,cedens illud,incidat in pœnas Bullæ Clem.VIII.prohibitæ largitionis munerum ? & quidem licèt prædicta Bulla prohibẽs largitionis munera,& etiam quamlibet donationem de redditibus,fructibus,eleemosynis,subsidijs certis vel incertis,ordinarijs,vel extraordinarij,&c.comprehendat gratuitam remunerationem alicui faciendam,cùm donationem sapiat talis remuneratio,& indubitatum est, si aditio hæreditatis per Monasteriũ facta sit,vt latè tradit Soccin.cons. 53.viso instrumento vol.3. Phanucius de lucro dotis glos. 8. in tex. ibi vir,num.17.& 18. Franch. dec. 14 In casu tamen nostro,posse fieri absquè violatione Bullæ Clem.

Papæ,

Digitized by Google

Papę, mihi persuadeo ex ipsa rei natura, quia cum supra nos probauerimus, hanc prætensam remunerationem, non esse debitum de rigore iustitiæ, ergo nullum ius formatum, nec spes in soliditate iuris fundata ceditur, & proindè nihil à Religione, seù Monasterio aufertur re, aut spe probabili. Et cùm totum negotium, à voluntate hominis pendeat, quę à legibus impossibilis iudicatur, & proindè nullus potest aliquid de ea, sibi promittere, vt optimè post alios probat Andr. de Isernia in c. Imperiali, in verbo commercium, de prohib. feud. alienat. per Lotharium, sequitur, talem cessionem absquè scrupulo fieri posse. Accedit, mentem Pontificis in illa Bulla fuisse, ne bona Ecclesiæ per tales largitiones dissipentur. Quæ ratio, vt vidimus, hic omninò cessat, ex eo, quia ius istud ex debito iustitiæ non debetur.

De potestate Summi Pontificis ad dispensandum sine causa super pluralitate beneficiorum incompatibilium.

QVÆST. L. ET VLTIMA.

Quæ beneficia dicantur incompatibilia. Cap. I.

SVpponendum est ex sacrorum Canonum, ac Tridentini Concilij decretis, quamlibet Ecclesiam suũ debere habere Pastorem, cap. cum non ignores de præbend. eo quod inconuenientia maxima sit, vnum pluribus Ecclesijs præesse cap. ad hęc de præbend. cap. de multa cum simil. eod. tit. cap. dudum, il secondo de elect. Triden. post Constit. Ioan. XXII. incipien. execranda, de præben. latè id exagerat sess. 7. cap. 2. & sess. 24. cap. 17. & alias.

Rationes quibus Canones, & Concil. id probarunt, plures assignari possunt: inter quas non debet censeri postrema, quod beneficium propter officium, sacrorum administrationem, & animarum lucrum conceditur impossibile autem est, eandem personam duobus locis, idem ministerium exhibere posse, vt in d. cap. ad hæc, cum alijs iuribus allegatis; Ac item, quia sicut incongruũ est, quem duas vxores eodem tempore habere, ita & duas Ecclesias, quod benè prosequitur Ancharan. in d. c. ad hæc. Videndus est Rebuff. in praxi beneficior. tit. de commenda, num. 10. & seq. & tit. de dispensat. ad plura benefic. & Abb. in repetit. cap. extirpandæ, §. quia verò de præbend. à num. 27.

Aduertendum præterea, aliqua beneficia esse inter se *incompatibilia*, *quæ tamen incompatibilitas de iure positiuo est, licèt videatur* etiam *iustè fundata* in quadam naturali ratione, atque morali, & œconomica probant tex. in cap. quia in tantum, & in cap. de multa de præben. cap. nonnulli de Clericor. Resident. Nam secundum iustam rerum dispositionem, & equam bonorum Christi distributionem, C. nam beneficia, bona Christi dicuntur, cap. cum secundum Apostolum de præbend. incompatibilia dicuntur plura beneficia in vna persona. Vide Abb. & Rebuff loc. cit.

Incompatibilitas autem beneficiorum, multipliciter contingit. Primò, quando per assecutionem vnius, alterum vacat, vt succedit in dignitatibus, nam vna vacat per assecutionem alterius, cap. quia nonnulli, de cleric. non resident. Secundò, in personatibus, & officijs d. cap. de multa,

Digitized by Google

ta, quare non potest vnus duobus Monasterijs, tanquam Abbas præesse, cap. vnum 21.q.1. cap. fin. de religios. domib. Tertiò in omnibus beneficijs, qualiacunque ea sint, ab eo, qui in Episcopatum electus est, possessis; statim enim, ac possessionem cęperit, priora beneficia vacant, vel elapso tempore trimestris consecrationi præfixo, c. cùm in cunctis, §. cùm verò, de election. vbi Abbas, & omnes. Quartò, Parochiales Ecclesię, & cætera beneficia curata, incompatibilia dicuntur dicto cap. de multa, sicut sunt plures Ecclesiæ Episcopales, de quo latè Tridentin. loco citato. Quintò plures Ecclesiæ commendatæ perpetuò, incompatibilia beneficia dicuntur, nam de istis commendis iudicatur, vt de cæteris beneficijs, vt in Trident. loco citato. Sextò, plures Vicariæ perpetuæ, se inuicem non compatiuntur Clement. vnica, de offic. Vicar. Septimò, beneficia simplicia residentiam requirentia, incõpatibilia censentur, Host. & alij in dicto §. quia verò. Octauò beneficia simplicia in eodem tecto conformia, dicuntur omninò incompatibilia, cap. litteras, vbi glo. de conces. præbend. glo. & Doctores in Clement. gratiæ, de rescript. Vndè fit, dispensationem ad plura beneficia, siue simplicia, siuè curata, nunquam habere locum in beneficijs conformibus, sub eodem tecto: quia sumus in materia odiosa, Ægid. Bellamer. & Abb. in dicto §. quia verò. Alijs etiam modis possunt beneficia dici incompatibilia. Sed vide Rebuff. loco citato.

Probatur posse Papam eo modo dispensare,

Cap. II.

HActenus explicauimus, vnde dicantur beneficia incompatibilia; nunc explicãdum est, quid Papa possit permittere, dispẽsando super eorum pluralitate.

Vt autem certa ab incertis secernamus, sciendum est, indubitati esse Iuris, Papam posse super eorum pluralitate dispensare. Probant hoc manifestè Iura in c. dudum, il 2. de election. c. de multa, de præb. in c. 1. de consuet. in 6. c. ordinarij de offic. ordin. in 6. & in c. proposuit, de conces. præben. in quibus Iuribus statuitur plenissima Pontificis authoritas, & in specie in beneficijs. Et solent, vt plurimum tres causæ assignari, ad multiplicandum in vna persona plura beneficia incompatibilia, nempè necessitas, euidens vtilitas Ecclesiæ, & præeminentia qualitatis scientiæ, vel meritorum illius, cui beneficia conceduntur, d. cap. de multa.

Dubium autem est, vtrum nulla existente causa, sed ex solo voluntatis suæ beneplacito, possit Summus Pontifex plura beneficia incompatibilia, eidem conferre, Iuri communi dispensando.

Duæ sunt Doctorum sententiæ, altera affirmans, altera negans. Pro affirmatiua, nempè sufficere solam Pontificis voluntatem, citatur Innocent. in c. cùm ad Monasterium de statu Monachor. & glos. in c. dudum, il 2. de elect. & in d. c. de multa.

Digitized by Google

Fundaméta huius opinionis hęc sũt. Primò, multiplicitas beneficiorũ in eadem persona, est de Iure positiuo prohibita, c. quia nonnulli, de cleric. non resident. c. cùm non ignores, & c. quia in tantum, de præbend. Sed Iure positiuo Summus Pontifex non ligatur, imò supra ipsum est, c. proposuit, vbi gl. & omnes, de concess. præben. ergo.

Secundò, Summus Pontifex, liberã, atq; amplissimã habet potestatem in beneficiorum distributione. c. 2. de præb. in 6. omniaq; beneficia ei dicuntur manualia, Dominic. à S. Geminian. in cap. si gratiosè de rescript. in 6. latè Felin. & Dec. in c. quæ in Ecclesiarum de constit. sed non posse vni plura beneficia concedere, liberæ eius potestati prorsus repugnat.

Tertiò, qui liberam habet disponendi facultatem, aliorum cõsensum, vel consilium, requirere non tenetur, glo. in cap. dudum, vers. qui liberè, de sepult. ergo idem in requisitione causæ dicendum est; nã valet argumentum, de re ad personam, & è contra.

Quartò, potest Summus Põtifex, beneficiatum priuare beneficio etiã sine causa, glos. in c. per principalem 9. q. 3. nam sola voluntas sufficit, glos. in d. c. si gratiosè, Paul. de Castr. in cons. 281. col. 2. Abb. & Ant. de Butr. in cap. constitutus, vbi etiam glos. in verbo à quocũque de religios. domib. Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 111. vbi addentes, in verbo auferre, de constitut. ergo multò magis poterit vni plura beneficia conferre, nam fortiùs est, beneficiatum beneficio legitimè possesso priuare, quàm vni, pluta, sine causa, sed ex sola voluntate concedere.

Quintò, Summus Pontifex dispensat cum causa, in Iure diuino Abb. in cap. non est, de voto, Felin. & Dec. in d. cap. quæ in Ecclesiarũ, & de communi opinione testatur Gratus cons. 1. 2. vol. num. 31. ergo sine causa Ius positiuum tollere potest, quo solo, *multiplicitas* beneficiorum in eadem persona reprobatur.

Sextò, quod ab Ecclesia toleratur, licitum putandum est, & sine peccato fieri, vt post multos alios docet Nauarr. in summa cap. 17. nu. 195. sed passim videmus Summos Pontifices, extraneis, nedum sibi sangnine coniunctis, plura, & plura beneficia conferre, *non ergo* ij sunt condemnandi.

Sententia Negatiua astruitur.

Cap. III.

NEgatiuam *tamen partem, cui libentiùs adhæreo, tuentur D. Tho. quodlib. 9. art. 15.* Sylvest. verb. dispensatio, num. 5. Io. And. cap. de multa, vbi Abb. de præb. idem Abb. latè in cap. extirpanda §. quia verò, de præbend. & *in cap.* cùm in cunctis, & in cap. dudum, de elect. Præp. in cap. venerabilẽ, qui filij sint legitimi, Ancharan. c. cùm *in causis*, 3. notab. de re iudic. Nauar. in repet. c. non liceat, & alij.

Probatur hæc sententia his mediijs. Primò concedere vni plura beneficia, sapit dissipationem, vt habetur in Extrauag. execrabilis, de præbend. & latè probat Abb. in d. §. quia verò, & Rebuff. in praxi beneficiorum, titul. de dispensat. ad plura. At Summus Pontifex tenetur fideliter dispensare, & nullo pacto dissipare bona Ecclesiæ,

Digitized by Google

clesiæ, vt iuxtà Domini dictum Luc. Duodecim. sit fidelis seruus, & prudens, constitutus à Domino super familiam tuam, Abb. & Rebuff. loc. cit.

Secundò, Papa non potest sine causa abrogare, ea quæ iure quidem positiuo sunt introducta, sed ratione naturali suadente, aut ratione à iure diuino deiumpta, neque in eis absque causa dispensare, Diu. Thom. quodlib. 9. artic. 15. Sotus de iustit. & iur. lib. primo, quæstion. 2. artic. 3. Caiet. & Syluest. verb. dispensatio, Abb. & Rebuff. vbi supra. Nam licèt lege illa non ligetur ratione, tamen legis astringitur, Diu Thom. prima, secundæ quæstion. . . . Modo ista beneficiorum multiplicitas in eadem persona, quamuis iure positiuo prohibita sit, ratione tamen naturali, & à iuro diuino deprompta prohibita est, quod patet in cap. quia in tantum; cap. de multa, & cap. cum non ignores, de præbend. & in extrauagantia execrabilis, de prædend. & faciunt tradita in Tridentin. de Reformation. session. 24. & cap. 17. sess. 7. cap. 2. Ex pluralitate enim beneficiorum vni collatorum, cultus diuinus minuitur, voluntates defunctorum non adimplentur, dumquè aliqui splendidè viuunt, alij mendicare cocuntur, quodque cæteris omnibus peius est, animarum saluti nequaquam consulitur.

Tertiò, nequit Summus Pontifex ea, quæ mortalem continet culpam permittere, aliàs clauis erraret, sunt enim ea per se mala, quod commune exioma, post Gulielm. Durand. & alios in dict. cap. quæ in Ecclesiarum, prosequitur Cucchus Tit. de Summ. Pontific. Huiusmodi autem est, plura retinere beneficia, continet enim mortalem culpam, non solum respectu retinentis beneficia, sed etiam concedentis, ex dictis supra cum Caiet. in verbo dispensatio, de diminutione diuini cultus neglecto fructu animarum, &c. Non potest ergò in hoc dispensare Papa absque causa.

Quartò, quilibet Princeps, & aliorum Dominus, tenetur ergà subditos æquabilitatem seruare, quæ iustitia dicitur Diu. Thom. par. 2. quæst. 97. artic. 2. Sotus de iustit. & iur. lib. primo, quæst. 7. artic. vltim. Ad quam æquabilitatem, velut etiam ex quodam pacto tenetur; eo enim ipso, quod officium regendi assumit, videtur locare operas suas ad iustitiam faciendam, iura custodienda, & Rempublicam defendendam, & hac de causa illi tributa, & reditus sunt à subditis constituta. Molin. de iustit. & iur. tractat. primo, disputat. 32. Vndè fit, vt contraueniendo supradictæ æquabilitati, mortaliter peccet, vt per Diu. Thom. Caiet. Sot. & Molin. locis citatis. In casu porrò de quo loquimur, magna contingit inæqualitas, patrimonium enim Christi (sic enim à Sacris Canonibus appellantur quandoque Ecclesiastica beneficia) non inter plures dispensat, sed vni, aut paucissimis confert.

Quintò, infidelitatis est peccatum, & imprudentiæ, sine causa dispensare in lege ob publicam vtilitatem condita. Infidelitatis quidem, quia communi bono non prospicit, sed suo, vel alterius; imprudentiæ verò, quia absque causa id facit, Diu. Thomas, & cæteri supracitati fundati in Dominico dicto, quis putas fidelis est seruus, & prudens, & cæter. Hoc autem vtrumque manifestè apparet, in concessione plurium beneficiorum, absque causa, er-

Digitized by Google

gò absque peccato fieri nequit. Tandem, nemo ignorat, potestatem Pontifici esse concessam ad ædificationem non ad destructionem, & ipsum debere pascere oues verbo, & exemplo. Per eam autem concessionem, non ædificatur Ecclesia, sed destruitur, tùm ex scandalis arbortis, tùm ex dissipatione bonorum Christi, & ex aliorum fidelium necessitate, quam sustinere coguntur, cæteris abundantibus, latè de his Rebuff. loc. cit.

Concludendum est igitur, non posse Pontificem absque causa, & pro sola sua voluntate, absque peccati labe, vni plura beneficia incompatibilia conferre.

Satisfit argumentis pro affirmatiua opinione.

Cap. IIII.

NEc in contrarium adducta, à firmata sententia nos auertere debent. Ad Primum, enim respondetur, quod multiplicitas beneficiorum, quamuis sit de iure positiuo, atque adeò Pontificem non liget, non enim par in parem habet imperium, & nullus potest Superiorem ligare, cap. per venerabilem de election. tamen est fundata in iure naturali, vt ex supradictis constat: certum autem est, quod quando ius positiuum fundatur in ratione naturali, vel diuina, ligat Pontificem, vt ex Diu. Thom. in citato artic. 15. constat; Vndè dixit Glos. in cap. nouit, in verb. quicunque, de iudicijs, quod licèt possit Princeps legem positiuam tollere, rationem tamen legis tollere, rationem tamen legis tollere nequaquam potest. Et asseritur commune axioma Theologorum, & Canonistarum, Principem supremum non ligari vi coactiua legis, sed vi directiua.

Ad secundum, & tertium, *quæ hic dicuntur, cautè intelligenda sunt*: quamuis enim Papa liberam habeat in beneficijs potestatem, non ita, id intelligendum est, vt de illis coram Deo, possit pro sui libito disponere absque causa, sed illud libere signant solum, vt in eorum dispositione, à nullo possit impediri, vt aduertit Glos. in Clement. dudum, verb. liberè, de sepult. alias diuino præcepto non obtemperaretur, pasce ouas meas. Sic etiam explicandum est illud, quod Papæ omnia beneficia sunt manualia, nimirum, non excluso verò modo, & dispositione secundum regulas iuris naturalis, & diuini faciendo. Faciunt tradita per Doctor. *in l. prima, Cod. de Sacrosanct. Eccles. Debet enim voluntas, maxima summi Principis, esse regulata*: sic in simili, liberam habet vnusquisque facultatem de proprijs bonis disponendi, l. in re mandata, Cod. mandati, non ideò tamen potest prodigali largitione illa alienare, hoc enim omni iure prohibetur, l. his cui, ff. de verb. obligat. & toto titulo ff. & C. de curator. furios. & prodig. Eodem pacto intelligenda est, Glos. quæ docuit, voluntatem Pontificis sufficere in beneficijs, idest, informata à recta ratione, & alia Glosa, quæ tradidit, posse Pontificem priuare aliquem Episcopatu, & Beneficijs, id enim eadem Glos. in cap. primo, in verb. diuisiones, 10. distinct. & in cap. primo, in verbo iniustitiam, 22. distin. declarauit, iuxta causa existente, sicut nec potest absque iusta causa, bona vnius

Ec-

Digitized by Google

Ecclesiæ alteri tradere, cap. de Ecclesiasticis, 25. quæst. 3. & cap. ecce, & cap. nullus, 99. distinct. Glos. in verb. iniustitiam, Nauar. cap. non liceat. Licentia etiam data Clerico testandi de fructibus beneficij, causam requirit, aliàs peccatum committitur, Abb. cap. cum esses, quæst. 5. in princip. de testament. Rebuff. de dispensation. ad plura, num. 55.

Ad quintum, Glos. quæ adducitur ad probandum Papam pro suo libito posse aliquem beneficio priuare, cum simpliciter id asseruerit, intelligenda est, iuxtà alia eius dicta, de quibus supra, nempè accedente iusta causa, quod si Geminian. Barbatius, Castr. & Decius, id etiam docuerunt, vel eodem etiam pacto sunt intelligendi, vel si dictam interpretationem non patiuntur, repellenda est eorum opinio, & contraria tenenda, cum Cardin. consil. 141. Felyn. in citato cap. quæ in Ecclesiarum, & Nauar. in dict. cap. non liceat, quæ maiorem habet probabilitatem. Primò, quia inter Beneficiarium, & Ecclesiam, quoddam spirituale matrimonium est contractum, cap. nisi de renunciat. & cap. licèt de translat. Episcop. sed Pontifex, non potest sine causa contractum dissoluere, Doctor. omnes in cap. 1. de probat. lege enim naturali ad contractus obseruantiam tenetur, l. 1. ff. de pact. Secundò, Beneficium conceditur ob officium, sed per receptionem Beneficij, & consequenter ordinis, Beneficiarius se obligauit ad officium, quæ obligatio amisso Beneficio, non extinguitur, ergò incongruum est, & contra rectam rationem, aliquem absque causa beneficio priuari, onere officij non liberatum. Sed si velimus sustinere hoc dictum, Pontificem posse aliquem pro sua voluntate beneficio priuare, id intelligendum est, etiam absque Beneficiarij culpa, sed iusta tamen causa accedente, & sic Ioan. XXII. Episcopatum Tolosanum in quinque Episcopatus diuisit, erecta Tolosana Ecclesia in Metropolitanam. Vide extrauag. Saluator noster, de præbend.

Ad quintum respondetur, nullam competere Pontifici potestatem in iure diuino dispensandi, sed tantum illud interpretandi, iuxtà tradita per Diu. Thom. quolib. 9. artic. 25. quem omnes postea Theologi sequuti sunt, quare male infertur, posse illum in iure positiuo, fundato in naturali iure absque causa dispensare.

Vltimum argumentum petit difficultatem illam. Vtrum tolerantia, & dissimulatio Principis, excuset à peccato. In qua gl. singularis in d. cap. quia circa, dixit, dissimulationem haberi loco dispensationis, quam glos. citat Sylvest. verb. lex 1. num. 6. quod tamen non ab omnibus recipitur, vide Butr. Abb. & alios in dict. cap. quia circa, Felyn. in cap. 1. de tregua, & pace, Couar. de sponsal. cap. 6. secundæ partis, §. 10. num. 15. Nos tamen alio pacto . . . . occurrimus, nempè, vt in simili, dixit Sylvest. verb. votum 4. num. 5. in fin. querendum esse, quid de iure possit Pontifex facere, non autem quid de facto, malè aliquando fecerit, quod enim malè, & cum scandalo aliquando contingeret, non esset ad exemplum trahendum, & ad probandum, id posse de iure fieri. Vel, vtamur pro responsione, verbis tex. in cap. cum iam dudum in fine, de præbend. Multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia non debeant tolerari.

Conclusio quam huc vsque firmauimus extendenda est, etiam ad facultatem testandi de fructibus be-

ne-

Digitized by Google

neficij, nempè, vt non possit concedi sine causa absque peccato. Quod non placet Couar. cap. cum in officijs de testamen. num. 7. ex eo, quia prohibitio testandi est de iure positiuo. Sed id asseritur ab Abb. in repetit. cap. cum esses, num. 38. de testamen. Barbat. dict. cap. cum in officijs, Philip. Franc. cap. 1. eod. tit. in 6. & alijs, & sequitur ex dictis. Licèt enim sit de iure positiuo prohibitio testandi, est tamen consona iuri naturali, & muneri pastorali. Ecclesia enim aurum non ob aliud vuult, nisi vt pauperes alat, c. aurum 46. distinct. ergò iniuriam patitur, si aurum, quod sibi debetur, ad profanos vsus impendatur. Vndè idem Barbat. in tract. de præstand. Cardinal. par. 1. quæst. 4. dixit, licentiam concessam de fructibus beneficiorum testandi, de dispositione ad pios vsus, non ad profanos esse intelligendam, quod probatur, etiam Molin. de iustit. & iur. disput. . . . . Et si quis diceret, licentiam testandi de beneficij fructibus ad pios tantum vsus, esse legitimam etiam absque causa, verum diceret, nam eo casu, Ecclesia non fraudatur, & Summus Pontifex videtur quasi transtuliſſe in dispensantem per testamentum, voluntatem suam, illa bona in pios vsus applicandi. Per quam doctrinam possunt conciliari Abb. & Couar.

Verum supradicta in dubio locum non habent cum semper præsumendum sit Summum Pontificem cum causa dispensasse, licèt illam non expresserit, & sibi in hac parte credendum non dubito, cum nemini rationem reddere teneatur, & dispensatio in omni casu semper valebit.

FINIS.

Laus Deo, & Deiparæ semper Virgini Mariç, ac Beato Caietano.

Digitized by Google

INDEX

Rerum notabilium, quæ in hoc Opere continentur.

A

ABBAS. *Abbas habet iurisdictionem, quasi Episcopalem, vtitur mitra, & baculo. q.4.col.2.in prin.fol.7.*

Abbas in loco suæ iurisdictionis, populum sibi subiectum benedicit in via, prout Episcopus. ibid.

Abbas si habeat iurisdictionem, quasi Episcopalem, nulloque Episcopo subditus sit, iudicatur, vt Ordinarius loci, q.3. col.1. in prin. fol.8.

Abbas Commendatarius, num possit remittere denunciationes in matrimonio contrahendo. ibid. in med.

Abbas potest etiam Confessarios, iurisdictionem quasi Episcopalem habens, approbare. q.4.col.2.in prin. fol.ibid.

Abbas exequitur etiam piorum voluntates, sicut Episcopus. ibid.

Abbas potest etiam ordines minores suis tamen subditis regularibus concedere. ibidem.

Abbas exemptus, an possit dispensare cum suis subditis in irregularitate, & absolvere à censuris. ibid. in fine, & per totum. fol. 9.

Abbas non potest suis subditis indulgentias concedere. q 4 col.1. in med fol.11.

Abbas an præferatur Vicario Episcopi, & quando teneatur ire ad Synodum. ibid. col.2. in med.

Abbas, siue Præpositus Generalis de iure communi loquendo, &c. non potest aliquem in Religionem admittere, neq; professionem dare absque voto, & consensu aliorum, ad quos spectat. q.4.colum.1.in prin. fol.12.

Abbas quãdo malitiosè priuat Priorẽ, potest Prior per recursum ad Superiorẽ, succurri, & confirmari. q.21.cap.1.col.2.in fin. fol.156.

ABBATIA. *Abbatiam esse dignitatem, negandum minimè est. q.4.col.2. in fine. fol.10.*

Abbatia præstat dignitatem & propterea Abbas præfertur Canonicis. q.4.col.1. in med. fol.11.

ABSENS. *Absens, & præsens, quis dicatur, q.5.cap.1. col.2. fol.12.*

Absens non dicitur, qui parum distat à loco, nam censetur esse in eodem loco, & habetur pro præsenti. q.5. cap.1. col.2. in fin. fol.13.

Absens ab Ecclesia pro vtilitate, & negotijs ipsius Ecclesiæ, vtrum iudicandus sit vti præsens. q.5.cap.2.col.2.in fin. f.14.

Idem est in Canonicis, & Clericis, qui sunt in seruitio Episcopi. q.5.cap.2. col.1. in med. fol.15.

Quando quis est absens pro seruitio Ecclesiæ, facit fructus suos. q.5.cap.2.col.1. in fin. fol.17.

Idem est in infirmo. ibid.

Procedit etiam in carceratis, non tamen ob turpem causam. q.5.cap.2.in fin. fol.18.

Idem erit in Canonico misso ab Episcopo ad visitãdum limina Apostolorum. ibid. col.2. in prin.

Absens ex iusta causa num possit iudicari præsens, quando statutum, vel consuetudo, veram, & realem præsentiam requirit. q.5.cap.4.col.2.in fin.fol.19.

Qui casualiter abest, non dicitur abesse. q.5. cap.4.col.2. in fin. fol.20.

Absentes Reipublicæ causa, dicuntur præsentes. q.44.cap.4.col.2.in fin. fol.383.

Et salarium accipiunt. ibid.

Absens pro Superioris seruitio, dicitur residens, & lucrum capit. ibid. col.1. in prin. fol. 384.

ABSENTIA. *Absentia ex publica vtilitate, nemini debet esse nociua. q.5. cap.2. col.2.in fin. fol.14.*

Absentia vtrum admittatur, quando delinquens citatus ad informandum à Curia, fuit visus in Ciuitate in die delicti, vel præcedenti. q.5. cap.7. col.1. in fin. fol.31. per totum.

Ad allegandum absentiam quilibet admittitur. q.5.cap.8.col.1. in prin. fol.32.

Absentia terminus taxatur ad viginti miliarium iter pro singulo die, & in nauigatione solitum nauigationis, habita ratione locorũ, & tẽporũ. ibi. col.2. in fi.

AB-

Digitized by Google

INDEX.

ABSOLVTIO. *Absolutio à reseruatis occultis Sum. Pontif. num competat Vicario, vt Vicarius est, & num possit Episcopus specialiter mandare Vicario, vt in omni casu occurrenti absoluat. q. 6. cap. 8. colum. 2. in fin. fol. 56. & fol. 57. per totum.*

Absolutiones à reseruatis, non solum possunt extra Sacramentum concedi, sed etiam dispensationes, quæ à sacra Pœnitentiaria alicui Confessario S.T. Magistro, vel Canonum Doctori ab Ordinario loci approbato, pro foro conscientiæ cõmittuntur. q. 6. cap. 9. colum. 1. in med. fol. 61.

Absolutio in foro conscientiæ potest suffragarinã poterit taliter absolutus ab amico Iudice tolerari, & haberi pro absoluto. q. 8. cap. 5. col. 2. in fin. fol. 79.

Absolutione simpliciter data, cum iuramẽto, & præstita cautione de aliquid faciendo infra certum tempus si absolutus non adimpleat non statim reincidit in excommunicationem. q. 9. cap. 3. col. 2. in med. fol. 89.

Absolutio iuramenti regulariter conceditur ab Episcopo. q. 10. col. 1. in prin. fol. 93.

Absolutio ab excommunicatione cum reincidentia siue à sententia hominis, siue iuris, ex iusta causa introducta fuit. q. 9. cap. 1. col. 1. in fin. fol. 86.

An post absolutionem, cum reincidentia requiratur noua culpa ad excommunicationem incurrendam. q. 9. cap. 2. col. 2. in med. fol. 87. & ibid. col. 2. in med. fol. 88.

Absolutus cum reincidentia est verè absolutus, tenetur tamen comparere pro satisfactione, &c. ex causa nouæ inobedientiæ reincidit. q. 9. cap. 3. col. 1. in med. fol. 90.

Absolutio cum reincidentia, præter articulum mortis, non potest dari, nisi ab habente simplicem authoritatem absoluendi. fol. ibid. col. 2. in fin.

Absolutio, cum reincidentia à sententia suffraganei potest concedi ab Archiepiscopo, pendente appellatione. q. 9. cap. 4. colum. in prin. fol. 91.

Absolutus à culpa in foro pœnitentiali potest puniri à Iudice in foro contentioso. q. 8. cap. 5. col. 1. in fin. fol. 79.

Quandoquis absoluitur à censura, non absoluitur à culpa, seu peccato ob quod in censuram incidit, sed à vinculo illo, quo ratione sententiæ, siue iuris, siue ab homine ligabatur. q. 8. cap. 6. col. 2. in fin. fol. 82. & 83.

Absolutus de crimine non potest iterum de ipso accusari, & puniri. q. 12. colum. 2. in prin. fol. 95.

Fallit primò in multis modis. Et primò, si absolutio processit ex eo, quod accusator non erat legitimus: tunc poterit iterum ad instantiam legitimi accusatoris procedi. ibidem.

Fallit secundò, si accusator fuerit prænaricatus. q. ibid. col. 1. in med. fol. 96.

Fallit tertiò quando quis accusando, suam, vel suorum prosequitur iniuriam, ibid.

Fallit quartò, qnando actum fuit ciuiliter, & fuit absolutio sequuta; nam prohibetur agi postea criminaliter. ibid. col. 2. in prin.

Fallit quintò in foro conscientiæ absolutis, nam potest accusari, & puniri in iudicio. ibid. col. 2. in prin.

Fallit sextò, quando reus fuit absolutus in dicio Inquisitionis, nam potest iterum per viam accusationis incipere. ibidem col. 2. in fin.

Fallit septimò, quando ex causa transactionis fuit finitum iudicium, nam potest iterum ab alio accusari. q. ibid. colum. 1. in med. fol. 97.

Fallit octauò, in causis mixti fori, nam absolutus à Iudice vnius fori, si remanet locus pœnæ, potest ab alio puniri, ibid.

Fallit nonò, in absoluto ab expensis, nõ enim censetur absolutus à damnis. ibid. col. 1. in med. fol. 98.

Remittens omnem iniuriam, & violentiã, non censetur remittere damna litis. ibid. col. 2. in prin.

ACCVSATOR. *Accusator legitimus, quisnam dicatur in hoc Regno Neapol. q. 12. col. 1. in prin. fol. 96.*

ACCVSATVS. *Accusatus admittitur ad accusandum accusatorem. q. 13. col. 2. in fin. fol. 102.*

ACQVISITA. *Acquisita quando censeantur ex propria industria, & quando ex alienis bonis acquisita. q. 14. col. 1. in fin. fol. 103.*

Emptum ab aliquo, censetur, propria pecunia comparatũ. ibid. col. 2. in prin. f. 104.

ACTA. *Acta facta in vno iudicio, non faciunt fidem in alio, nisi inter easdem personas citatas tantum. q. 17. cap. 1. col. 2. in prin. fol. 114.*

Acta facta coram arbitro, non probant coram Iudice. ibid.

Acta facta coram Iudice Laico, non probant coram Iudice Ecclesiastico. ibid.

Acta

Digitized by Google

INDEX.

Acta facta coram Laico, deseruiunt ad informationem, & instructionem Iudicis Ecclesiastici. q. 17. cap. 1. col. 1. in princ. fol. 115.

Acta facta in vno iudicio, vt faciant fidem in alio, requiritur citatio partis. ibidem in med.

Acta iudiciaria sunt in duplici differentia, secundum Bartol. q. 17. cap. 2. col. 2. in fin. fol. 115.

Acta possunt comburi ex cõsensu partium, & iudicis authoritate finito negotio per sententiam. ibid. col. 1. in fin. fol. 117.

ACTOR. Actor, an possit cogi ad deponendum vti principalis super positionibus. q. 16. col. 2. in prin. fol. 112.

Quando aliquis est examinandus vti principalis, an possit petere tempus ad respõdendum cum consilio Aduocati. ibi. in fi. fol. 113.

An si examinandus consulat super responsionibus cum Aduocato, peccet. ibid.

Actor, qui plura copulatiuè deducit in libello, si vnum sufficit, non tenetur omnia probare. q. 25. cap. 2. col. 2. in prin. fol. 214.

ACTIO. Actio ad pecuniam consequendam dicitur res mobilis, & proinde in ipsius alienatione, non requiruntur solemnitates. q. 41. cap. 13. col. 2. in fin. fol. 324.

ACTVARIVS. Actuarius debet acta conseruare. q. 17. cap. 2. colum. 2. in med. fol. 116.

Actuarij Communitatum, Episcoporum, vel Rectorum, qui alijs praesunt, tenentur finito officio, relinquere acta in Camera officij. quaest. 17. cap. 2. colum. 1. in med. fol. 117.

Actuarius non potest quis esse in propria patria, sicut & cæteri officiales. q. 17. c. 3. col. 2. in med. fol. 117.

Actuarium corrumpens, punitur eadem pœna, qua corrumpens iudicem. ibid.

Actuarius Episcopi, mortuo Episcopo amittit officium. q. 17. cap 3. col. 1. in prin. fol. 118.

Actuarij, & seruientes Curiarum si delinquant, cognoscendi sunt à Curia, in qua seruiunt. ibid in med.

Actuarius tenetur obseruare taxã in exactione salarij pro scripturis, cæterisque concernentibus ad ipsius officium. quaest. 17. cap. 4. colum. 2. in fin. fol. 118.

Actuarij, exigendo plusquam taxatum stipendium, non solum puniuntur in foro exteriori, sed grauiter peccant. ibid. colum. 2. in prin. fol. 119.

Actuarij possunt in aliquibus casibus, tuta conscientia plus taxato stipendio recipere. ibid. col. 2. in fin.

Actuarij Episcopi, an possint accipere aliquid pro Dimissorijs & Beneficijs. q. 17. cap. 5. col. 1. in med. fol. 120.

ACTVS. Actus, tunc dicitur legitimè factus, quando in substantia, & modo debitè fit. q. 19. cap. 1. col. 1. in med. fol. 127.

Ad actus validitatem tria requiruntur, Potestas, Voluntas, & Modus. ibid. in fin.

Actus non irritatur, si deueniat ad casum, à quo incipere non potest ibid. colum. 2. in med. fol. 127.

Actus consumatus, perpetuum effectum producit ibid. in fin.

Actus quoties non producit effectum suum perpetuò, sed continet aliquam tacitam conditionem, vel causam, non procedit regula Actus irritatur. q. 19. cap. 1. col. 1. in prin fol 128. & per totum.

Actus nulliter gestus si deueniat ad casum, in quo potest legitimè fieri, non confirmatur. q. 19. cap. 7. col. 1. in med. f. 135.

Actus, qui ab aliquo est faciendus, validè est faciendus. q. 20. cap. 1. col. 2. in fin. fol. 141.

Quando aliquis actus promittitur, semper intelligitur de valido. q. 20. cap. 2. col. 1. in med. fol. 144.

Quando factum aliquod promittitur ad finem producendi aliquem effectum, non sufficit si factum fiat, nisi tali modo fiat ibid. in med.

Qui actum nullũ facit, puniendus est. q. 20. cap. 6. col. 2. in med fol. 150.

Actum à se factum non potest quis iure proprio reuocare. q. 20. cap 6. col. 1. in prin. fol. 152.

Actus, quando est nullus, & à iure improbatus, tunc potest ipsemet, qui actum gessit, eum reuocare. q. 21. cap. 9. col. 1. in fin, fol. 174.

Actum aliquem faciens, ligatur legibus de illo actu loquentibus, q. 23. cap. 1. col. 1. in med. fol. 193.

Procedit in his tantum, quæ pendent à voluntate facientis Actum. ibid. colum. 2. in med.

Contrahens in aliquo loco, licet non subditus, tenetur seruare solemnitatem requisitam à statuto loci. ibidem in fine.

Actus, qui certo die, vel hora faciendus est, & propterea pars citatur, si tali die, vel

Digitized by Google

INDEX.

bora non fiat, dicitur factus clam, & parte non citata. q. 24. cap. 1. col. 2. in fin. fol. 207.

Actus factus ex duplici causa, altera existente falsa, num corruat. q. 25. cap. 1. col. 1. in prin. fol. 212.

Acta metu facta num sint ipso iure nulla, sed sint rescindenda per actionem, quod metus causa. q. 28. col. 2. in med. fol. 229.

Actus censetur factus secundum iuris dispositionem, q. 29. col. 1. in fin. f. 231.

Actus factus contra legem prohibentem ne fiat, est nullus. q. 30. cap. 1. col. 2. in prin. fol. 233. & q. ibid. col. 2. in fin. f. 234.

Actus nunquam redditur nullus, nisi in casibus à iure expressis. q. 30. cap. 3. col. 1. in med. fol. 236.

Acta facta per Regularem exequutorem testamentariũ, si pars non opposuit, an valeant, q. 32. cap. 1. col. 2. in prin. f. 243.

Actus simpliciter gestus non expresso nomine, censetur factus nomine illius, qui tenebatur facere. q. 32. cap. 3. col. 2. in med. fol. 246.

Actus pertinens ad Procuratorem, & Procuratorio nomine, si simpliciter fiat, censetur nomine vtriusque factus. ibid.

Per actus æquiuocos, qui possunt significare aditionem, & non aditionem, non inducitur aditio. q. 35. col. 2. in prin. f. 255.

Actus, qui citra ius, & nomen hæredis fieri possunt, non inducunt aditionem. q. 35. col. 2. in med. f. 255.

Actus, quando potest fieri nomine proprio, & tanquam hæres, censetur factus nomine proprio. ibid.

Actus aliqualiter inducentes aditionem, nõ inducitur per eos aditio, si præcesserit protestatio de nolendo eam adire. q. 35. col. 2. in med. fol. 256.

In actibus differentibus, vel indifferentibus, ex quibus potest insurgere, præsumptio aditionis, vel non aditionis, standum est iuramento illius, qui actum gessit. q. 35. col. 2. in fine fol. 256.

Actus positiuus aditionis, quando processit, ab hæreditate, nõ censetur reuocatus per alios actus, q. 35. col. 1. in med. fol. 257.

Actus, qui sint, per quos inducitur aditio hæreditatis. ibid.

Actus in dubio præsumitur proprio nomine gestus, quando prodesse potest agenti. q. 40. col. 1. in med. fol. 282.

Actus, quando potest fieri ex duplici causa, censetur factus ex causa magis legitima. q. 40. cap. 1. col. 2. in med. fol. 282.

Actus fundantes possessionem, debent esse clari, & non equiuoci. q. 40. cap. 1. col. 2. in med. fol. 283.

Actus vnicus, an sufficiat ad probandam quasi possessionẽ iuris incorporalis. ibid. col. 2. in fin. fol. 283.

Actus vnicus sufficit ad probandam quasi iurisdictionis possessionem. q. 40. cap. 2. col. 1. in fin. fol. 284. & per tot. fol. 285.

Actus meræ facultatis nullum ius tribuũt, etiam si longo tempore fiant. q. 40. cap. 3. col. 2. in med. fol. 285. & col. 2. in med. fol. 286.

Actus voluntarij sunt impræscriptibiles. ibid. col. 2. in prin fol. 286.

Actus meræ facultatis longo tempore facti in fauorem piæ causæ, an inducant obligationem faciendi q. 40. cap. 3. col. 1. in fin. fol. 287.

Actus vnius debet esse iure proprio factus, & non familiaritatis, ad hoc vt inducat quasi possessionem. q. 40. cau. 3. col. 2. in med. fol. 288. & col. 1. per tot. fol. 289.

Actus factus, contra iusiurandum, an sit validus. q. 40. cap. 1. col. 5. in prin. fol. 293.

In aliquo actu, quando requiritur certa solemnitas fauore alicuius, valet actus, si est vtilis, licet fiat absque solemnitate. q. 41. cap. 24. col. 2. in fin. fol. 356.

Actus, qui absque consensu certæ personæ fieri non potest, vrgente necessitate potest fieri, q. 41. cap. 28. col. 2. in med. fol. 364.

Actus, qui certam licentiam requirit, stante necessitate, potest ipsa ommissa, fieri, ibid. col. 1. in med. fol. 365.

Actus omnis, ex fine iudicatur. q. 46. col. 2. in prin. fol. 387.

Actus, cuius validitas pendet ex futuro, nõ dicitur nullus. q. 46. col. 1. in fin. fol. 388.

Ad Capitulares actus regulariter non sunt vocandi absentes, q. 5. colum. 2. in prin. fol. 21.

Actus dicitur cõtinuè fieri, etiam quod aliquod adsit temporis interuallum. q. 24. cap. 1. col. 1. in fin. f. 205.

Qui tenetur aliquid continuatè gerere, potest habere aliquot dies ad quiescendum. ibid. col. 2. in prin.

Actus Damnosus, tunc propriè dicitur, quãdo proprium patrimonium diminuitur, q 27. cap. 1. col. 2. in fin. fol. 221.

Actus Iudicialis est, qui fit à Iudice in iuridica forma procedente, q. 22. cap. 1. colum. 2. in med. fol. 185.

Actus extraiudicialis etiam dicitur si interponatur Iudicis decretũ. ibid. c. 1. in fi.

Actus

INDEX.

Actus extraiudicialis, etiam Visitatio dicitur, q.22.cap.1.col.1.in med.fol.186.

Actus extraiudicialis dicitur, Beneficiorũ quoque collatio, ibid.col.2.in fin.

In actibus extraiudicialibus, nunquam dicitur lis introducta, q.22. cap.1. col.1. in prin. fol.189.

Aliquando ex actu extraiudiciali fit transitus ad actum iudicialem, q.22. cap.2. col.2.in med. fol.190.

Ab actu iudiciali, ad extraiudicialem non datur regressus, tenetur Iudex cęptam viam sequi, q.22.cap.2.colum.2.in prin. fol.191.

Actus extraiudicialis non interrumpitur per prescriptionẽ regulæ triennalis, q.22. cap.3 col.2.in med.f 192.

Actus negatiuus in non faciendo aliquid præceptum, non probat quasi possessionẽ præcipientis, q.28.col.1. in fin fol.228.

Per actum negatiuum sustinendo aliquem inhabilem, vel excommunicatum, non inducitur dispẽsatio, vel absolutio, q.28. col.2.in prin fol.228.

Per actus pietatis non inducitur aditio hæreditatis, q.34.col.2. in fin. fol 255.

Actus vtilis censetur, ex intentione agentium, vt puta, quia putant alienantes res Ecclesiasticas, adesse vtilitatem. q.26. cap.1.col.1. in fin. fol.222.

Quotiescunque à lite disceditur, censetur actus vtilis. ibid.col.2 in medio.

Id quod dicimus de iudicando actu vtili, vel damnoso, applicandum est etiam in liquidatione iusti pretij. q.26. cap.1. colum.2.fol.223.

Actus an sit vtilis, vel damnosus attenditur tẽpus, quo actus geritur. q.26.cap.2. col.2.in med. f.225.

ADEMPTIO LEGATORVM. Adẽptio legatorum simpliciter facta, non cõprehendit legata conditionalia, neque substitutiones. q.33.cap.1.col.1. in med. fol. 247.

Ademptio probanda est, vbi constat esse effectum legatum. ibid.col.2. in med.

Ademptio simpliciter facta, verificatur in id, quod minus est, &c. ibid. in fin.

ADITIO HÆREDITATIS. Aditio Hæreditatis difficilè probari potest. q. 35.col.1.in med. fol.255.

Aditio hæreditatis cum sit, quid facti, non præsumitur, nisi concludenter probetur. ibid col.2.in fin.

Aditionem, & non aditionem, qui possunt significare per actus æquiuocos, non inducitur aditio. q.35.col.2.in prin.f.255.

Aditio non inducitur per confectionem inuentarij. ibid.

ADMINISTRATORES. Administratores Vniuersitatis, qui vulgò Sindici dicuntur, tenentur etiam reddere rationes. quæst.38. cap.2. colum.2. in fin. fol. 263.

Tenentur vtilia agere, & inutilia prætermittere, & cauere ab omni fraudis suspitione, ideò non possunt bona Vniuersitatis, vel Gabellas conducere. ibidem. & fol.264.

Non possunt pecuniam Vniuersitatis mutuare. ibid.

Administratores, seu Sindici non possunt bona Vniuersitatis emere, ad instar Tutoris, nec per ipsos, nec per interpositam personam. q.38. cap. 2. colum.1. in fin. fol.264.

Administrator piorũ locorum, tenetur Episcopo loci rationes reddere. ibid. col.2. in princ.

ADOHA. Adoha, quæ debetur à feudatario Domino feudi, taxatur iuxtà quãtitatem reddituum feudi. q.36.col.1. in fin. fol.257.

Adoba est loco seruitij personalis, nam feudatarius, existente bello in Regno, tenetur tribus mensibus suis expensis seruire. q.36.col.2. in fine. fol.257.

Adoba dicitur onus primogeniti, cui feudum debetur, q.36.col.2.in med.fol.258.

Adoba, quia est onus feudi, debetur à feudatario in recognitionem directi dominij. q.36.col.2.in prin. fol.258.

Adohæ onus differt ab oncre releuij. q.36. col.2.in fin. fol.258.

Adoha non debetur eo anno, quo soluitur releuium q.36.col.2.in med. fol.259.

Adoha, an sit augẽda, auctis fructibus feudi. ibid in fin.

ADVLTERIVM. Adulterij exceptio non impedit restitutionem, licèt adulterium sit iusta causa diuortij. q.48. col.2. in med. fol.392.

ADVOCATVS. Aduocatus dicitur is, qui in iudicio, suum, vel amici desiderium proponit, vel alterius desiderio cõtradicit. q.39.cap.1.col.1.in prin.f.271.

Aduocatus peritus, pessimam causam, facit videre bonam. ibid. colum.1. in med.fol. 272.

Aduocatus debet pro veritate patrocinari,

Digitized by Google

& tunc, multa potest, etiam in foro conscientiæ facere pro cõsequenda victoria. ibid. col. 1. in fin. fol. 272.

Aduocatus potest tuta cõscientia dubias causas defendere, ac etiam probabiles contra probabiliores. ibid. col. 2. in fin. fol. 272.

Aduocatus in prosequutione iusti iudicij, an possit industria uti, sicut & milites ad debellandos inimicos. ibid. colum. 1. in prin. fol. 273.

Aduocatus iniustas causas defendendo, non solum peccat mortaliter, sed etiam tenetur restituere. ibid. in med. fol. 273.

Aduocatus si ob negligentiam, iustam causam amittit, tenetur restituere. ibid. colum. 1. in fin. fol. 273.

Aduocatus, si dolo, & mendacijs faciat, ne reus pœna fisco applicanda plectatur, quid dicendum. ibid. col. 2. in med. f. 273.

Aduocatus semper eligitur à litigante, sed etiam in multis causis à Iudice. q. 39. cap. 2. col. 1. in med. fol. 274.

Aduocatus debet patrocinari pauperibus, gratis. quæst. 39. cap. 2. colum. 2. in med. fol. 275.

Aduocatus pauperum, tenetur gratis patrocinari, quia ex publico habet salarium. ibid. col. 2. in fin. fol. 275.

Aduocatus vtrum salarium conuentum in casu victoriæ, possit petere. ibid. col. 1. in med. fol. 276.

Aduocatus, pro salario non præstito, non potest retinere scripturas. ibid. col. 1. in fin. fol. 276.

Aduocatus pro patrocinio præstito feudatario, numquid feudum habeat obligatum. ibid. col. 2. in prin. fol. 276.

Aduocatum non posse esse testem pro suo cliente. q. 39. cap. 3. col. 1. in prin. f. 278.

Aduocatus, aliquando potest cogi ad deponendum contra suum clientem. ibid. colum. 2. in prin. fol. 278.

Aduocatus reuelans secreta causæ, peccat, & punitur pœna falsi. q. 39. cap. 4. col. 2. in fin. fol. 279.

Aduocatus, qui in prima instantia pro actore patrocinatus est, possit ne in secunda instãtia pro reo patrocinari. q. 39. cap. 4. col. 1. in prin. fol. 280.

Aduocati Fisci dignitas. q. 39. cap. 5. col. 2. in prin. fol. 280.

Aduocatus Fisci intra sollicitè tueri debet, non tamen calumnioſas instituere actiones. q. 39. cap. 5. col. 2. in fin. fol. 280.

Aduocatus Fiscalis vbicunque adest Fisci interesse, audiendus est. ibid. col. 2. in fin. fol. 280. & 281.

Aduocatus Fiscalis non potest concedere salumconductum. q. 39. cap. 5. col. 2. in prin. fol. 281.

AFFINITAS. Affinitas infra quartum gradum, non solum impedit, sed dirimit matrimonium. q. 19. cap. 4. col. 2. in prin. fol. 131.

Affinitatis impedimentum superueniens, nũ dirimit matrimonium, ibid. in med.

AGENS. Omne agens, propter finem, agit: & finis, est vltimum in exequutione, q. 46. col. 2. in prin. fol. 389.

AGNATVS. Agnatus, qui ex vi Statuti tenetur assistere contractibus, qui ab agnata fiunt, subscribẽdo, sibi non affert præiudicium. q. 18. col. 2. in med. fol. 125. & q. 31. col. 2. in fin. fol. 241.

ALIENATIO. In alienatione rei pupillaris, vel minoris, ad iudicandum an fuerit læsus, attenditur tempus contractus. q. 26. cap. 1. col. 1. in med. fol. 224.

In alienatione, vel locatione rei Fiscalis, attenditur valor tempore contractus. ibid. col. 2. in prin.

Alienatio facta à Prælato, cui Sum. Pontif. prohibuerat, ne alienaret, an sit nulla. q. 30. cap. 2. col. 2. in prin. f. 236.

In alienatione rerum Ecclesiæ sufficit maior pars præsentium, nec absentes vocãdi sunt. q. 5. cap. 5. col. 1. in prin. fol. 22.

Alienatio rei alienæ, non valet, sed si res illa post contractum fiat vendentis, ex superueniente dominio conualidatur actus. q. 19. cap. 7. col. 1 in prin. fol. 138.

Alienato feudo absque assensu, ipsemet alienans reuocare potest, vigore Constitutionis huius Regni. q. 21. cap. 9. col. 2. in prin. fol. 174. & 175.

In alienatione bonorum Ecclesię requiritur vtilitas ipsius. q. 26. cap. 1. col. 2. in prin. fol. 222.

In alienatione rei Ecclesiæ, ad liquidãdum iustum valorem, attenditur tempus contractus. q. 26. cap. 1. col. 1. in med. f. 224.

Alienatio rei legatæ facta à testatore, censetur extinctum legatum. q. 33. cap. 2. colum. 1. in med. f. 249.

Alienatio vera est, etiam si cum pacto de retrouendendo alienauerit. ibid. col. 2. in medio.

Alienatio rei legatæ, censetur facta ex causa necessaria, & non voluntaria, ibid. col. 1. in prin. fol. 250.

Si alienatio inualida fuerit, postea à testatore reuocata, legatum adempium non reconualescit. ibid. col. 2. in med.

Alie-

Digitized by Google

INDEX.

Alienatio, quæ fit ex causa delicti, quando, vel à iuris dispositione, vel statuti, non dicitur necessaria, sed voluntaria. q.37. col.2.in med. fol.261.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum, an possit fieri.q.41.cap.1.col.1.in med.f.290.

Alienatio, vt rectè fiat, duo requirit, videlicet causam, & solemnitates. ibid. col.2. in prin.fol.290.

Alienatio bonorum Ecclesiæ facta cum legitimis solemnitatibus, causa tamen legitima, non existente, valet.ibid.col.2.in fin.fol.290.& 291.

Alienationem rerum Ecclesiæ cum euidente eius vtilitate, validam esse absque assensu.ibid col.2.in fine. fol.291.

Alienatio si fuerit facta, reseruato assensu, si tamen ante ipsius impetrationem tradatur possessio, cõtractus est nullus.ibid. col.1.in fin. fol.292.

Alienatio bonorum Monasteriorum Regularium, tenet Constitutio de non alienãdis, robur suum, q.41.cap.3. colum.2. in med. fol.295.

An prohibita alienatione, censeatur prohibita hypotheca.q.41.cap.7.col.1.in prin. fol. 307.

In alienatione Ecclesiæ prophanata, an locum habeat extrauagans. q.41. cap.14. col.1.in med.fol 326.

In alienatione feudi probibiti alienari à testatore, iustè denegatur assensus. q.41. cap.15.col.1.in med. fol.329.

Alienatio facta ex causa vtilitatis Ecclesiæ, non ex causa necessitatis, tunc non obstante hominis prohibitione, poterunt cum debitis solemnitatibus Ecclesiæ bona alienari.ibid.col.1.in fin.f.329.

In alienatione bonorum pupillarium, sufficit licentia testatoris, & decreto opus nõ est, q.41.cap.16.col.2.in med.fol.330.

Alienatio necessaria non includitur in prohibitione alienationis absque certis solemnitatibus.q.41.cap.23.col.1.in medio, fol.354.

In alienatione bonorum Ecclesiæ, non solùm requiritur causa, sed etiam solemnitas.q.41.cap.24.col.1.in med. fo.356.

Alienatio dotis ab vxore facta absque mariti consensu, an valeat.q.41.cap.24. colum.2. in prin. fol.357.

Alienatio, quando cõstat dẽ notoria, & euidentissima vtilitatẽ Ecclesiæ, vt puta si aliquid immobile Ecclesiæ, vendatur, & statim vtiliores res emantur, absque solemnitatibus tenet contractus. quæst.41. cap.25.colum.2. in medio, fol.358.

Alienatio, si causa vtilitatis ob quam facta est cesset, an renocetur.q.41.cap.26. colum.4.in med. fol.359.

Alienatio ex necessitate differt ab alienatione ex causa vtilitatis. q.41. cap.26. col.1.in med. fol.360.

Alienatio Summi Pontificis authoritate facta nullas requirit solemnitates. q.41. cap.27.col.2.in med.fol.361.

In alienatione, quando interuenit rescriptũ Summi Pontificis, sufficit, vt verba rescripti seruentur.q.41. cap.27. col.1. in prin.fol.362.

Alienationes absque assensu, stante necessitate, faciunt pro Regularibus habentibus Superiorem in remotissimis partibus, &c.q.41.cap.28.col.2.in fin.f.365.

Alienatio iurium Ecclesiæ absque solemnitate, an valeat.q.41.cap.29. colum.1. in prin.fol.366.

In alienatione facta à Procuratore specialiter constituto ad certam rem Ecclesiæ vendendam, in cuius Cõstitutione adfuit assensus, sequuta alienatione, alia solemnitas non requiritur.q.41.cap.31. col.1. in princ. fol.368.

ALIMENTA. Alimenta præstita pupillis existentibus in domo tutoris censẽtur à tutore præstita.q.31.colum.2. in med. fol.241.

ANNVS. Annus probationis in Religione, an continuus, & integer esse debeat. q.24.cap.3.col.1.in med.fol.209.

Annus probationis datur ad experiendas asperitates Religionis.q.24.cap.3. col.1. in fin. fol.210.

Annus perfectus dicitur, & completus, si quinque, vel sex tantum, horæ deficiunt. q.45.col.1.in fin.& col.2.in fin.fo.386.

Annui introitus dicuntur fructus ciuiles. q.41.cap.4.col.1.in fin.fol.296.

Annui introitus super re immobili fundati, naturam bonorum immobilium sequuntur.ibid. col.2. in prin. fol.296.& fol. 297.

Annui introitus Ecclesiarum, quando reemuntur, ex vi pacti de retrouendendo appositi in Constitutione dictorum, tunc absque omni solemnitate Ecclesia tenetur assentiri.q.41.cap.4.col.2.in medio fol. 297.

Annui introitus Ecclesiastici, si non reemãtur, sed diminuantur, vt puta, qui erant ad rationem octo pro centenario, diminuuntur ad septem, quid faciẽdum.q.41. cap.4.

Digitized by Google

cap.4. col.1.in prin. fol.298. & per totum,fol.299. & 300.

Annui introitus possessi ab Ecclesia, cũ pacto de retrouendõdo,si reemantur à debitoribus, an pretium illud possit absque solemnitatibus alienari.q.41.cap.12.colum.2.in fin. fol.322.

APPELLATIO. Appellatio non impedit exequutionem, nec suspendit iudicatum.q.22.cap.1.col.1.in prin.f.190.

Appellatio ab admissione articulorũ, quia impertinentes sunt, & defectiui, testificatur vno ex supradictis probato. q.25. cap.1.col.2.in prin.fol.212.

APOCA BANCI. Apoca directa Banco, statimatque fuerit recognita habet exequutionem paratam vigore Pragmaticæ.q.18.col.2.in prin.fol.124.

Nec contra ipsam potest quis audiri,nisi in vinculis,vel facto depositio.ibid.

Nec contra ipsam potest quis dicere, sua manu fuisse subscriptam, sed ex variis causis non teneri ad quantitatem,in apoca contentam, & licet in promptu de indebito docere; fuit decisum non esse audiendum,nisi facto depositio. ibid. col. 1. in prin.fol.125.

AQVA. Aqua quotidiana est,quę duci assiduè solet, siue æstiuo tempore, vel byberno.q.5.cap.4.col.1.in fin. f.20.

Et si aliquando ducta non est, ea quoque dicitur quotidiana.ibid,

ARCHIEPISCOPVS. Archiepiscopus possit ne absoluere cum reincidentia à sententia suffraganei q.9.cap.4.col.1 in prin.fol.91.

Potest etiam in alio casu concedi absolutio, cum reincidentia. ibid.

ARGENTARIVS. Argentarius recipiens mandatum scribendi rationes, non tenetur ratione mandati, sed ratione sui officij.q.31.col.1.in prin.f.241.

ASSENSVS. Assẽsus impetratus in alienatione facienda à principali, non erit subreptitius, si contractus celebretur à Procuratore.q.41.cap.31. col.2. in fine. fol.368.

B

BENEFICIARIVS. Beneficiarius non potest fructiferas arbores solo cohærentes incidere. q.41. cap.5.col.2. in fin.fol.300.

Beneficiarius potest incidere syluas, nemora,&c. quæ per incisionem renascuntur, & dicuntur esse fructus.q.41.cap.5. colum.1.in med.fol.301.

Beneficiarius potest locare commoditatem fructuum, vltra triennium,absque solẽnitatibus.q.41.cap.6. col.2. in fine.fol. 302. & 303.

Beneficiatus in percipiendis distributionibus magis laborat, quam in fructibus beneficij, idcircò plenius illæ acquiruntur, & potest de ipsis liberè disponere. q.5.cap 2.col.1.in prin fol.16.

Beneficiatus, obtinens beneficium, quando recurrit ad Sedem Apost. pro dispensatione,& compositione,pro fructibus malè perceptis,non tenetur declarare distributiones, nec pro ipsis componere. ibid. col.2. in fine.

BENEFICIVM. Beneficium,quod vacauit in locis vicinis Sedi Apostolicæ,dicitur vacasse apud Sed.Apostol.& propterea reseruatum.q.5. cap.1.col.2. in fin. fol. 13.

Beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalis,quæ non possunt conferri absque Cardinalis consensu, si per aliquod breue tempus abfuerit Cardinalis a Curia,ex causa recreationis, non concedunturabsque ipsius consensu.q.5.cap.4.colum.2.in fin. fol.20.

Beneficium ad beneplacitum cõcessum,num possit absque causa auferri.q.21. cap.1. col.2.in prin.fol.155.

Beneficiorum quoque collatio, dicitur extraiudicialis actus q 22. cap.1.col.2. in fin.fol.186.

Collatio beneficij, institutio, vel confirmatio,potest etiam die feriato conferri.q.22. cap.1.col.1.fol.188.

Ad beneficia conferenda, non tenetur conferens aliquem citare.q.22.cap.1.col.2. in prin.fol.188.

Impetrans beneficium, quod dixit vacare ex capite incompatibilitatis, & quia infra annum non fuit promotus,&c.q.25. cap.1.col.2.fol.212.

Impetrans beneficium,quod asseruit pluribus modis vacare, non caret impetratis si probet vnum modum vacationis.ibid. in fine.

Collatio beneficij facta ab Ordinario, illi cui Papa mandauerat ne conferret, est nulla q.30.cap.2.col.2.in princ.f.236.

Beneficij renuntiatio sitne facienda in manibus Prælati.q.30.cap.3.col.1.in prin. fol.238.

Beneficium non potest acquiri absque Superio-

Digitized by Google

INDEX.

perioris auctoritate. ibid. in med.

Beneficij renunciatio simoniacè facta, est nulla. ibid. in fine.

BONA ECCLESIÆ. *Bona immobilia Ecclesiæ, vel mobilia pretiosa pignorari non possunt. q. 41. cap. 8. col. 2. in prin. fol. 309.*

Bonorum Ecclesiæ pignoratio cum legitima causa, & solemnitatibus facienda. q. 41. cap. 8. col. 1. in prin. fol. 310.

Bonis Ecclesiæ, prohibitis alienari, seruitutes imponi non possunt. q. 41. cap. 10. colum. 1. in med. fol. 316.

Bona mobilia pretiosa donata Ecclesiæ, cũ pacto de ea nõ alienando, an possint alienari. q. 41. cap. 15. col. 2. in prin. fol. 328.

Bona mobilia, vel immobilia pretiosa Ecclesiæ, si ad certum determinatum vsum legata fuerint, nec etiam in casibus permissis cum assensu alienari possunt. ibid. col. 1. in med. fol. 329.

Bona immobilia, si fuerunt Ecclesiæ legata cum expressa facultate alienandi absque assensu, quid faciendum sit. ibid. col. 2. in med. fol. 329.

Bona Minoris non possunt absque decreto alienari. ibid. col. 1. in prin. fol. 330.

Bona specialiter hypothecata, alienari non possunt. q. 41. cap. 7. col. 2. in fin. f. 307.

Bona Religioni acquisita per Regularis professionem, &c. alienari non possunt absque solemnitatibus. q. 41. cap. 13. colum. 1. in prin. fol. 325.

Bona relicta pro celebratione Missarum, vel Anniuersariorum, & si pro onere Missarum censeantur hypothecata, non tamen mutant naturam bonorum Laicalium. q. 41. cap. 20. col. 2. in prin. f. 346.

Bona Ecclesiæ alienari posse pro remuneratione seruitiorum. q. 41. cap. 22. col. 2. in fin. fol. 350.

Bona prohibita alienari, possunt alienari ex causa remunerationis. q. 41. c. 22. col. 2. in med. fol. 351.

Bona stabilia Ecclesiæ, an possint alienari pro colendis agris, vel colligendis fructibus. q. 41. cap. 22. col. 2. in fin. fol. 352.

Bona Ecclesiæ pignorata à creditore alienari posse, eo modo, & forma, qua priuatorum bona pignorata alienantur. q. 41. cap. 23. col. 1. in prin. fol 354.

Bona Ecclesiæ, an vendantur absque subhastatione. ibid. colum. 2. in fin. fol. 354. & 355.

Bona Ecclesiæ si subhastentur, & plus offerenti liberentur facta consignatione, & si maior oblatio adueniat, non reuocatur liberatio. ibid. col. 1. in fin. fol. 355.

Bona mobilia, quæ seruando seruari non possunt, absque solemnitatibus possunt alienari. q. 41. cap. 27. colum. 2. in princ. fol. 362.

In bonis se mouẽtibus etiam procedit Paulina, cum idem ius sit, quod in bonis mobilibus. ibid. col. 2. in med. fol. 362.

Bona Ecclesiæ, vti boues, hædi, oues, & similia animalia possunt absque solemnitatibus alienari. ibid. col. 2. in fin. f. 362.

Bona mobilia pretiosa, quæ seruando seruari non possunt, alienari possunt. ibid. colum. 1. in fin. fol. 363.

BLASPHEMVS. *Blaspbemus punitus ab Ecclesiastico potest puniri à Laico. q. 12. col. 2. in fin. fol. 97.*

C

CANDELABRVM. *Candelabrum argenteum maioris valoris, an tuta conscientia possit diuidi ad finem pignorandi. q. 41. cap. 8. col. 2. in prin. fol. 310.*

CANON. *Canon non soluitur ratione fructuũ, sed in recognitionem dominij. q. 23. cap. 2. col. 2. in fin. f. 194.*

Canon Ecclesiæ debitus non potest affrancari, quia inter immobilia connumeratur. q. 41. cap. 10. col. 1. in fin. fol. 316.

CANONICVS. *In receptione alicuius in Canonicum, vel in collatione beneficij, vel præbendæ, tunc absentes, si commodè fieri valeat, vocãdi sunt, aliàs irritari posset receptio. q. 5. cap. 5. col. 2. in med. fol. 22.*

Intruso aliquo in Canonicatum supra numerum taxatum, tacentibus Canonicis, etiam, quod taliter intrusus emolumenta præbendæ exigat, non dicitur fractus numerus, &c. q. 28. col. 2. in med. fol. 228.

CÆCVS. *Cæcus, surdus, vel aliter impeditus num possit esse Iudex. q. 19. cap. 2. col. 1. in prin. fol. 129.*

CÆMENTA. *Cæmenta Ecclesiæ profanata non possunt ad priuatos vsus conuerti, sed ad vsum alterius Ecclesiæ. q. 41. cap. 14. col. 1. in med. fol. 328.*

CAPITANEVS. *Capitaneus, vel Assessor, nullus potest esse in propria Patria, nisi ex Principis priuilegio. q. 23. cap. 3. col. 2. in med. fol. 196.*

Sic etiam procedit in Magistro Actorum. ibidem.

Capitaneus tenetur in syndicatu pro delictis,

Digitized by Google

INDEX:

Ctis,& culpis sui substituti. q.23. cap.4. col.1.in fin. fol.197.

Capitanei, vel Officiales alicuius cohortis, pro seipsis plures cartellas recipientes, an peccent.q.44.cap.3.col.2.in fin.f.381.

Capitaneus, an possit sibi plures transitus impetrare? q.44.cap.1.colum.1.in princ. fol. 378.

Capitanei, qui prætextu infirmitatis,& debilitatis militum, non potentium conficere tot miliaria in una die, impetrans sibi plures transitus, & deinde adiunctis illis, Vniuersitatibus, compositionem facientes, an peccent.ibid. colum.1. in fin. fol.378.

Capitanei impetrantes sibi plures trãsitus, quam qui præscripti sunt, ratione itineris, à Regia Scriuania, an peccent. ibid. col.2.in prin.

Capitanei, hanc commissionem ab Officialibus Regiæ Scriuaniæ impetrantes, peccato ipsorum Officialium cooperantur. ibid.col.2.in med.

Capitaneus duplex peccatum committit, alterum in iniusta impetratione commissionis; alterum in compositione Vniuersitatum, ne illic commorentur.ibid.col.2. in fine.

Capitaneus accelerans iter, an peccet.q.44. cap.2.col.1.in med. fol.379.

Capitaneo, an licitum sit cartellas accipere pro famulis,& socijs suis, vel pro seipso absente.q.44 cap.4.col.2.in fin.f.382.

Capitanei socijs, si sint militiæ ascripti, absque tamen stipendio, an hospitia debeantur.ibid.col.1.in fin. fol.383.

Capitaneus absens, an possit frui beneficio hospitij, & cum actu non resideat in hospitio, pecuniam pro cartella recipere. ibid.col.2.in prin.fol.383.

Capitaneus pro Curiæ, seù Regis seruitio absens, possitne cartellam recipere. ibid.

CAPPELLÆ. *Cappellæ in Ecclesia, licitè venduntur, prout vsus inoleuit,& nõ requiritur assensus Apostolicus. q.41. cap.14.col.1.in prin. fol.327.*

Cappellæ, ad vsum facti concessæ, non possunt alijs concedi, exclusis primis, vel ipsis mortuis,& c. q 41.cap.14.colum.2.in med. fol.327.

Cappellæ, ad vsum facti, ab ijs, quibus concessæ fuerunt, possunt vendi. ibid.col.2.in fin. fol.327.

Cappellæ ad vsum facti, possunt vendi ad instantiam creditorum.ibid.col.2. in fin. fol. 327.

CAPITVLVM. *Capitulum administrans Sede Vacante, tenetur reddere rationem nouo Episcopo.q.35.cap.4.col.2. in med. fol.169.*

Capitulum congregatum aliquibus non vocatis, sed contemptis, potest eligere, nec is, quem tale Capitulum eligere intendit, ineligibilis est.q.46. colum.2. in fin. fol. 388.

CASVS INOPINATVS. *Casus inopinatus, vel insolitus dicitur, qui semel in mille annis euenire solet.q. 21.cap.10. col.1.in prin fol.182.*

Casum inopinatum, & insolitum, iudicandum esse arbitrio bonis iudicis.ibid.col.2. in prin. fol.182.

CASVS RESERVATVS. *Casuum reseruatio fit ob Charitatem, & bonam gubernationem.q 6.cap.3. col.1. in fine. fol.40.*

CAVSA. *Causæ plures disiunctiuè, si proponantur ad rescriptum obtinendum, sufficit alteram esse veram.q.25.cap.1. colum 1. in prin. f.213.*

Causis pluribus coniunctiuè narratis, quarum altera non sufficit, omnes debent esse veræ. ibid.

Causa qualibet sufficienter influit in effectum,& sufficit, quod vna sit vera.ibid. in med.

Causæ impulsiuæ falsitas, ob quam Princeps difficilius gratiam concederet, an vitiet rescriptũ gratiosum, necne. q.25. cap.2.col.2.in fin. f.214.

Causa Fiscalis non potest, absque Fisci patrono expediri.q.41.cap.24.col.1.in fin. fol. 357.

CAVSATVM. *Omne causatum debet referri ad principium, quod est ipsius causa.q.37.col.2.in med.fol.260.*

CIVIS. *Acquirens ciuilitatem in aliquo loco, tenetur ad omnia, quæ ibi imponuntur.q.23.cap.3.col.1.in prin.fol.195.& q.29 col.2.in fin. f.231.*

Etiam si ex gratia ciuilitas concederetur. ibid.

Aggregati ad Sedilia Ciuitatis Surreti, non gaudẽt de beneficijs Montium, nec Monasteriorum.q 23.cap.3.colum.2.in fin. fol. 195.

Ciuilitas, aut nobilitas ex priuilegio alicui concessa, num faciat cessare, antiquum priuilegium. ibid.

CIVITAS. *Multæ appellantur Ciuitates, quæ Episcopum habuerunt, licèt ad præsens eo careant. quæst. 25. cap. 1. colum.2.*

Digitized by Google

INDEX.

colum. 2. in princip. fol. 219.

CITATIO. Citandus is non est, cui notorium est nullam competere defensionem. q. 41. cap. 25. col 1. in med. fol. 359.

CLAVSVLA. Clausula (satisfacta parte) quomodo intelligenda sit. q. 8. cap. 5. col 1. in prin. fol. 79.

De clausula (parito iudicato) quæ ex stylo signaturæ solet apponi in rescriptis, per quam conceditur iurisdictio, sub conditione. q. 20. cap. 3. col. 1. in med. f. 145.

CLEMENS OCTAVVS. Clemens Octauus in diplomate dispensationis Comitissæ Sarni, ratione ætatis, pro matrimonio contrahendo, &c. addidit clausulam (prout de iure) q. 29. col. 2. in med. fol. 232.

CLERICVS. Clericus inuitus, quãdo facultates Ecclesiæ non suppetunt, nullus potest in Ecclesia instituí. q. 5. cap. 5. colum. 2. in med fol. 22. 23. & 24.

Clerici non prohibentur accusare, iure naturæ, vel diuino, sed tantum iure humano, & ex dispositione iuris Canonici. q 13 col. 1. in prin. fol 102.

Clericus litigans coram Laico, tenetur obseruare ordinaria iudicia, & ligatur stylo. q. 17. cap. 2. col. 1. in med. fol. 116.

Clericus non potest in iudicio fideiubere. q. 20 cap. 1. col. 1. in fine. fol. 142.

Clerici non dicuntur fideiussores idonei pro Laicis ibid. col. 2. in fine.

In hoc Regno extat Capitulum Caroli II. quo mandatur, ne publica officia Clericis deferantur. ibid. colum. 1. in med. fol. 143.

Clericus litigans coram Seculari, & si non subditus, ligatur statutis illius Tribunalis, quòd ordinatoria Iudicia. q. 23. cap. 1. col. 1. in prin. fol. 194.

Clericus prohibetur exercere officium Tabellionatus. q. 30. cap. 1. colum. 2. in prin. fol. 234.

Clericus in minoribus obtinens beneficium, si matrimonium contrahat, ipso inre vacat beneficium. q. 30. cap. 3. col. 2. in med. fol. 238.

Clericus litigans coram Iudice Laico, in casibus à iure permissis, vti Laicus tractandus erit. q. 1. col. 2. in fin. fol. 2.

Clericus non potest vti statutis laicorum, nisi cum omnibus qualitatibus suis. q. 1. col. 1. in med. fol. 3.

Confessio delicti facta à clerico coram Iudice laico, ipso remisso cum actis ad Iudicem Ecclesiasticum, ei nõ obstat. q. 20. cap. 6. colum. 2. in princip. fol. 151.

CLERICI REGVLARES THEATINI. Clerici Regul. Theat. sũt capaces proprietatis in communi. q. 41. cap. 3. col. 1. in princ. fol. 296.

Clerico Regul. Theat. à possessione immobilium voluntariè se abstinent, vt promptius, ac liberius Christi paupertatem imitentur. ibid. fol. 296.

Cler. Reg. Theatini non comprehenduntur in decreto prohibitionis alienationis bonorum immobilium. ibid. fol. 296.

COLLATIO BENEFICIORVM. Collatio beneficiorum præscriptam habet ætatem, pro qualitate cuiuslibet beneficij. q. 19. cap. 7. col. 2. in fin. f. 135.

Collatio beneficij facta non habenti legitimam ætatem, nulla est. ibid col. 2. in fin.

Defectus ætatis in vna die annullat collationem beneficij. ibid col. 1. in med. fol. 136.

COLLATIO CANONICATVS. Collatio Canonicatus facta ab Ordinario ex duplici causa, vna existente falsa, collatio sustinetur ex vera, q. 25. cap. 1. col. 1. in fin. fol. 212.

COLLAT. CONSIL. NEAPOL. Collaterale Consilium Neap. declarauit Regias Prohibitiones non ædificandi in suburbijs Ciuitatis Neapol. & in locis, &c. q. 26. col. 1. in med.

COMMENSALIS. Continuus dicitur commensalis, qui aliquãdo diuertit, animo tamen redeundi. q. 5. cap. 4. col. 2. in med. fol. 20.

COMPOSITIO. Compositio pro motione hospitij, vulgò per disloggiare, an sit licita. q. 44. cap. 2. colum. 1. in princ. fol. 381.

COMPROMISSVM. Compromissum, factum inter consanguineos, licèt liberè fiat, dicitur tamen coactè factum, &c. q. 31. col. 2. in prin. fol. 240.

Compromissum in bonis Ecclesia prohibitis alienari, non potest fieri, absque causa, & solemnitatibus. q. 41. cap. 9. col. 2. in prin. fol. 313.

Compromittens si erat hæres, & fuerit condemnatus, non tenetur de proprio, &c. q. 31. col. 2. in med. f. 240.

CONCESSIO. Concessionem posse à concedente reuocari, qui contra propriũ factum veniret. q. 21. cap. 3. colum. 2. in med. fol. 160.

Concessio, quando fuisset in remunerationem seruitiorum, tunc efficitur irreuocabilis.

Digitized by Google

ibidem colum.2. in fin. fol. 161.

Concessio rei Ecclesiastica sub annuo Canone, cum potestate affrancandi, an dicatur contractus emphyteoticus. q. 41. cap.10.col.2.in prin.fol.316.

Concessio Cappellarum ad solitum usum sepultura, non ligatur dispositione Extravag. Ambitiosa.q.41.cap.14.col.2.in med. fol.326.

CONCESSIO IN EMPHYTEVSIM. *Concessio in Emphyteusim dicitur alienatio.q.41.cap.11.colum.2. in med. fol.316.*

Concessio Emphyteusis si concedatur tantum sub annuo Canone, nulla quantitate à principio recepta, dicitur lucrativa concessio,ibid.col.1.in prin. fol.317.

Concessio facta in bonis solitis concedi, si vltra solitum cõcedatur, vt puta, in emphyteusim vsque ad tertiam generationem, quid de ea sentiẽdum. ibid.in med. per totum.fol.317.

Concessio emphyteusis, si solita forma alteraretur, vt puta, si solita concedi pro masculis, concederetur etiam pro fœminis, an valeat. q.41. cap.11. col.1. in med. fol. 318.

In Concessione emphyteusis, vel feudi Ecclesiastici si fuisset appositum pactum de non alienando ab emphyteuta, etiam salvo assensu directi domini, & etiam de non alienando à Prælato, an sequuta alienatione possit Prælatus remittere caducitatem.q.41.cap.18.col.2.in med. fol.340.& 341.

Concessio, quando fit servata forma iuris de bonis solitis concedi cum Ecclesiæ vtilitate, licita est.q.41.cap.19.col.1.in med. fol. 342.

Concessio, quando non constat eam esse solemniter factam, sufficit si reperiãtur duæ concessiones cum spatio triginta, vel quadraginta annorum.q.41.cap.19. colum.1.in fin. fol.343.

In noua concessione rei emphyteotica, debet adesse vtilitas Ecclesiæ tempore vltimæ concessionis. q.41.cap.19. col.1. in fin. fol.346.

CONCILIVM. *Concilium Provinciale, potest tãquam suspectum recusari.q.34. col.1.in fin. f.254.*

Concilium Vniuersale, recusari non potest. ibid.

Sacrum Concilium Trident. cap.7. in decreto reservationis casuum, nihil contra Regulares specificè statuit,q.8.col.1. in med. fol. 70. vsque ad fol. 75.

CONCVBINA. *Concubina Officialis domi retenta, ad instar vxoris, censetur de bonis concubinarij acquisiuisse. q.14. cap.3.col.1.in fin. fol.107.*

CONDEMNATVS AD RESTITVTIONEM. *Condemnatus ad restitutionem fructuum beneficialium, non tetur restituere distributiones, quæ dantur ratione seruitij personalis.q.5. cap. 2.col.2.in fin. fol.15.*

Condemnatus per sententiam nullam, non dicitur condemnatus.q.20. cap.3. col.2. in med.fol.144.

CONDITIO. *Quando in dispositione hominis, vel legis aliquid ponitur conditionaliter, illud dicitur esse de forma. q.25.cap.2.col.1.in prin.f.214.*

Conditio apposita, quod Abbas non ex propria, sed ex gremio alterius Ecclesiæ eligatur, valet.q.21.cap.5.colum.1. in fin. fol.167.

Conditio apposita in vltima voluntate, quando est impossibilis, vel turpis, reijcitur. q.41. cap.15. colum.1. in med. fol.331.

Conditio turpis illa dicitur, per quam aliquid fit, quod est contra bonos mores. ibid.col.1.in med. fol.331.

Conditio apposita in donatione Ecclesiæ facta, quod teneatur ad onera, valet.q.41. cap.15.col.1. in fin. fol.332.

De conditione appositæ, seu pacto in concessione emphyteusis, quod Canone non soluto per biennium, ipso facto remaneat priuatus emphyeuta.q.41. cap.18. col.1. in med. fol.339.

CONFESSIO REI. *Confessio rei etiam in tormentis facta, non valet, nisi præcedentibus inditijs. q.19. cap.7. col.1. in fin. fol.136.*

Confessio facta antequam constaret de delicto in genere, non valet. ibid. col.2. in prin.

CONFESSIO LIBERATORIA. *Confessio liberatoria facta in beneficiũ absentis, an possit ante acceptationem reuocari.quæst.21. cap.8. colum.2. in fin. fol.173.*

CONFESSIO SACRAMENTALIS. *Confessio inualida, non dicitur confessio, sed confusio. q.20. cap.4. col 2.in prin. fol 147.*

Per confessionem informem verè conficitur Sacramentum, licèt gratia non conferatur. ibid.

CON-

Digitized by Google

INDEX.

CONFESSARIVS REGVLARIS PRIVILEGIATVS. *Confessarius Regularis priuilegiatus potest absoluere ab omnibus peccatis, & censuris, à quibus potest absoluere Parochus. q.8. cap.1. colum 1. in prin. fol.66.*

Non potest absoluere excommunicatos à Canone, &c. ibid. in med.

Potest absoluere ab excommunicatione minori. ibid. col.1. in prin. fol.67.

Potest absoluere ab omni censura nõ reseruata à iure, vel ab homine. ibid. in med.

Potest absoluere ab omnibus peccatis Sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ. q.89. cap.2. col.2. in med. fol. ibid.

Potest illos absoluere etiam à casibus in futurum reseruandis. ibid.

Confessarij Regulares priuilegiati, legimè ab Ordinario approbati, an possint ab Episcopo reseruatis in foro conscientiæ absoluere. q.8. cap.3. col.2. in med. f.74. per totum.

Num possint absoluere à casibus Bullæ Cœnæ, eos, qui rationabili impedimento, ad Summ. Pontif. accedere nõ possunt. q.8. cap.4. col.1. in princ. fol.76.

Confessarij priuilegiati, an possint absoluere excommunicatos nominatim, siue ab Ordinario, siue à Pontifice, parte satisfacta, in foro conscientiæ. q.8. cap.5. col.2. in prin fol.76. & 77.

Confessarij Regulares priuilegiati, extra locum, vbi fuerunt approbati, absoluere possunt subditos Episcopi approbantis. q.8. cap.6. col.1. in fin. fol.80.

Confessarios Regulares priuilegiatos posse etiam audire confessiones vndequaque venientium, & ipsos absoluere. fol. ibid. col.2. in fine.

Ex hac facultate generali absoluendi quoscunque venientes, non sequitur posse absoluere Regulares eiusdem, vel alterius Ordinis. q.8. cap.6. col.1. in med. fol.81.

Non solum Confessarij Regulares possunt audire confessiones vndequaque venientium, sed etiam eos absoluere à reseruatis in diœcesi pœnitentium. fol. ibid. col.2. in fin.

An Regulares, qui ex vi priuilegiorum absoluere possunt à censuris, id valeant extra Sacramentum Pœnitentiæ. q.8. cap.6. col.1. in princip. f.82.

Habens facultatem absoluendi à casibus, ac censuris reseruatis, num possit dispensare in irregularitate. q.8. c.6. col.2. in prin. f.83.

Confessarius Regularis priuilegiatus, audita confessione, an possit remittere pœnitentem pro absolutione à reseruatis, nolens vti facultatibus, &c. q.8. cap.7. colum.1. in med. f.84.

Regularis confessarius nullo pacto potest denegare absolutionem, pœnitenti disposito, audita confessione. fol. ibid. col.2. in fin. & per totum, fol.85.

CONFRATERNITATES, EXTAVRIT. HOSPITAL. *Confraternitatum, Extauritarum, seù Hospitalium bona, dicũtur bona laicorum. q.41. cap.2. col.2. in prin. fol.294.*

CONSANGVINEVS. *Consanguineus cedendo ius protbomiseos alteri, licèt cessio nõ valeat, reddit tamen se alienum à re cessa. q.30. cap.3. col.2. in prin. fol.238.*

CONSTITVTIO. *Constitutio procuratoris, nihil aliud est, nisi subrogatio in locum principalis. q.41. cap.31. col.2. in med. fol.368.*

CONVENTIO CIRCA QVARTAM FVNERALEM. *Si aliqua conuentio fieret inter Regulares, & Parochos circa quartam funeralem, &c. ex priuilegio Summi Pontificis, aliqua Religiones, quartam funeralem non soluũt, inter quas est nostra Religio Cler. Reg. &c. fol.367.*

Conuentio esset valida absque assensu. ibid. col.2. in med. fol.367.

CONSVETVDO. *Consuetudine vigẽte in aliquo loco, contrahens, vel disponens in illo loco, ligatur consuetudine, nec potest facere, quod ius consuetudinis locum non habeat. q.23. cap.1. col.2. in fin. fol.194.*

Qui vtitur aliquo statuto, tenetur ad qualitates à statuto requisitas q.23. cap.1. col.1. in med. f.194.

Qui per decennium habitauerit in aliquo loco, efficitur ciuis illius loci, & nihil refert si aliquando infra decennium diuerterit, &c. q.24. cap.1. in fin. f.206.

Stante statuto, quod detentus in carcere per annum, liberetur ob amorem Dei, qui duplici semestri interpellato detẽtus fuerit in carcere, poterit liberari. quæst.24. cap.1. col.2. in prin. fol.206.

Stante statuto, quod retinens bannitum in domo duobus diebus, puniatur, quid si intermisse retineat. q.24. cap.3. col.2. in fin. fol.210.

Stante statuto, quod noua arx, inconsulto

Digitized by Google

INDEX:

Principe non construatur, si fuerit penitus destructa, absque ipsius licentia reſici non poterit. q.26. col.2. in prin. f.218.

CONTRACTVS. *Tempus celebrati contractus conſiderandum eſt ad iudicã de pacto de retrouendendo appoſito in contractu emptionis, & venditionis, &c. q.26. cap.1. col.1. in fin. fol.225.*

Contractus, quando aqualiter ſe habet ad damnum, & lucrum, non poteſt fieri aliqua reductio abſque iniuſtitia. q.27. c.3. col.2. in fin. f.226.

Contractus mutui abſque ſolutione intereſſe cum obligatione generali bonorũ Eccleſiæ, non ſunt damnati. q.41. cap.7. colum.1. in fin. fol.308.

Contractus de rebus Eccleſiæ, ipſa vacante, an valeat. q.41. cap.24. colum.2. in fin. fol.357.

Contractus emphyteoticus, neceſſariò requirit ſcripturam. q.41. cap.26. colum.2. in med. fol.360.

Contractus non dicitur nullus, quãuis poſſit ex tot capitibus annullari. q.46. col.2. in prin. fol.388.

CONTRAHENTES. *Contrahentes in certa negotiatione, obligantur ſtatutis circa illam negotiationem factis. q.29. col.2. in med. f.231.*

CONVENTVS. *Conuentus poſſeſſorio recuperandæ, non poteſt audiri, niſi facta reſtitutione. q.30. cap.1. colum.2. in med. fol.234.*

CRIMEN. *Crimen ſimpliciter, & per ſe occultum, eſt, quod ſola cogitatione committitur, in corde retinetur, nec voce, aut opere, extra progreditur. q.6. cap.5. col.1. in princ. fol.45.*

Crimen occultum dicitur, quatenus contradicit publico, notorio, vel manifeſto. ibid.

D

DAMNVM. *Damnum emergens, aliud eſt, & aliud lucrum ceſſans. q.47. cap.1. col.2. in fin. f.221.*

Damnum dare non dicitur, qui iure ſuo vtitur. ibid.

Damnum, quomodo conſideretur in ordine ad reſtitutionem. q.27. cap.1. colum.1. in princ. fol.222.

Damnum datũ in ſegetibus æſtimatur ſecundum illud tempus, non autem ex ſuperuenienti. q.26. cap.1. col.1. in princ. fol.225.

Damnum paſſum ab offenſo, quomodo liquidandum ſit. q.12. col.1. in fin. fol.99. per totum.

DEBITOR. *Debitor in quinquaginta, & quinquaginta nõ, dicitur debitor in centum. q.24. cap.3. col.2. in med. fol.210.*

Debitor ex cauſa neceſſaria, ſi legat ſuo creditori, cenſetur legare animo compenſandi, &c. q.31. col.1. in prin. f.241.

DEFENSIO. *Defenſionis vis à iure naturæ hominibus inſita eſt. q.13. colum.1. in med. fol.103.*

DELICTVM. *Delicta occulta proximorum pandere poſſumus, quando alicuius innocentis imminet damnũ. q.35. cap.3. col.1. in fin. fol.279.*

DEROGATIO. *Ad derogationem Conſtitutionis Concilij Generalis requiritur ſpecialis derogatio, nec ſufficit clauſula generalis q.6. cap.2. col.2. in med. f.37.*

DICTIO. *Dictio (Per) appoſita tempori, ſignificat cõtinuationem temporis. q.24. cap.3. col.2. in med. f.210.*

Dictio (In, & Intra) ſunt eiuſdem naturæ.

Dictio illa (ſua) denotat poſſeſſionem, & dominium, ſicut alia nomina poſſeſſiua (meum, & tuum) q.6. cap.7. col.2. in fin. fol.54.

Dictio (In) aliquando exponitur pro (ſub) q. & cap. ibid. col.2. in med. fol.55.

DIES TERMINI. *Dies termini, an computetur in termino. q.45. col.1. in med. fol.385.*

Dies capta, an habeatur pro completa. ibid. col.2. in prin. fol.385. & col.2. in princ. fol.386.

DIGNITAS. *Dignitas, ſeù honor ſuperueniens, non mutat priorem conditionem quamuis augeat ſtatum. q.23. cap.3. in med. fol.196.*

Noua dignitas non poteſt in Eccleſia erigi abſque Summi Pontificis licentia. q.26. cap.1. col.1. in fin. f.219.

Si dignitas eeßet in actu, remanet tamẽ in habitu, & ceſſante exercitio, remanet denominatio. q.26. cap.1. col.2. in princ. fol.219. & in col.2. in med. f.220.

DISPENSATIO. *Diſpenſatio obtenta à Summo Pontifice ratione copulæ ſubſequutæ, & ſcandali euitandi, ſi matrimonium non contraheretur, num ſit ſubreptitia, etiam ſi copula non fuiſſet ſequuta. q.25. cap.3. col.2. in prin. f.216.*

Qui poteſt diſpenſare in votis, poteſt etiam

&

Digitized by Google

& in iuramentis Deo factis.q.10.col.2. in prin. fol.94.

Idem est in iuramento post votum. ibid.

Dispensationes,quæ locorũ Ordinarijs committuntur, dicuntur actus extraiudiciales.q.22.cap.1.col.1.in med.f.188.

Dispensatio petita,vt committatur Archiepiscopo Neapolitano, si ex errore committitur Surrentino non potest à Neapolitano Archiep. expediri. q.25.cap.3. col.1.in fin. fol.217.

DISPOSITA A IVRE. *Disposita à iure,quando deducuntur in pactum,operantur aliquid amplius, quam quòd de iure operabantur. q.41. cap.18.col.2.in fin. fol.339.*

DIVORTIVM. *Diuortium est pœna adulterij & sententiam Iudicis necessario requirit.q.48.col.2.in fin fol.392.*

DOCTOR. *Doctor popularis, qui per viginti annos publicè professus est,efficitur Comes Palatinus.q.23.cap.3. col.1. in med.f.196.*

Et potest ad officia popularia admitti. ibid.

DONATIO. *Donationi, quæ fit Ecclesiæ potest apponi conditio, quæ omninò seruanda est.q.23.cap.6.colum.1.in fin. fol. 201.*

Ad iudicandum an donatio sit inofficiosa, attẽditur tempus donationis.q.26.cap.1. col.2.in fin. f.224.

Donatio inter viuos, quæ ex sui natura est irreuocabilis; ob superuenientiam liberorum reuocatur.q.19.cap.6.colum.1.in prin. fol.133.

Procedit etiam si filius natus, statim postea moriatur.ibid.in med.

Donatio Officiali facta,licèt durante officio nulla sit,finito officio, persistente donante in eadem,confirmatur.q.19.cap.7. colum 1.in fin.fol.138.

Donatio si fuerit facta Ecclesiæ, Notario acceptante, & stipulante,cum sit adhuc reuocabilis ante Prælati acceptationem, an possit Prælatus eam repudiare. q.41. cap.17.col.2.in med.fol.335.

Donatio iuris patronatus laicalis, non requirit solemnitates. q.41. cap.21. col.1. in med.fol 348.

DOS. *Dotis restitutio non est facienda vxori,viuente viro, nisi in casu,quo vergat ad inopiam.q.19.cap.3.col.1. in prin.fol.130. per totum folium.*

Ad iudicandum,an Dos congrua sit, attendendus est valor facultatum tẽpore matrimonij.q.26.cap.1.col.2. in fin. f.224.

DVCES MILITVM. *Duces Militum possunt multipliciter iniustitiam violare. Et primo augendo numerum eorum, qui milites non sunt.q.44.*

Dux Militum si proprium seruum inter Milites numeret,aut filium ineptum militare ob ætatem, an peccet, & teneatur restituere.ibid.col.2.in med.fol.381.

Duces Militum recipientes plures schedulas,seù cartellas, quàm sit numerus Militum,vel vni militi plures concedendo, an peccent.ibid.col.2.in med.fol.381.per totum fol. 382.

Ducis Militum absentia, si voluntaria sit nullum ei emolumentum in consequendo iure hospitiorum afferre potest. ibid. col.2.in prin. f.383.

Duces,& Milites absentes,nullo pacto, hospitij beneficio frui possunt.ibid.col.1.in med. fol.384.

E

ECCLESIA. *Ecclesia censetur reædificata à Prælato, ad quem pertinebat reædificatio.q.31.col.1. in med. f.241.*

Ecclesia dicitur viduata,quæ Pastorem non habet.q.20.cap.2.col.1.in prin.f.144.

Ecclesia,ex conditione in fundatione apposita,possit ne ius patronatus, tãquam laicale possideri?q.21.cap.5.col.1. in med. fol. 166.

Ecclesia dispensat in conditionibus appositis contra iuris dispositionem,ibid.col.2. in fin. fol.166.

Ecclesia penitùs destructa, si reædificetur, dicitur nona Ecclesia,& acquiritur Ius patronatus à reficiente.q.26.colum.2.in prin.f. 218.

Ecclesia, vel Clericus contrahens cum laico, obligantur, & tenentur conseruare consuetudinem,&c.q.29.col.1. in prin. fol. 232.

Ecclesia profanata non potest alienari absque assensu Apostolico.q.41.cap.14.colum.1.in prin. fol.328.

Ecclesia profanatæ ruina,si ad vsus non sordidos vendantur, pretium in vtilitatem eiusdem Ecclesiæ, vel ad alterius ad quam titulus,vel beneficia fuerunt trãslata conuertuntur.q.41.cap.14.col.1. in med. fol 328.

Ecclesia diruta gaudet immunitate, nisi authoritate Episcopi, absque spe reædificandi diruta esset.ibid.colum.1. in fin. fol. 328.

Ec-

Digitized by Google

INDEX.

Ecclesia grauata per fideicommissum à testatore de restituendo adueniente aliqua conditione, absque vllo assensu, aduenie-te conditione, bona in alium transfert. q.41.cap.25.col 2.in med.fol.330.

Ecclesia, quæ semper benigna est, multo magis in pœnis exigendis, benignitatem ostendere debet.q.41.cap.18.colum.1.in prin.fol.340.

Ecclesia potest ius sibi delatum remittere, sicut in legato.ibid.col.2.in prin.f.340.

Ecclesia num possit stare iudicio absque authoritate Prælati.q.41.cap.24. col.1. in med. fol.357.

ELECTIO. *In electione, quæ ius,& titulum tribuit, absentes vocandi sunt, & expectandi. quæst.5. cap.5.col.1.in fin. fol.22.*

In electione Patris Vocalis interfuturi Capit. Generali nostro absentes non esse expectandos.ibid.

Electio facta in vita, ab habente authoritatem eligendi, tempore mortis, an possit reuocari.q 21.cap 6.col.1. in fin. fol.169.

Electio eius, qui tempore, in quo laturus est suffragium, ab illo ferendo impedietur; vtrum sit valida.q.46. colum.1. in med. fol. 387.

Electio quamuis sit viribus euacuanda, adhuc tamen celebrari potest.ibid.col.2. in med.fol.388.

Electio pendente appellatione extraiudiciali, an possit ex allegatis in appellatione viribus euacuari, ibid. col.2. in fin. fol.388.

Sufficientia, vel idoneitas alicuius, ad hoc, vt dicatur eligibilis, & electio non dicatur nulla, attendenda est tempore electionis.ibid.col.1.in fin.fol.389.

Electio, quæ celebranda est, tempore celebrationis vires accipit.ibid.col.2.in medio.fol.389.

In electione examinatorum, vel expertorum, Iudex concedit terminum litigantibus, vt præsentent Catalogum suspectorum.q.34.col.1.in med. f.253.

Non debet admitti suspicio omnium Doctorum Ciuitatis. ibid.

Electores ad officia temporalia, quãdo possint facta electione, variare.q.21. cap.6. col 2.in fin fol.168.

Eligentes iure proprio possunt ante acceptationem electi reuocare. ibid.col.2. in prin.fol.169.

Electus in exequutorem, tenetur acceptare. q.35.cap.3.col.2. in med. fol.267.

ELEEMOSYNA. *Eleemosynam facere nemo cogitur. q.40. cap.3. col.2.in fin.fol.287.& col.1.per totam,f.288.*

EMPHYTEVTA. *Emphyteuta ex vi contractus emphyteotici, absque vlla declaratione censetur se obligare ad solutionem integri Canonis.q.23.cap.2. col. 2.in prin.f.194.*

Emphyteuta absque vlla obligatione, eo ipso, quod fundum recipit in emphyteusim, tenetur ad collectas imponendas. q.23. cap.2.col.1 in prin. f.195.

Vir possidẽs fundum dotale emphyteoticum pro subeundis oneribus matrimonij, tenetur ad collectas.ibid.in med.

Emphyteuta alienans irrequisito domino cadit à iure suo.q.30.cap.3.col.1,in medio.fol.239.

Emphyteusis, quando amittitur ob culpam, intelligitur de culpa damnosa domino directo, non autem si ex defectu assensus. q.41.cap.19.col.2.fol.344.& 345.

Emphyteusi deuoluta, meliorationes non amittuntur.ibid.col.2.in prin.f.345.

EMPTOR. *Promittens retrouẽdere semper,& quandocunque rem emptam, non tenetur, nisi infra spatium 30. annorum. q.23.cap.5.col.2.in prin.f.199.*

EPISCOPVS. *Episcopos gaudentes alternatiua, debere esse verè, & realiter præsentes in diœcesi tempore vacationis. q.5. cap.1.col.2.in fin.fol.12.& 13.*

Episcopus potest eligere duos ex Canonicis pro suo seruitio: Et idem est in Cardinali, vt possit habere apud se duos Canonicos sui tituli; & omnes isti iudicantur, tanquam præsentes.q.5. cap.2.col.1. in med. fol.15.

Episcopus habens indultum à Sum. Pontif. disponendi de certa quantitate spolij, si decedat extra diœcesim, in via tamen ad visitanda limina Apost. an gaudeat tali indulto.q.5.cap.3.col.2 in fin. fol.18.

Visitans limina, dicitur incũbere curæ animarum.q.5 cap.3.col.2.in fin fol.19.

Visitans propriam Ecclesiam, iura, vel redditus sua præbendæ, iudicatur, ac si interesset in Ecclesia ibid.

Episcopus num possit cum consensu Capituli statuere contra ius Canonicum. q.5. cap.6.col.1.in med.fol.28.

Benè tamen potest distinguere ius commune.q.5.cap.6.col.1.in fin. fol.30.per totum.

Episcopus in sua diœcesi per seipsum, aut Vicarium ad id specialiter deputandum;

in

Digitized by Google

INDEX.

in foro conſcientiæ, poſſunt gratis abſoluere, impoſita pœnitentia, &c. in quibuſcũque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, quoſcunque delinquentes ſibi ſubditos. q. 6. cap. 1. col. 1. in med. fol. 34. & iter. q. 6. cap. 4. colum. 1. in fin. fol. 41.

Epiſcopi titulares non comprehenduntur in hoc ſupradicto decreto. q. 6. cap. 1. col. 1. in med. fol. 35.

Epiſcopus quando abſque cauſa iuſta recuſat abſoluere, vel diſpenſare, tunc poteſt adiri Archiepiſcopus per viam appellationis. q. 6. cap. 1. col. 2. in prin. fol. 35.

Epiſcopum non poſſe diſpenſare in impedimentis dirimentibus; quia hoc tãtum ad Sum. Pontif ſpectat. q. 6. cap. 3. col. 2. in med. fol 39.

Epiſcopus, an poſſit abſoluere aliquem in hæreſim lapſum, perpetuo impedimento detentũ. q. 6. cap. 4. col. 1. in prin. fol. 41.

Epiſcopus tenetur ſuſpectos de hæreſi ad pœnitentiam prouocare. q. 6 cap. 4. col. 2. in fin. fol. 41.

Epiſcopum fundatam habere ſuam iuriſdictionem ex iure diuino, & poſitiuo in omnes ſuos diœceſanos cognoſcendi, & abſoluendi de hæreſi. ibid. col. 2. in fine. fol. 41.

Epiſcopus ſi non poſſet abſoluere impeditos, pia Mater Eccleſia ſufficientia remedia non adhibuiſſet ſuis filijs. q. 6. cap. 4. colum. 2. in fin. fol. 42.

Epiſcopus non poteſt abſoluere à crimine reſeruato, coram duobus, vel tribus perpetrato. q. 6. cap. 5. col. 2. in fin. fol. 45.

Epiſcopum poſſe abſoluere à delicto reſeruato Sum. Pontif. occulto in loco abſolutionis, licèt alibi ſit publicum. q. 6. cap. 5. col. 1. in med. fol. 46. per tot. fol. 50.

Epiſcopo, Concilium Trid. non ſolum conceſſit facultatem abſoluendi ſubditos, ſed quoſcunque ſubditos, ſiue ratione domicilij, ſiue originis, ſiue delicti. q. 6. cap. 6. col. 1. in fin. fol. 50.

Epiſcopũ poſſe abſoluere vagos. q. 6. cap. 6. col. 2. in prin. fol. 51.

Epiſcopus non poteſt abſoluere à reſeruatis extra propriam diœceſim. q. 6. cap. 7. col. 2. in fin. fol. 53.

Epiſcopum non poſſe aperire literas Sum. Pontif. circa alternatiuam beneficiorum, niſi exiſtentem in diœceſi. q. 6. cap. 7. col. 1. in med. fol. 54.

Epiſcopum poſſe extra diœceſim exiſtentem, quemcunque ſibi ſubditum, ſiue ratione domicilij, ſiue originis, ſiue quòd reperiatur in diœceſi ex cauſa itineris abſoluere. ibid.

Epiſcopus poteſt extra propriam diœceſim exercere voluntariam iuriſdictionem, & conferre beneficia. q. 6. cap. 7. col. 1. in fin. fol. 55.

Epiſcopus habens facultatem à Principe creandi Doctores, vel Milites poteſt extra diœceſim. ibid. col. 2. in prin.

Epiſcopum poſſe abſoluere à reſeruatis ex vi decreti Sac. Congreg. Medicum, Pratorem, cæteroſque Officiales, qui deliquerunt extra diœceſẽ, ac etiam alios extra ſuam diœceſim. q. 6. cap. 7. col. 2. in prin. fol. 56.

Epiſcopum poſſe demandare Vicario, vt in futurum abſoluat à quibuſcumque reſeruatis; ſic etiam in caſu particulari hæreſis occurrente, poterit particulariter facultatem concedere. q. 6. cap. 8. col. 2. in fine. fol. 57. & 58.

Epiſcopo celebranti in qualibet Parochia, debentur oblationes inter Miſſarum ſolemnia à Populo oblatæ, non autem Parocho. q. 7. col. 2. in prin. fol. 62.

Epiſcopus dicitur Princeps. q. 17. cap. 3. colum. 2. in prin. fol. 118.

Epiſcopis an liceat vendere, vel locare bãcas? q. ibid. cap. 5. col. 1. in prin. f. 122.

Epiſcopum non poſſe omiſſo conſilio Capituli, cum alijs negotia Eccleſiæ pertractare. q. 21. cap. 1. col. 1. in fin. fol. 156.

Epiſcopi procedunt ad exequutionem piorum legatorum, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati. q. 23. cap. 6. col. 1. in med. fol. 200. & q. 29. col 2. in fin. f. 232.

Epiſcopum non poſſe exigere charitatiuum ſubſidium ob neceſſitatem in quam ſua culpa incidit. q. 37. col. 1. in fin. fol. 261.

Epiſcopi poſſunt cogere exequutores vltimarum voluntatum ad exequẽdas quaſcumque, etiam non pias volũtates. q. 35. cap. 3. col. 2. in fin. fol. 267.

Epiſcopus non poteſt ſub prætextu, quòd mortuus ſit adificator hoſpitalis, cognoſcere, an opera pia ibidem inſtituta exerceantur. q. 40. col. 1. in med. fol. 294.

Epiſcopus num poſſit Cappella in priſtinam libertatem reuerſa ob defectum patronorum, alteri iuſpatronatus concedere. q. 41. cap. 21. colum. 2. in fin. fol 349. & 350.

Epiſcopus an poſſit facere teſtamentum ad pias cauſas, defuncto ab inteſtato. q. 42. col. 1. fol. 376.

EQVI.

Digitized by Google

INDEX:

EQVITES HIEROSOLYMITANI. *Equites Hierosolymitani, an comprehendãtur sub extranagãti de alienatione bonorum.q.41.cap.3.col.2.in med. fol. 295.*

EXAMEN *i Quando examinãtur testes circa habilitatem, vel inhabilitatem personæ, non requiritur partis citatio. q.22.cap.1.col.2.in prin. fol.187.*

Examen,quod requiritur in beneficijs, quæ per concursum cõferuntur,dicitur actus extraiudicialis. ibid. in fin.

EXCOMMVNICATIO. *De excommunicatione lata ad instantiam partis, quæ licet vires obtineat ab intentione Iudicis proferentis sententiam. q. 25. cap. 1.col.1.in fin.220.*

Obseruantia excommunicationis,non inducit possessionem.q.28.col.2.in fin.f 228.

Per cessationem ab aliquo prohibito sub pœna excommunicationis, nec perdit possessionem, is qui cessat, nec acquirit possessionem,is qui mandauit.q.28.col.1. in med. fol.229.

Excommunicationis metus, dicitur cadens in constantem virum. q.37. colum.1.in prin.fol.262t

Excommunicatio differt ab interdicto, in hoc,nã interdictum suspendi potest. q.9. cap.1.col.2. in fin. fol.86.

Excommunicatio lata post appellationem, est nulla.q.19.cap.7.col.2.in fin.f.136.

Excommunicatus à Plebano,non debet absolui ab Episcopo, licèt habeat ordinariam iurisdictionem in omnes sua diœcesis.q.8.cap.5.colum.2. in princ. fol.76. & 77.

Excommunicatus absolutus in foro conscientiæ,potest puniri,vel denuò accusari.q.8. cap.5.col.1.in med.fol.79.

Excommunicatus per annum,in quibus casibus excusetur.q.9.cap.2.col.1. in med. fol. 88.

Excommunicatus denunciatus. quod suam, vel suorum prosequatur iniuriam,repellitur ab accusando. q.13. col.1. in med. fol.100.

EXECVTOR TESTAMENTARIVS. *Executor testamentarius tenetur reddere rationem suæ administrationis.q.38.cap.3.col.2.in prin. f.265.*

Exequutores testamentorum tàm Laici, quàm Regulares exempti,&c. tenentur reddere rationes. ibid. colum.1. in prin. fol. 266.

Exequutores testamenti, si suspecti, & negligentes fuerint, possunt amoueri. ibi. col.1.in fin. fol.266.

Exequutores testamenti,dicuntur Procuratores Testatorum.ibid.colum.1. in prin. fol. 267.

Exequutores testamentarij tenentur conficere inuentarium.q.35.cap.3. col.2, in med. fol.268.

F

FACTVM. *Factũ cõtra iuris dispositionẽ probibentem aliquem actũ,quoties ex illo capite saluari non potest, est ipso iure nullum. q.44. cap.2. colum.2. fol. 380.*

FACVLTAS. *Facultas absoluendi à casibus Sed. Apost reseruatis Episcopis cõcessa, an sit sublata per Bullam Cœnæ Domini.q.6.cap.3.col.1 in fin.f.39.*

Facultatem babens alienandi bona ex causa necessitatis, nõ poterit,si ex facto proprio,in illam incidit.q.41.cap.28. col.2. in fin. fol.385.

FEVDVM. *Feuda sunt triplicis generis. q.36.col.2.in prin. fol 257.*

Feudum, quod non potest, nisi tantùm pro masculis concedi,si concedatur, etiam pro fœminis,num in totum corruat concessio.q.41.cap.6.col.2.in med. fol.306.

FIDEICOMMISSVM. *Bona subiecta fideicommisso, quænam ex causa dotis alienari possint.q.19.cap.6.col.1. in fin. fol.132.*

FILIVS. *Filius administrator bonorum patris,tenetur rationem reddere. q.35. cap.4.col.2. in prin. fol.269.*

Filius, qui fundum matris longo tempore coluit, nullum ius acquisiuisse dicitur. q.40.cap.3.col.1.in fin. f.289.

Filium teneri ex vi quarti præcepti diuini,animæ patris in Purgatorio existentis subuenire.q.42.col.2.fol.375.

Filius non grauandus est supra vires pro liberanda anima patris à Purgatorio. ibidem.

FILIVSFAMILIAS. *An licitè filio familias pecunia credita sit-q.37. col.2. in med. fol.260.*

FISCVS. *Fiscus,qui propriam personam Principis repræsentat, non potest venire contra proprium factum, nec etiã Princeps supremus.q.21.cap.4.col.2.in prin. fol. 162.*

Fiscus bæres institutus, adita hæreditate, etiam inuentario confecto,potest hæreditatem

Digitized by Google

tatem repudiare. ibid. colum.1. in prin. fol. 163.
Fiſcus quando ad eum deueniunt bona vacantia, vel ex cauſa confiſcationis, etiam non confecto inuentario, non tenetur vltra vires hæreditarias. ibid. in med. fol. 163. per totum.
FORMA. Quæ ſunt de forma ſunt indiuiſibilia. q.25. cap.1. col.1. in med. f.214.
Quando plura requiruntur pro forma, omnia debent obſeruari. ibid.
FORVM CONSCIENTIÆ. Forum conſcientiæ nihil habet commune cum foro contentioſo, & differūt, ſicut cœlum à terra. q.8. cap.5. col.1. in fin. fol.79.
In foro conſcientiæ ſufficit, quod filius agnoſcat teſtamentum, & ſciat illud à patre eſſe confectum. q.42. colum.2. in med. fol.370.
In foro conſcientiæ attenditur ius naturæ. ibidem.
FORVM MIXTVM. In cauſis mixti fori, abſolutus à iudice vnius fori, ſi remanet locus pœnæ, poteſt ab alio puniri. q.12. col.1. in med. fol.97.
In cauſis mixti fori, quia locus eſt præuentioni, non datur appellatio à iudice vnius fori ad alium, quia par in parem non habet imperium. ibid. in fin.
In cauſis mixti fori, regulariter loquendo, punitus à iudice laico, non poteſt ab Eccleſiaſtico puniri. q.12. colum.2. in prin. fol. 97.
FRATER. Frater, qui bona ſororis adminiſtrando, & domos locauit, & penſionem exegit, iure familiaritatis id feciſſe dicitur. q.40. cap.3. col.2. in med. f.289.
Frater primogenitus, cui pater reliquit feudum, cum onere prouidendi alijs fratribus, ſi per 20. annos permiſit, quod Officiales, ab ipſo, & à Fratribus deputarentur, non cēſetur ſibi præiudicaſſe, nec ſecundogeniti aliquod ius acquiſierunt. ibid. in fin. fol.289.
FRVCTVS. Fructus naturales ſunt, qui ex terra abſque vlla hominis induſtria naſcuntur. q.41. cap.6. colum.1. in fin. fol. 304.
FVNDANS CAPPELLAM, VEL IVS PATRONATVS. Fundans Cappellam, vel ius patronatus, non poteſt apponere cōditionem, ne ſit ſub Epiſcopi poteſtate. q.23. cap.6. in fin. f.200.
FVRIOSVS. Furioſus matrimonium cōtrahere non poteſt, ex quo, libero conſenſu caret. q.19. cap.4. col.2. in fin. f.131.

G

GESTA. Geſta ab aliquo facta, ſecundum ſuam propriam naturam, & ſecundum iuris diſpoſitionem cenſentur facta. q.29. col.2. in fin. f.230.
Geſta à Procuratore meo, mihi non præiudicant, niſi nomine meo geſta ſint. q.32. cap.1. col.1. in fin. f.242.
GESTOR. Geſtor negotiorum tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis. q.38. cap.1. col.2. in med. fol.262.
GREX. Grex animalium Eccleſia, non poteſt abſque aſſenſu alienari. q.41. cap.26. col.1. in med. fol.363.
Grex iudicatur vti quid immobile. ibid.

H

HÆREDITAS. Hæreditas ſi ſit deuoluta Regulari poſt profeſſionem, poteſt Monaſterium hæreditatem non adire. q.41. cap.13.
Hæreditatis aditio difficile probari poteſt. q.35. col.1. in med. fol.255.
HÆRES. Hæres promittens non moleſtare vxorem defuncti ſuper vſufructu ei relicto, ſi petat cautionem de vtendo, & fruendo, arbitrio boni viri ſtandum, &c. q.29. col.1. in prin. fol.231.
Hæres, confecto inuentario, poterit partem bonorum retinere pro impenſis funeris, & infirmitatis, excludendo in hoc creditores hypothecarios. q.34. col.2. in prin. fol.256.
Hæres alienans feudum abſque aſſenſu, reuocare poteſt. q.21. cap.9. col.1. in med. fol. 175.
Hæres tenetur habere ratum factum defuncti. ibid. col.2. in prin.
Hæres etiam confecto inuentario, non poteſt reuocare bona fideicommiſſo ſubiecta à defuncto alienata. q.21. cap.9. col.1. in med. fol.176. per totum.
HÆRETICVS. Hæretici vigore Iubilæi non poſſunt abſolui. q.6. cap.4. col.1. in fin. fol.41.
Hæreticus purè mentalis, non incidit in excommunicationem. q.6. cap.5. colum.2. in prin. fol.45.
HOMICIDA VOLVNTARIVS. Homicida voluntarius, de iure antiquo, continuo debebat ſtare ad ianuam Eccleſiæ. q.24. cap.1 col.2. in fin. f.205.
HYPOTHECA. Hypothecæ prohibitio, quomodo intelligatur. quæſt.41. cap.7.

Digitized by Google

INDEX.

colum. 1. in fin. fol. 307.

I

IGNORANTIA. *Ignorantia, quomodo probetur. q. 12. col. 1. in fin. f. 36.*

ILLITERATVS. *Si aliquis esset illiteratus, sed per experientiam haberet peritiam iudicandi, potest esse Iudex. q. 1. col. 2. in fin. fol. 1.*

IMMOBILIA. *Immobilia non possunt diuidi, ad finem, vt tanquam res minima alienentur, & pignorentur, absque assensu. q. 41. cap. 8. col. 1. in prin. fol. 311.*

IMPERITIA. *Imperitia assessoris, obligat Officialem ipsum eligentē. q. 1. col. 2. in med. fol. 1.*

Itidem dicendum de Capitaneo eligente sibi Locumtenentem. ibid. in fin.

IMPEDIMENTVM. *Qui ex legitimo impedimento personaliter comparere nō potest ad Sed. Apost. nō tenetur per Nūtium, neque per Procuratorem, neque per literas. q. 6. cap. 3. col. 2. in prin. fol. 40.*

Impedimentum iustum, seu legitima causa, à qualibet pœna excusat. q. 9. cap. 2. col. 2. in med. fol. 89.

Aequiparatur impossibilitati. ibid.

INFIRMITAS. *Infirmitas superueniens, vel cacitas, nō facit, vt officio, quis priuari debeat, vel ad cedendum cogi possit. q. 19. cap. 2. col. 2. in prin. f. 229.*

INIMICITIA. *Per superuenientes inimicitias inter Testatorem, & Legatariū, censetur ademptum legatū. q. 33. cap. 3. col. 1. in prin. fol. 258.*

INTERDICTVM. *Interdictum personale, puta contra non cōfitentes, & communicantes in Pascha, volentes, à Parocho absoluendi sunt. q. 7. col. 2. in prin. fol. 65.*

Interdictum differt ab excommunicatione. q. 9. cap. 1. col. 2. in fin. f. 86.

Suspenso interdicto ad tempus, si fuerit appellatum, erit suspensum quousque duranit appellatio, &c. ibid. & per totum, fol. 87.

INTERVALLVM. *Interuallum paruum, non inducit actus diuersitatē. q. 24. cap. 1. col. 1. in fin. f. 207.*

INVENTARIVM. *Inuentarium confectum ab hærede post bimestre tempus, nullum fuisse Sacrum Consilium iudicauit, ex quo bona essent extra Prouinciam, vbi testator decesserat, intra tamen Regnum. q. 5. cap. 8. in fin. fol. 33.*

INVITVS. *Inuitus, ad sacros ordines promoueri non dicitur, qui ratione accepti beneficij promouetur. q. 37. col. 1. in med. fol. 262.*

IRREGVLARITAS. *Irregularitas ex violatione censuræ Ecclesiasticæ extra terminos, cap. si celebrat, de Clerico excommunicato ministr. non erat dispensabilis ab Episcopo; hodie verò potest ab Episcopo dispensari. q. 8. cap. 6. col. 2. in med. fol. 83.*

IRRITATIO. *Irritatio actus, qua ob legem violatā incurritur, est pœna. q. 30. cap. 1. col. 1. in med. f. 234.*

INSTITVTIO. *Institutio beneficiorū, ad Episcopum pertinet. q. 41. cap. 15. colum. 1. in prin. fol. 331.*

IVDEX. *Iudices Ordinarij ij dicuntur, qui, vel ab Apostolica Sede, vel à Rege iurisdictionem accipiūt. q. 6. cap. 8. col. 1. in fin. fol. 57.*

Iudex Ecclesiasticus, cui commissa est cognitio alicuius causæ particularis, absoluere potest testem, cum reincidentia. q. 9. cap. 4. col. 2. in prin. f. 91.

Iudex nùm possit. quā vult sententiā eligere, iuxta regulam, quod in paritate meritorum locus est gratificationi. q. 15. col. 1. in fine, fol. 111.

Iudex Ecclesiasticus, non tenetur stare processui fabricato à sæculari, quādo remittitur sibi Clericus. q. 17. cap. 1. col. 2. in fin. fol. 114.

Iudex tenetur captam viam sequi. q. 22. cap. 2. col. 2. in med. f. 191.

Iudex censetur iudicasse, prout ius disponit, & ipsemet tenebatur. q. 29. col. 2. in prin. f. 231.

Iudex, qui potest procedere tanquam, Ordinarius, vel tanquam delegatus, simpliciter procedendo, censetur tanquam Ordinarius. q. 29. col. 2. in med. f. 232.

Iudex etiam parte non opponente, præcipere potest, vt mandatum Procuratoris exhibeatur. q. 32. cap. 1. colum. 2. in fin. fol. 242.

Iudice præcipiente, vel parte opponente, mandatum est exhibendum. ad iustificandam protestationem. q. 32. cap. 1. col. 2. in prin. f. 243.

Iudices adiunctos, solo iuramento, posse tāquam suspectos recusari. q. 34. col. 2. in med. f. 252.

Iudex suspectus, retinet iurisdictionem, licèt elidibilem per recusationem à parte proponendam. q. 34. col. 2. f. 353.

Iu-

Digitized by Google

INDEX:

Iudex non debet admittere ſuſpitionem omnium Doctorum. q.34. col.1. in med. fol.253.

Durum eſt coram ſuſpecto Iudice litigare. q.34.col.2.in med. fol.253.

Iudicem,quem pro me elegi, teneor contra me ſuſtinere, quia ſufficit ſemel approbaſſe.q.21.cap.7.col.1.in med.f.170.

Iudex in deſignatione aduocatorum, quænam aduertere debet.q.39.cap.2. col.1. in prin. f.275.

Iudex poteſt probibere,ne quis contra inimicum patrocinetur.ibid.col,1. in med. fol. 275.

Iudex poteſt ſtatuere ſalarium Aduocato, pro qualitate cauſæ. ibid. col.1. in med. fol. 275.

Iudex poteſt cogere Aduocatum ſi renuat patrocinium præſtare.q.39.cap.3. col.1. in fin.f.237.

Iudices ſolẽt,abſente Aduocato vnius partis,concedere dilationem.q.39.cap.5.colum.1.in prin. f.281.

Iudex ſi efficitur Aduocatus Fiſci, poterit recuſari,tanquam ſuſpectus,q.39.cap.5. col. 2.in med.f.281.

Iudex,qui poteſt procedere tanquam Ordinarius,& tanquam Delegatus,ſimpliciter procedendo procedit tanquam Ordinarius.q.40.cap.1.col.1.in prin. f.283.

Iudex,qui poteſt ex duplici iure poſſidere, cenſetur ex magis efficaci poſſediſſe.ibid. col.1.in fin. fol.283.

Iudici,an licitum ſit inſtruere partes.q.47. col.1.in prin.fol.390.

Iudex debet iudicare,ſecundum deducta in actis, & ſecundum probata in proceſſu, non autem ſecundum ſuam conſcientiã. q.47.col.1.in fin.fol.390.

Iudex nihil debet facere ad priuatam vtilitatem.ibid.col.1.in fin.f.390.

Iudicis eſt,ità ſegerere in iudicio, vt modis omnibus procuret,ne ex alieno facto cauſam alterius faciat deteriorem.ibid. col. 2.in prin.fol.390.

Iudex tenetur omnibus modis laborare, vt veritas inueniatur;quod ſi non curet tenetur in ſindicatu. ibid. colum.2. in fin. fol. 390.

Iudex ex ſuo officio non ſolum tenetur inquirere veritatem; ſed etiam curare debet,vt falſitas detegatur. ibid. col.1. in prin.fol.391.

Iudex ex officio, tenetur interrogare partes poſt probationes,ſi velint aliquid addere.ibid.col.1.in prin.fol.391.

Iudex ex officio tenetur inquirere innocẽtiam rei, non ſolùm in his, quæ ſunt iuris; ſed etiam in his, quæ in facto conſiſtunt.ibid.col.1.in med. fol.391.

Iudex poteſt ſupplere de iure, & de facto, vbi verſatur periculum animæ. ibid.colum.2.in med. fol.391.

Iudex,an poſſit inſtruere Aduocatum præſentare inſtrumentum ad inueniendam veritatem, ad liberandum innocentem, & ad detegendam falſitatem.ibid.col.1. in fin. f.391.

Iudex debet iudicare ſecundum approbata,& allegata, quãdo non habet modum inueniendi veritatem,ibid. col.1. in fin. fol.391.

Iudex ſi videat ex partis negligentia labi inſtantiam,ex qua iuſtitia poſſit non ſortiri ſuum effectum, etiam parte non petente, poteſt tali parti terminum concedere.ibid.col.2.in fin.f.391.

Iudicem potuiſſe per alios,& per ſe admonere partem, & inſtruere Aduocatum, ibid col.1. in prin. fol.392.

IVDICIVM. *Iudicium requirit miniſterium trium perſonarum, Iudicis, Actoris,& Rei,q.22. cap.1. colum.2. in fin. fol.185.*

Qui poteſt iudicialiter, & extraiudicialiter procedere, poteſt iudiciariam formã captã amittere,& ad extraiudicialem modum recurrere.q.22. cap. 2.colum.1. in prin. fol.191.

IVRAMENTVM. *Iuramẽtum adimplendum in forma ſpecifica. q.5. cap.2. col.1.in med.fol.15.*

Iurans continuo ſe ſtetiſſe in aliqua Ciuitate, ſi aliquando non fuit, non dicitur periurus.q.5.cap.4.col.2.in prin.f.20.

Iuramenti abſolutio regulariter conceditur ab Epiſcopo ad finem agendi, abſq; partis citatione.q.10. col.1. in prin. fol.93. & 94.

Iuramentum ſi adfuerit,de ſeruando ſecretum,tale iuramentum,ex quo adeſt tertij præiudicium,non eſt ſeruãdum.q. 39. cap.3.col.2.in prin.fol.279.

A licito iuramento abſolui quis debet, ratione ſcandali euitãdi.q.27. cap.3.col.2. in fin.f.227.

Iuramentum præſtans non in manibus ſui Superioris,tenetur iurans ſeruare.q.30. cap.3.col.2. in princ. fol.238.

Iuramentum,de non alienando, inconſulto Sum.Pontif.cui per alienationem abſq; aſſenſu contrauenitur, non reddit actum

Digitized by Google

Iuramentum præstitum ab Episcopo, vel Clericis de residendo in proprijs Ecclesijs, non obest, quin pro eiusdem Ecclesiæ vtilitate, vel Superioris mandato possint abesse. q.44. cap.4. col.1. in prin. f.384.

IVRISDICTIO. *Iurisdictionem habens in prouisione aliqua facienda, an possit extraiudicialiter, & iudicialiter procedere q.22. cap.2. col.1. in prin. f.191.*

Iurisdictio, metu excommunicationis extorta non tenet. q.28. colum. 2. in med. fol. 229.

Iurisdictione concessa, sẽper remanet Principi concedenti, facultas illam reuocandi. q.21. cap.3. col.1. in prin. fol.161.

IVS. *Ius ad mobilia, mobile reputatur. q.41. cap.13. col.2. in prin. f.324.*

Ius ad immobile, immobile iudicatur. ibid. in med. fol.324.

Ius petendi renouationem inuestiturę, siuè ius prælationis competẽs proximioribus defuncti, durat per annum. q.41. cap.19. col.2. in prin. fol.344.

Iure aliquo speciali, quando per aliquem actum derogatur, & reditur ad ius commune, actus ille latè est interpretandus etiam contra propriam naturam. q.41. cap.29. col.1. in med. f.367.

IVS ACCVSANDI. *Ius accusandi, cui nam competat. q.13. col.1. in prin. f.100.*

Hoc ius accusandi competit iure sanguinis, non autem iure hæreditario. ibid. col.2. in prin.

In hoc Regno Neap. extat Reg. Prag. per quam statutum fuit, ius querelandi, & remittendi, competere illis, quibus de iure defertur successio. ibid. in med.

Hoc ius admittitur vxori occisi. q.13. col.1. in prin. fol.101.

IVS CANONICVM. *De iure Canonico datur actio, ex pacto nudo. q.21. cap.8. col.1. in fin. fol.172.*

IVS COMMVNE. *Ius commune si per multos annos fuerit obseruatum, si postea à Superiore corrigatur, censetur etiã correcta consuetudo. q.1. cap.2. col.1. in fin. fol.4.*

IVS PATRONATVS. *In præsentatione beneficij iuris patronatus Ecclesiastici, patronos præsentantes infra semestre tempus; non posse variare actum à se gestum. q.21. cap.5. col.1. in prin. f.164. & 165.*

Patroni Ecclesiastici non possunt facta præsentatione variare. ibid. col. 2. in med. fol. 164.

Ius patronatus, quando Ecclesiasticus de bonis patrimonialibus acquirit, vti laicum iudicandum erit. ibid. col.2. in fin. fol. 165.

Ius patronatus, quando fuit Ecclesiæ reseruatũ cum consensu Ordinarij, sub conditione, vt reguletur tanquam laicale, valet. ibid. col.2. in med. f.167.

Ius patronatus, Confraternitatis laicorum competens, dicitur laicale. q.41. cap.21. col.2. in fine. f.348.

Ius patronatus, quando de bonis Ecclesiæ fuit fundatum, alicui Ecclesiastico, tamquam Ecclesiastico competit.

L

LAICI. *Laici possunt acquirere ius sepeliendi in certo eminentiori loco, Cappellam construendi, arma, & insignia ibi figendi, taliter quod si amoueãtur, datur actio iniuriarum, & potest iudicis brachium implorari contra amouẽtes. q.41. cap.14. col.1. in med. f.327.*

Laici in Sedilibus in Ecclesia habendis, & in cæteris præcedentijs, vt puta, in recipiendo prius pacem, &c. possunt iudicis officiũ implorare cõtra violantes. q.41. cap.14. col.1. in med. f.327.

Laici non possunt de mortuarijs statuere. ibid. col.2. in prin. fol.327.

Laicus donans prædium Ecclesiæ cum conditione, vt laicis soluat collectas, valet legatum, & tenetur Ecclesia illud soluere. q.41. cap.5. col.2. in fin. f.330.

LEGATVM PRO MARITANDIS PVELLIS. *Legatum factum pro maritandis puellis, nullo pacto consequi possunt puellæ illæ, quæ nulliter matrimonium contraxerunt. q.20. cap.5. col.1. in prin. f.148.*

Legatum pro maritandis puellis, nullo pacto poterit concedi Religionem ingredientibus. ibid. col.2. in prin. fol.148.

Legatum factum certæ personæ maritandæ, num si Monasterium ingrediatur, debeatur legatum. ibid. in fin.

Legatum factum pro maritandis puellis ex propinquis, vel ex descendentibus testatoris. ibid. col.1. in prin. f.149.

Legatum factum puellis maritandis in certo tempore, non possunt consequi iam maritatæ. ibid. in fin. fol.149.

Legatum pro maritandis puellis, non debe-

tur

Digitized by Google

INDEX.

tur viduis, secundo nubentibus. ibid. colum. 1. in prin. fol. 150.

Legatum pro maritandis puellis orphanis, potest, non existentibus orphanis concedi puellis habentibus parentes pauperes, vel inhabiles. ibid. f. 150.

Legatum etiam pro maritandis orphanis, licitè petunt expositæ. ibid. col. 2. in prin. fol. 150.

LEGATVM PIVM. Legatum pium, nunquam efficitur caducum. q. 23. cap. 6. col. 2. in medio, f. 201.

In locum Episcoporum, hodie succedit Tribunal Reuer. Fabricæ, ex varijs Bullis Summorum Pontificum. q. 23. cap. 6. colum. 2. in fin. f. 201.

Legatū cessat si domus destruatur, nec reuiuiscit, si reficiatur. q. 26. col. 2. in med. fol. 218.

Idem est in legato serui, qui postea fuit manumissus, nam si in seruitutem reincidat, non debetur legatum. ibid.

Legatum crediti, seu nominis debitoris censetur extinctum si à testatore fuerit exactum q. 33. cap. 2. col. 1. in prin. f. 249.

Legatum factum sub onere, adempto onere, legatum etiam cẽsetur ademptum. q. 33. cap. 3. col. 1. in prin. f. 251.

Legati causa, dicitur onus, quando non respicit fauorem legatarij, sed testatoris, &c. ibid. in med.

Legatum factum tutori, reuocata tutela, legatum factum etiam censetur ademptū. ibidem.

Legatum factum certæ Ecclesiæ pro sepultura, si alibi postea sepultura eligatur, legatum cessat. ibidem. in fin.

Si is, qui pro sepultura, aliquid certæ Ecclesiæ legauit, decedat postea excommunicatus, vel seipsum occidat, vel impœnitens decedat, &c. & per hoc in Ecclesia sepeliri non possit; num legatum teneat. ibid. col. 2. in prin.

Legatum liberationis factum tutori, non valet. q. 38. cap. 1. col. 2. in prin. f. 263.

Legatum factum, si lectum viduale seruauerit, quod idem est, quod legatum ne nubat. q. 19. cap. 5. col. 1. in fin. f. 132. per totum.

Legatum factum vxori, si habitauerit cum filijs, si semel habitare desinat, legatum amittit. ibid. col. 2. in med.

Legata pia semper deberi, quomodo sit facta dispositio. q. 42. col. 2. in prin. f. 372.

Legata pia, quæ reperiuntur in scheda scripta manu testatoris, quæ valeat inter liberos, an debeantur. ibid. col. 2. in med. fol. 372.

Legatum, aut donatio facta amico, cum fide de illis spurio restituendis, non valet in beneficium spurij. ibid. col. 2. in fi. f. 373.

Legatum mille aureorum à testatore factum filio spurio pro amore Dei, an valeat. ibid. col. 2. in med. fol. 374.

In legato pro exoneratione cõscientiæ, quid agendum. ibid. col. 2. in fin. f. 374.

Legatum pium non solùm requiritur, quod fiat pro anima, vel pro amore Dei, sed necessarium est, finem supernaturalem tantũ fuisse institutum à testatore. q. 42. col. 1. in prin. f. 375.

LEX. Lex probibens actum, si fiat, irritum reddit. q. 30. cap. 2. col. 1. in med. f. 235. Et in diuersis modis. cum clausulis. ibid. & col. 2.

Lex, vel homo, quando probibet, ne aliquid fiat sine consilio alicuius, si cõsilium non petatur actus corruit. q. 30. cap. 2. col. 1. in prin. fol. 236.

Lex, vel Superior probibendo aliquid fieri, suspendit iurisdictionẽ, & contraueniendo, actus est nullus. ibid. in fin.

Lex correcta non potest allegari ad decisionem causæ, & allegans illam incidit in crimen falsi. q. 2. in fin. f. 3.

Lex ciuilis allegatur etiam, & si correcta, in beneficium tamen Ecclesiæ, ex eo, quia corrigi non potuit. q. 2. col. 2. in fin. f. 3.

Correcta autem lege non censentur correcta statuta particularia. q. 2. col. 1. in medio. fol. 4.

Lege cassata à Summ. Pontif. an censeatur deletus actus. q. 2. col. 2. in prin. f. 4.

Lex posterior vniuersalis, tollit præcedentem. q. 8. col. 1. in med. fol. 71.

Legem habemus non fauere ijs, qui in necessitate se constituũt. q. 41. cap. 28. col. 2. in med. fol. 365.

Lex quando probibet actum aliquem sub pœna, nihil aliud addendo, si actus conficiatur, tenet, sed pœna incurritur. q. 44. cap. 2. col. 1. in prin. f. 380.

Leges positiuæ non obligant cum periculo vitæ, vel notabilis damni. ibid. col. 1. in med. f. 381.

LICENTIA. Licentia tacita non sufficit in casibus, in quibus requiritur expressa. q. 41. cap. 28. col. 1. in prin. f. 365.

LITTERÆ. Litteræ contra ius impetratæ, sunt nullæ. q. 1. col. 1. in med. f. 2.

LOCA PIA. In electione locorum piorum, dicenti locum pium fuisse fundatum

Digitized by Google

tum authoritate Episcopi, incũbit onus probandi.q.40.cap.2.col.2.in fin.f.293.

LOCATIO BONORVM. *Locatione facta pro tempore, quo finita erit prima locatio, attendendum est tempus, in quo vires accipit secunda locatio. q.27. cap.3.col.1.in fin. f.227.*

Locatio bonorum Ecclesiæ, non est licita ad longum tempus.q.41. cap.6. col.1.in prin. fol.301.

Locatio ad longum tempus, constituit ius in re. ibid.

Ad longum tempus non possunt locari, quæ prohibita sunt alienari.ibid.col.2.in medio.fol.301.

Locatio ad longum tempus includit etiam locationem ad vitam. ibid. col.2. in fin. fol. 301.

Locatio facta pro tempore, quo conductor voluerit, cadit sub prohibitione. q.41. cap.6 col 1.fol.302.

Locatio prædij, ex quo nullus colligitur fructus, sed tantum adsunt foueæ, in quibus nix de cœlo cadens colligitur. ibid. col.2.in med. f.303.

Locatio bonorum Ecclesiæ vltra triennium fieri non potest, cum hac additione, vt tot sint locationes, quot triẽnia.q.41. cap.6. col.2.in fin. f.305.

Locatio facta vltra tempus à iure permissum, corruit in totum.ibid.col.1.in med. fol.306.

Locatio perpetua bonorum Ecclesiæ nõ potest fieri, neque per pactum concedi facultas alicui perpetuo locandi. q. 41. cap.31.col.1.in med. f.369.

LVCRVM CESSANS. *Lucrum cessans, quodnam sit, & quod damnũ emergens.q.27.cap.1.col.1.in prin.f.222.*

M

MAGISTRI ACTORVM. *Magistri Actorum ne solo verbo recusentur suspecti. q.34. colum.2. in fin. fol. 252.*

Magistri Actorum non debent pro voluntate litigantium priuari. q.34. col.1. in prin.fol.253.

MANDATVM. *Mandatum regulariter potest testibus probari. q.32. cap.1. col.2.in prin. fol.242.*

Mandatum ad exigendum requirit scripturam.ibid.

Mandatum ad lites etiam requirit scripturam.ibid.

Mandatum Principis, & mandatum circa vsum iurisdictionis per scripturã probatur.ibid. in med.

Mandatum si fuerit in personam Regularis, & non constet de licentia Superioris, vtrum teneat.q.32.cap.1.col.1. in prin. fol.243.

Mandatum ad vendẽdum, intelligitur cum debitis circumstantijs.q.41.cap.31.col.1. in prin. f.369.

MARITVS. *Maritus post mortem vxoris retinens apud se eius dotem, non censetur adiuisse hereditatem q.28.col.1. in fin. f.228.*

MATRIMONIVM. *Matrimonium ratum, ex superueniente infirmitate, vel impotentia, dirimi potest.q.19.cap.4.colum.1.in prin. fol.131.*

Matrimonium, bi qui sani extraxerunt, & vni ex duobus dementia, aut furor, &c. acceßerit, solui non potest. ibid.

Matrimonium cum infante initum, accusari non potest.q.30.cap.3.col.1.in prin. fol. 239.

Matrimonium Clandestinum contrahens cum consanguinea, non tenet.ibid.col.1. in fin.

Matrimonia Clandestina sunt probibita, & de norma, quomodo matrimonium in facie Ecclesiæ sit contrahendum. q.30. cap.2.col.2.in fin.f.235.

MELIORATIONES. *Meliorationes in rebus Ecclesiæ, quando essent magni valoris, & Ecclesia pauper, quando non possit soluere. q.41. cap.19. col.2.in fin. fol.345.*

MERCATORES. *Mercatores, licet domicilium non contraxerint, posse absolui ab Episcopo à reseruatis occultis. q.6. cap.6.col.2.in med. f.52.*

MERVM, ET MISTVM IMPERIVM. *Meri, & misti imperij concessio facta à Rege Baronibus, si incipit lędere, ex quo turbatur tranquillitas Regni, reuocatur.q.27.cap.3 col.2.in fin.f.227.*

MERITORVM ASSERTIO. *Meritorum assertio simplex non sufficit, quia posset, quis fraudulenter asserere merita, & colorata seruitia Ecclesiæ præstita.q.41.cap.22.col.2.in fin.f.351.*

METVS. *Metus excommunicationis dicitur cadens in constantem virum.q.28. col.2.in prin. f.229.*

MILES. *Miles non potest constitui Procurator, si tamen constituatur, & pars non opponat, acta facta tenent.quæst.32. cap.1.*

Digitized by Google

INDEX:

cap. 1. colum. 2. in medio. fol. 243.

Militibus ratione hospitij de iure communi, tantùm domorum habitatio debebatur. q. 44. cap. 3. col. 1. in fin. f. 382.

MINOR. *Minor, qui vendam ætatis à Rege impetrauit, num possit immobilia bona, absque Iudicis decreto hypothecare, vel vendere. q. 26. cap. 1. col. 1. in medio. fol. 219.*

Minor læsus non restituitur aduersus contractum pacis. q. 27. cap. 3. col. 2. in fin. fol. 227.

Minor, si constituat Procuratorem ad vendēdum cum solemnitate à statuto requisita, si Procurator posteà vendat, non requiritur amplius solēnitas. q. 41. cap. 31. col. 1 in fin. fol. 368.

MOBILIA. *Mobilia pretiosa Ecclesiæ, an comprehendantur sub extrauagante de alienatione. q. 41. cap. 12. colum. 1. in prin. fol. 319.*

Mobilia, quæ seruando seruari non possunt, an possint vendi. ibid. colum. 2. in prin. fol. 319.

MODICVM TEMPVS. *Modicum tempus qualiter iudicandum sit, quia variè accipitur, & à subiecta materia declaratur. q. 5. cap. 4. colum. 1. in prin. fol. 21.*

Modicum certè tempus aliquando dicitur mensis, & quod infra 30. dies sit, in modico tempore dicitur. ibid.

MODIFICATIO. *Quando aliquid sub certis modificationibus mandatur, illæ modificationes, dicuntur esse de forma. q. 25. cap. 2. col. 1. in prin. f. 214.*

MONASTERIVM. *Monasterium, an teneatur ad debita professionis, tanquam ipsius hæres. q. 41. cap. 13. colum. 1. in fin. fol. 325.*

Monasterium, an teneatur capere possessionem bonorum, sicut hæres. ibid. fol. 321.

MVLIER. *Mulier relicta vsufructuaria, donec castè vixerit, si primo anno conditionem seruauit, secundo verò secus, si tertio castè viuat, legatum iam amissum, non recuperat. q. 19. cap. 5. col. 2. in fin. fol. 131.*

Mulieris vna fornicatio, an sufficiat, ad hoc vt legatum amittatur. ibid.

Mulieres possunt acquirere ius sedendi in Ecclesia, vel prius offerendi. q. 41. cap. 14. col. 1. in fin. f. 327.

Mulier probibita disponere à statuto, absque propinquorum consensu, an possit vtiliter contrahere. q. 41. cap. 24. col. 2. in med. f. 357.

MVNVS. *Munera publica remittuntur ex superueniente inopia. q. 27. cap. 3. colum. 2. in prin. fol. 227.*

N

NECESSARIVM. *Necessarium nō dicitur aliquid, quando habuit originem à voluntate. q. 37. colum. 1. in fin. fol. 260.*

NECESSITAS. *Necessitas, quomodo distinguatur, vt alia sit fatalis, alia naturalis, alia culpabilis. q. 37. col. 2. in prin. fol. 261.*

Necessitatis causa, quæ occurrere solent, sub nulla lege prohibitiua cōtinentur. q. 41. cap. 28. col. 1. in prin. f. 364.

Necessitas facit licitum, quod alias erat illicitum. ibid. col. 1. in med. f. 364.

Necessitate stante, potest in actu aliquo explendo, aliquid mutari, vel omitti. ibid. col. 1. in fin. fol. 364.

Necessitas illa vera est, quę vel à natura, vel à casu, accidit, non autem, quę à voluntate originem trahit. ibid. col. 2. in prin. fol. 365.

Necessitas vera attenditur, quę à principio voluntario non dependet. ibid. col. 2. in med. fol. 365.

NEGLIGENTIA. *Negligentia heredum, vel executorum testamentariorum, deuoluitur facultas ad Episcopum, transacto anno. q. 23. cap. 6. col. 1. in fin. fol. 200.*

Negligētia executoris in restituendo malè oblata à testatore, nihil obest animæ defuncti. q. 35. cap. 3. colum. 1. in med. fol. 268.

NEGOTIATORES. *Negotiator peregrè aduenies propter negotia Ecclesiæ, potest triduo domi manere ad quiescendum, & interim lucrari distributiones quotidianas. q. 24. cap. 1. col. 2. in prin. fol. 205.*

NIX. *Nix non est fructus naturalis, sed industrialis, nec dicitur ciuilis. q. 41. c. 6. col. 1. in fin. fol. 304.*

Nix hominem non alit, & immoderatus eius vsus, offendit. ibid. colum. 2. in prin. fol. 304.

Nix à terra non prouenit, sed ab ea sumitur, & humana industria coaceruatur, & conseruatur. ibid. col. 1. in prin. f. 345.

NOTARIVS. *Notarius rogatus de conficiendo instrumento, intelligitur, vt validè, & secundum loci consuetudinem illud*

Digitized by Google

lud conficiat.q.20.cap.2.colum.1. in fin. fol.144.

Notarius tenetur pro suo substituto in concernentibus ad officium.q.23.cap.4. colum.2.in med. fol.197.

Notarius conficiens instrumentum falsum, si fuerit inualidum, num puniatur pœna falsi.q.30.cap.3.col.2.in prin.f.239.

Notarius, vel cursor laicus Curiæ Ecclesiasticæ si delinquat,à quo Iudice sit cognoscendus.q.17.cap.3. colum.1. in fin: fol.118.

Notarius dicitur de familia Episcopi,cum is dicatur de familia, qui ad aliquod officium deputatus est.ibid.col.2.in prin.

Notarius non habens salarium, num possit à sponte dantibus,aliquid pro suo labore accipere.q.17.cap.5.col.1. in fin. f.120.

NOTORIA. *Notoria non egent cognitione,cùm in ipsis absq; vlla cognitione, sententia proferenda sit. q.41. cap.25. col.1. in prin.f.359.*

Notorium propriè dicitur, quod ita clarũ, & euidens est, vt latere minimè possit. ibid.col.2. in prin. f.359.

Notorium dici potest, quod ex actis resultat.ibid.fol.359.

NOVITIVS. *Nouitius Religionẽ egrediendo, ad actum contrarium nouitiatus diuertitur,sæcularem habitum induendo,etiam si modico tẽpore, illum gerat. q.24.cap.3.col.1.in prin.f.211.*

O

OBLATVS. *Oblatus,post oblationem personæ,& bonorum Ecclesiæ factã, non potest proprio nomine agere. q.32. cap 3.col.1.in med.f.246.*

OBLIGATIO. *Obligatio pupilli absque tutoris authoritate nulla est,& in ipsius commodum valet.q.41.cap.24.col.1.in prin.fol.357.*

IN ODIOSIS. *In odiosis non fit coaceruatio summarum. q.24. cap.3. col.2.in prin.f.210. Nec fit coaceruatio temporum.*

OFFENSVS. *Offensus,& iniuriam passus,si in animæ iudicio dimiserit,& condonauit eam, intelligitur quoad odium, non autem quoad ius actusandi. q.12. col.1 in prin f.99.*

OFFICIA. *Officia,ne infirmis,& impeditis conferantur. q.19. cap.2. col.1. in med. f.120.*

Qui podagra laborat,potest eligi ad officiũ. ibid.in fin.

Superueniens infirmitas, vel cæcitas, non facit,vt officio priuari quis debeat.ibid. col.2.in prin.

Officia simpliciter concessa, dicuntur perpetua.q.21.cap.1.col.1.in fin.f.153.

Et quod tempore nõ limitatur, dicitur perpetuum. ibid.

Omne officium, quod aut authoritate, aut vtilitate publicum est, dicitur necessarium.q.39.cap.3.col.1.in fin.f.277.

Officium aduocationis laudabile est, ac humanæ vitæ necessarium.q.39.cap.1.colum.1.in fin. f.271.

Ad officium Fisci spectat curare, vt leges seruentur,& ipsarum violatores puniãtur.q.39.cap.1.col.2.in fin.273.

OFFICIALIS. *Officialis non censetur ditatus de publico,vel baractarijs.q.14. cap.3.col.1. in fin. fol.106.*

Officiales solebant administrationem incipere Kalendis Ianuarij.q.21.cap.1.colum.1.in med.fol.153.

Officialis deputatus ad beneplacitum principis,dicitur perpetuus.ibid.colum.2.in med. fol.153.

Officia,sunt ad nutum Principis,qui potest pro libito voluntatis dare, & tollere. q.21.cap.1.col.1.in med.fol.154.

Officiali de facto spoliato, datur remedium possessorium.q.21.cap.1. col.2. in prin. fol. 156.

Officialis ex loco odioso,& non confidenti, potest ab Vniuersitate nõ admitti. q.23. cap.3.col.2. in med. f.196.

Officio in proprio substituens aliquem, eo ipso obligatur pro delictis,& culpis substituti.q.23.cap.4.col.1.in med. f.197.

Officio Prætoris, Iudicis, vel Aduocati finito,remanet titulus dignitatis, q.26. cap.1.col.2.in med. fol.219.

Officialis capiens Bannitum,non lucratur præmium capientibus concessum, nisi in specie fuerit dictum.q.31.col.1.f.241.

Officiales omnes Regni possunt dari suspecti.q.34.col.2.in med.f.253.

ONVS. *Onus collectarum pertinet ad possessorem fructuum.q.23.cap.2. col.1. in med. fol.195.*

Ad onera tamen ciuilitatis annexa, ex natura rei, vel ex iuris dispositione, ciuis omninò tenetur.q.23.cap.3.col.1.in fin. fol. 196.

Nec potest debitum collectarum cum alio credito compensari. ibid.

Onus causa legati dicitur, quando non respicit fauorem legatarij.q.33.c.3.col.1. in med.f.255.

Digitized by Google

INDEX.

OPVS. *Opus aliquod, pro quo faciendo licentia Superioris est necessaria, potest reffici absque licentia. q. 25. colum. 2. in fin. fol. 217.*

ORATORIVM PRIVATVM. *Oratorium priuatum, in domibus particularium, non gaudet immunitate Ecclesiastica. q. 41. cap. 14. colum. 2. in prin. fol. 326.*

ORDINARIVS. *Ordinarij male faciũt prohibentes Parochis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt nec per vnam diem discedant à Parochia. q. 5. cap. 4. col. 1. in prin. f. 21.*

Ordinarius non potest concedere iuspatronatus Ecclesiæ liberæ.

P

PACTVM. *Pactio qualibet habens tractum successiuum, si ex lapsu temporis efficiatur iniqua, officio Iudicis reducenda est ad æquitatem. q. 26. cap. 2. col. 2. in prin. f. 226.*

Pactum, quod quis teneatur coquere panẽ, pro alicuius familia, &c. ibid.

Pactum restituendi sibi dotem, vel fratri suo, quem putabat fore hæredem, prodest filio, qui fuit hæres q 28. col. 1. in med. fol. 230.

PAROCHIA. *Parochia Episcopi tota diœcesis dicitur. q. 7. col. 2. in prin. f 62.*

Parochiarum diuisiones, ob Populi frequentiam, pro bono regimine animarum factæ fuerunt à Calisto I. & à Dionysio Sum. Pontif ibid.

Parochiæ in multis Episcopatibus non sint distinctæ, sed Ecclesia Cathedralis omnibus ministrat Sacramenta; & alibi non eliguntur Parochi, sed Officiales, vel per annum, vel ad nutum Episcopi amouibiles. q. 7. col. 1. in prin. fol. 63.

PAROCHVS. *Parochus in foro conscientiæ, ab omnibus peccatis, & censuris à quocunque latis, tàm à iure, quàm ab homine, non tamen reseruatis potest absoluere. q. 7. col. 2. in med. fol. 61.*

Parochus non ex vi officij absoluit à non reseruatis, sed ex vi cap. nuper. q. 7. col. 1. in med fol. 62.

Parochus dicitur Ordinarius. ibid.

Et licèt constituatur ab Episcopo, iurisdictionem tamen, secundum aliquos, dicitur habere ab Ecclesia, idcircò non potest ab Episcopo absque causa priuari. ibid. in fin.

Parochus non Sacerdos, electus ad Parochiale beneficium, tenetur infra annum à die acceptationis Parochiæ promoueri ad Sacerdotium, aliàs ipso iure, elapso tempore absque vlla monitione amittitur beneficium. q. 7. col. 1. in med. f. 63.

Parochus, nõ solùm absoluit à censuris non reseruatis, sed etiam impeditum accedere ad Episcopum, potest absoluere à reseruatis Episcopo. q. 7. colum. 1. in med. fol. 64.

Parochus non potest absoluere ab interdicto generali, vel locali. ibid. in fin.

Parochus potest proprias oues extra territorium absoluere. q. 7. col. 2. in fin. f. 65.

PARS. *Pars potest opponere, vt mandatum exhibeatur in actis, &c. q. 32. cap. 1. col. 2. in fin. f. 242.*

PATER. *Pater consentiens in matrimonio filij, censetur se obligare pro dotis cõseruatione, & restitutione, absque alia speciali obligatione. q. 23. cap. 5. col. 2. in prin. f. 198.*

Pater consentiens, vt filius efficiatur Decurio, eo ipso censetur se obligare, tanquam fideiussor pro mala filij administratione. q. 23. cap. 5. colum. 1. in med. fol. 199.

Pater si in suo testamento exhæredat filiũ, si ad patriam non redierit, non per hoc censetur instituisse in casu reditus. q. 28. col. 1. in fin f. 230.

Pater administrator bonorum filij, in casibus, in quibus non habet vsumfructum, tenetur reddere rationem. q. 35. cap. 4. col. 1. in fin. fol. 169.

PAVPER. *Pauperes ad Magistratus eligendi non sunt, ne ob paupertatem venales fiant. q. 14. cap. 3. colum. 2. in prin. fol. 106.*

PATRIMONIVM. *Patrimonium clerici ad cuius titulum ordines suscepit, loco beneficij censetur subrogatum, & gaudet priuilegijs bonorum Ecclesiæ. q. 41. cap. 3. col. 1. in med. fol. 295.*

Pro tali patrimonio Clericus est immunis. ibid.

PECVNIA. *Pecunia destinata pro emptione immobilium, adhuc dicitur mobilis. q. 41. cap. 12. f 320.*

Pecunia dicitur res mobilis. ibid. col. 2. in prin. fol. 320.

Pecuniam pupillarem depositatam pro emptione prædiorum, tutor creditor pupilli nõ potest pro satisfactione sui crediti accipere, absq; Iudicis decreto. q. 41. c. 12.

Digitized by Google

colum.2. in medio. fol.320.
Pecuniam Ecclesiæ sola voluntate Prælati destinatam ad emptionem, non comprehendi in extrauagante Ambitiosæ. ibid.col.1. in prin. fol.321.
Pecunia peruenta ex venditione rei immobilis Ecclesiastica, an sit immobilis. ibid. col.1. in prin. fol.321.
Pecunia, quam Ecclesia in magna quantitate possidet pro præsidio, dicitur mobilis. q.41.cap.12.col.2. in prin. f.322.
Pecuniam ex retroueditione annuorum introituum Ecclesiasticorum dici mobilē, & sic nullam requiri solemnitatem in ipsa retroueditione. ibid.col.2. in med. fol.323.
Pecunia ex redditibus Ecclesiæ peruenta, vel ex oblationibus, & eleemosynis, quādo ab administratoribus implicatur in emptione annuorum introituum, an possit fieri absque solemnitate. ibid.col.2. in fin. fol.323.
Pecunia peruenta ex retroueditione, in duobus casibus prohibitioni subiacet. ibid.col.1. in med. fol.324.
POENA. Pœna est læsio puniens, & vindicans. q.30.cap.3.col.1. in fin. f.236.
Pœna carceris per triginta dies imposita blasphemo à lege Hispaniarū, non adimpletur, nisi, carcer sit triginta dierum cōtinuorum q.24.cap.3. colum.2. in med. fol. 209.
Pœna, si fuerit apposita intromittentibus intra Ciuitatem vinum, quod est infra terminos ipsius Ciuitatis, non per hoc videtur permissa introductio vini, quod est extra terminos Ciuitatis. q.28.col.1. in fin. fol.230.
Pœna, quando imponitur in odium facientis aliquē actum, etiam quod actus nulliter fiat, pœna debetur. q.30.cap.3.col.2. in med. f.237.
Pœna pecuniaria resultantes ex bannis, & maleficijs, dicūtur esse in fructu, & redditu. q.41.cap.6.col.1. in prin. f.304.
POENITENS. Pœnitens, quando est dispositus, nulla potest esse iusta causa differendi ei absolutionem. q.8. cap.7. colum.2. in fin. fol.85.
PERCVSSOR. Percussor Clerici, per petuò impeditus, potest absolui ab Episcopo. q.6.cap.4 col.2. in prin. f.42.
PEREGRINI, ET ITER AGENTES. Peregrini, & iter agentes possunt absolui ab Episcopo à reseruatis occultis. q.6.cap.6.col.1. in prin. fol.53.
Peregrinos, aduenas, & iterfacientes, teneri obseruare leges, & consuetudines locorum, per quos transeunt. ibid. in fin.
PERMVTATIO. Permutatio in rebus Ecclesiæ prohibitis alienari, non potest fieri, absque causa, & solemnitatibus. q.41.cap.9.col.1. in med. fol.314.
Permutatio, quæ fit inter Ecclesiam, & Ecclesiam, an possit fieri. ibid.col.2. in prin. fol. 314.
Permutatione facta inter Ecclesias, cessat ratio vsurpationis sæcularium. ibid. colum.2. in fin. f.314.
POSTVLATIO. Postulatione, nullum ius postulato acquiritur. q.21. cap.6. colum.1. in med. fol.168.
Postulantes, recedere nō possunt, facta præsentatione, ne Superiorem videantur illudere. q.21.cap.6.col.2. in prin. f.168.
POTESTAS ELECTORVM. Potestas electorum, & Sindicorum, procedit ex iuris dispositione, mandantis bonæ Vniuersitatis per ipsos administrari. q.44.cap.2.col.1. in prin. f.380.
PRACTICA. A practica non esse recedendum. q.1.col.1. in med. fol.1.
Practica declarat, & interpretatur statutum. ibid.
Practica attendenda est. ibid.
Non solum rescriptum Principis, & statutum declaratur ab obseruantia, & practica, sed omnis dispositio, siue testatoris, siue contrahentium. ibid.col.2. in prin.
Practica in tantum obseruanda est, vt in omni dispositione videatur annexa, vt ipsam interpretetur. ibid.col.2. in med.
PRÆCEPTVM. Præceptum si fuerit exequutum, probat possessionem. q.28. colum.1. in fin f.229.
Præceptum annuæ confessionis à iure positiuo taxatum, an adimpleatur per confessionem inualidam. q.20.cap.4.col.1. in med. fol.147.
Præceptum annua communionis, licèt sit de iure diuino, ab Ecclesia etiam taxatum fuit. ibid.col.2. in fin. f.147.
PRÆLATVS. Prælatus excommunicatus aliquem, absque scriptura, suspenditur. q.30.cap.3.col.1. in med. f.239.
Prælatus, quando pro Ecclesia expeditur, nomine ipsius Ecclesiæ agere debet, &c. q.32.cap.3.col.1. in prin. f.246.
Prælati Regularium, debent esse Indices, & Aduocati. q. 39. cap.2. colum.1. in fin. fol.274.
Prælatum expendentem magnam Ecclesiasticæ

Digitized by Google

INDEX.

ſtica pecunia quantitatem fore deponẽdum.q.41.cap.12.col.1.in prin.f.320.

Prælatus, pecuniam ex retrouenditione annuorum introituum peruẽtam, malè impendendo, an peccet. ibid. col.1. in med. fol.324.

Prælatus recipiens penſionem ab empbyteuta Eccleſiæ, qui ob Canonem non ſolutum poterat iure ſuo priuari, præiudicat.q.41.cap.17.col.1.in med.f.334.

Prælatus hæreditatem delatam Eccleſiæ, an repudiare poſſit, abſque ſolemnitatibus.ibid.col.1.in med.f.334.

Prælatus, an poſſit abſque ſolemnitatibus repudiare legatum certæ rei factum Eccleſiæ.ibid.col.2.in prin.f.334.

Prælatus, an poſſit renunciare legatum factum Eccleſiæ, ante acceptationem. ibid. col.2.in prin f 335.

Prælatus, an poſſit renunciare iuri Eccleſiæ delato in beneficium illius, qui aliàs non ſuccedebat.ibid.col.2 in fin.f.335.

Prælatus ſolus, an poſſit remittere, ſi tamen Eccleſia non eſt collegiata, nam tunc requiritur conſenſus capituli. q.4.cap.18. col.2. in fin. f.338.

Prælatus, an poſſit ſequuta contrauentione remittere ius caducitatis. q.41. cap.18. col.1. in fin.f.340.

Prælatus an poſſit, ex iuris diſpoſitione benemerentibus retribuere. q.41. cap.22. col.2.in fin. f.351.

PRÆSCRIPTIO. *Præſcriptio nulla valet, abſque bona fide.q 19. cap.6. col.2. in med. f.133.*

Præſcriptione completa, ſi ſuperueniat mala fides, præſcriptio nõ irritatur, ſed poſſeſſor iuſtè, tanquam Dominus retinet: ibid.

PRÆSENTIA. *Præſentia alicuius in aliquo actu requiſita, non ſufficit ficta præſentia, quæ fit per Procuratorem. q.5.cap 1.col.2.in med. f.12.*

PRÆSES. *Præſes Prouinciæ poteſt recuſari, tanquam ſuſpectus.q.34.colum.2.in med. f.253.*

Præſide Prouinciæ exiſtente ſuſpecto, omnes Officiales Prouinciæ cenſentur ſuſpecti.q ibid.col.1. in prin f.254.

PRETIVM. *Pretium iuſtum liquidandum eſt, ſecundum valorem rei, tempore contractus. q.26. cap.1. col.2.in fin. fol.223.*

PRAEPOSITVS. *Præpoſitus noſtræ Religionis, qui ad annum præfigitur, iuxta noſtras Conſtitutiones, ſi infra annum ipſo conſentiente à Patre Generali, & Conſultoribus amoueretur, poſſet Domus iuſtè conqueri, & mutationem impedire.q.21.cap.1.col.2.in med. f.157.*

PRINCIPALIS. *Principalis pro ſuo intereſſe poteſt agere contra ſuum Procuratorem. q.32. cap.2. colum.1. in med. fol. 244.*

PRIMOGENITVS. *Primogenitus renuncians in beneficium tertijgeniti, non præiudicat ſecundogenito. q.30. cap.3. col.2.in prin. f.238.*

PRINCEPS. *Principi ſummo conuenit de ſuis priuilegijs iudicare. q.1.col.1. in fin.f.1.*

Principe per gratiam delictum abolente; an cenſeatur deleta infamia ob illud cõtracta.q.11. col.1. in fin.f.94.

Princeps, quando abolet delictum, vel abſoluit delinquentem per verbum reſtitutionis in integrũ, quid remittat. q.11. col.1.in prin. f 95.

Princeps, ſi concedat officium mediante pecunia obligatur ex contractu, & non poteſt Officialem, niſi conuicta culpa priuare.q.21.cap.1.col.2.in med.f.152.

Princeps, ſi in conceſſione vtatur his verbis (indulgemus, vel gratiam facimus) etiam dicetur officium conceſſum ex contractu, & propterea irreuocabile.ibid.in fin. f.152.

Principe ſimpliciter officium concedente: officia conceſſa dicuntur perpetua.q.21. cap.1.col.1.in fin.f.153.

Princeps, num poſſit abſque cauſa perpetuis officijs priuare.q.21.c.1. col.2. in prin. f.155. per totum.

Princeps non poteſt minuere authoritatem Officiali officium ſuum pacifice poſſidenti.q.21.cap.1.col.1.in prin. f.156.

Princeps ſupremus tenetur obſeruare promiſſionem à ſubdito acceptatam. q.21. cap.8.col.2.in med.f.171.

PRIVATIO. *Priuatio ob Canonem non ſolutum, dicitur pœna legalis.q.41. cap. 18.col.2.in prin.f.338.*

PRIVILEGIVM. *Priuilegium in fauorem Religionis, vel Religioſorum, latè eſt interpretandum. q.8. cap.2. col.2. in prin. f.68.*

Priuilegijs non derogatur per contrariam legem vniuerſalem. q.8. col.2. in med. fol.71. vſque ad 75.

Priuilegia Regularibus conceſſa, ſunt ad inſtar comprehenſorum in lege communi, propterea eorum ſpecialis requiritur

Digitized by Google

derogatia.q.8.cap. 2.col.1.in med.f.74.
Priuilegium obtinent Regulares ex multis Summ. Pontif. dispositionibus, vt nunquam, ipsorum priuilegijs, sub quacunque forma verborum, nisi in specie derogetur.ibid.
Priuilegia antiqua nostræ Religionis, quæ per participationem habebat, confirmata sunt, & etiã ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis, cum clausulis derogatorijs amplissimis, per Paulum V. anno 1612. & per Gregorium XV. 1621. ibid. in fin.
Priuilegio proprio, potest quis renunciare, hoc autem non procedit in tertij præiudicium. q.8. cap.7. col.1. in prin. f 86.
Priuilegium si concederetur per viam legis condendæ, non esset regulariter reuocabile. q.21. cap.3. col.2. in fin. f.160.
Priuilegium concessum ob pecuniam, efficitur irreuocabile, ex quo transit in vim contractus. q.21. cap.3. col.1. f.161.
Priuilegium concessum, quando aliquid fuit acquisitum, tunc efficitur irreuocabile. ibid. col.2. in fin. f.161.
Priuilegium, vel dispensatio obtenta ab inferiore supremi Principis, non potest pro libito voluntatis reuocari. ibid. f.161. & 162.
Priuilegium nemo habet, vt cõtra propriũ factum venire possit, & legitimo actu à se gesta infringere valeat. q. 21. cap.6. col.1. in fin. f.162.
PROCVRATIO. Procuratione ad vẽdendum feudum facta, quando adfuit assensus, non requiritur alius in venditione. q.41. cap.31. col.1. in med. f.368.
PROCVRATOR. Procurator ad negotia, non censetur ex bonis sui principalis ditatus, si finita administratione, & redditis rationibus, appareat dines. q.14. cap. 2. col.1. in fin.105.
Procurator, seù administrator bonorum Ecclesiæ, si appareat dines, censetur ex bonis Ecclesiæ ditatus. ibid. col.2. in med. fol. 105.
Procurator, suo principali præiudicat, si eius nomine aliquid confiteatur, non tamen spõtè, sed ex Indicis præcepto. q.32. cap.2. col.2. in fin. f.243.
Procurator non appellando à sententia cõtra principalem lata; præiudicat. ibid. colum.1. in prin. f.244.
Procurator tunc dicitur esse non soluendo, quando non habet bona in territorio, vbi lis agitur. ibid. in med.
Procurator soluendo aliquam pensionem, nomine sui principalis, illi præiudicat. ibid. in fin.
Procuratoris factum præiudicat Domino, si excedit fines mandati, domino tamen sciente, & tacente, minimè. ibid. q.2. c.2. fol. 244.
Procurator ad vendendum, potest solutionem recipere, & etiam fidem habere de pretio, & transferre dominium. ibid. in fine.
Procurator, si habeat potestatem appellandi, & teneatur ex officio appellare, non potest appellare à lando, cui promisit principalis, &c. ibid. col.2. in prin.
Procurator nomine sui principalis agat: q.32. cap.3. col.2. in fin. f.245.
Procurator Cæsaris, non potest transigere, absque speciali mandato. q.41. cap.24. col.2. in med. f.357.
Procurator, dum contrahit, censetur dominus contrahere. q.41. cap.31. col.2. in fin. fol. 368.
Procurator Ecclesiæ ad vendendum, non potest habere fidem de pretio, & si aliter fiat, dominium non transfertur. q.41. cap.31. col.2. in med. f.369.
Procurator Fisci, vel minoris, &c. non potest fidem habere de pretio. ibid. col.2. in fin. fol.369.
PROFESSIO RELIGIOSA. Professio an sit irrita, facta eodem die susceptionis habitus, vel complementi sextidecimi anni. q.45. col.2. in med. f.384.
Professionis actum, certum est esse fauorabilem, per illum enim nouitius cum Deo vnitur. ibid. col.2. in med. f.385.
PROHIBITIO. Prohibitio facta de non alienando, non procedit in Religionibus incapacibus, vti sunt Cappuccini, &c. q.41. cap.3. col.2. fol.295.
Prohibitus alienare sub pœna, generaliter hypothecando, nõ incidit in commissum. q.41. cap.7. col.1. in fin. f.308.
Prohibita alienatione, an censeatur prohibita pignoratio. q.41. cap.8. col.1. in fin. fol.309.
Prohibere, aliud est, & aliud irritare. q. 30. cap.1. col.2. in fin.233.
PROMISSIO. Promissio facta tempore inhabili, non valet, nec etiam tempore habili superueniente obligat. q.19. cap.7. col.2. in med. f.135.
Promissa res, quæ post promissionem absque culpa, vel mora promittentis, effecta fuit sacra, tunc promissio cessat, & non debetur.

Digitized by Google

tur. q.19.cap.8.col.2.in fin. fol.139.
Promissio, vel legatum fructuum ex certo fiendo percipiendorum, ipsis non natis, non debentur. q.19.cap.8.col.1. in med. fol.140. per totum. f.141.
Promissio à promissario acceptata, an possit reuocari. q.21. cap.8. colum.2.in prin. fol. 171.
Promissioni à parte acceptatæ, nullum onus imponi potest. ibid.col.1.in med.f.172.
Promissionem in re graui acceptatam, obligare sub mortali. ibid. colum.2. in med. fol.172.
Promissa materia, quanta debeat esse, vt obliget ad mortale. ibid.in fine, & col.1. in prin. f.173.
Promissio facta absenti, Notario stipulante, & acceptante, potest ante partis acceptationem reuocari. ibid.col.2.in medio. fol.173.
Promissio acceptata possit ne reuocari, respectu tertij in promissione nominati. ibid. in med. f.173.
Promissio, mutatis rebus, non obligat promittentem q.21.cap.10. colum.2. in fin. fol.176.
Promissio facta conductori de non expellendo, intelligitur, dummodo rectè colat, & pensionem soluat. q.29. col.1. in prin. fol.231.
Promittens stare laudo, & non appellare, nec petere reductionem ad arbitrium boni viri, ad quid teneatur. ibid.
Promittens aliquem non molestare, vel inquirere, ad quid teneatur. ibid.
Promittens habere ratam, & firmam donationem factam, causa mortis, non prohibetur eam reuocare si conualescat. ibid. in med.
Promittens vnum sacrum, si promissa non seruat, an peccet mortaliter. q.21.cap.8. col.1.in prin. f.173.
PROREX. Prorex, qui in negotijs Regni tenetur adhibere Collaterale Consilium, si spreto Collaterali, negotia Regni cum alijs ministris communicet, non rectè facit, imò peccat, &c. q.21.cap.1. col.1. in med.f.156.
PROVINCIA. Prouincia alio modo dicitur, secundum Romanorum locutionem, qui Regna Prouincias appellabant, & quot, Regna habebant tot Prouincias dicebant habere. q.5.cap.7. col.1. in prin. fol.33.
PVBLICVM. Publicum dicitur, quod Vniuersitati patet. q.6.c.5.co.2.in med. f.45.

Q

QVAESTORES. Contra quæstores lata est excommunicatio in hac Ciuitate, & puniuntur à Curia Archiepiscopali, si inuenti fuerint absque licentia eleemosynas petere. q.6.cap.6.colum.2.f.52.

R

RATIHABITIO. Ratum habere aliquid, promittens, non liberatur, nisi validè, & solemniter ratificet, nec simpliciter ratihabitio ipsum liberat. q.20.cap.2.col.1.in prin.f.143.
Ratihabitionis promissio esset frustatoria, nisi cum debitis solemnitatibus fieret. ibid.in fin.
RECTORES. Rectores Ecclesiæ, non possunt contrahere, absque Episcopi authoritate, valet tamen contractus, si vtiliter gestus sit. quæst.41.cap.24. col.2. in fin. fol. 357.
REGNVM. Regnum nostrum Neapolitanum, cum sit pars Italiæ, dicitur vna Prouincia. quæst.5.cap.8. col.1. in prin. fol.33.
REGVLARES RELIGIOSI. Regulares Abbates prohibentur habere commatres, sicut, & cæteri regulares. q.4. col.1.in prin. fol.10.
Regulares Abbates, & etiam Canonici Regulares, non possunt esse leuatores in baptismo, & confirmatione. ibid. & per totum.
Regularem habitum, non dicitur induisse, qui triduo tantum fuit habitu regulari indutus. q.6.cap.6.col.1.in med.f.53.
Regularis exemptus, non potest ab Ordinario excommunicari. q.8.cap.1. col.1. in fin. fol.66.
Regularem effectum Episcopum, non liberari à voto paupertatis. q.21. cap. 10. col.1.in prin. f.180.
Regularem assumptum ad Cardinalatum, non liberari à voto paupertatis. ibid. in fin. fol.180.
Regulares, præter Minores, & Capuccinos esse capaces successionis. ibid. colum.1. in prin. fol.181.
Regularis, eo ipso, quòd regulam probatam profitetur, obligatur obedire Prælato aliquid præcipienti ex contentis in Regula, &c. q.23. cap.7. colum.1. in med. fol.202.

Re-

Digitized by Google

Regulares profitentes Religionem relaxatam, tenentur ad obseruãtiam votorum, non tamen ad obseruantias, quæ lapsu temporis, vel ex Superiorum negligentia cessarunt. ibid. col. 2. in prin.

Regularis, si pro maiori parte reformaretur monasterium, teneretur regulam instauratam obseruare. ibid. in fin.

Regulares, non tenerentur in foro conscientiæ, quando professi habuerunt animum se obligandi, eo modo quo tunc vigebatur, & nõ aliter. ibid. col. 1. in prin. fol. 203.

Regulares, an tempore pestis possint à proprio Prælato cogi Fratribus eiusdem Conuentus inseruire. ibid. col. 2. in med.

Regulares mendicantes in defectu Parochorum tenentur Sacramenta, sæcularibus, tempore pestis ministrare. q. 23. c. 7. col. 1. in fin. f. 204.

Regulares mendicantes dicuntur cooperatores, & coadiutores Parochorum. ibid. col. 2. in fin.

Regulares, qui ex voto Ministerio infirmorum obligantur, multo magis tenentur. ibid.

Regularis semper tenetur habitum suæ Religionis deferre. q. 24. cap. 2. col. 1. in fin. f. 208.

Regularis aliquando, ex legitima causa potest illum dimittere, & occultare. ibid.

Regularis, si causa vagandi, vel eundi ad lupanar habitum dimittat, ne agnoscatur, an incidat in excommunicationem? ibid. col. 2. in medio.

Regulares, non possunt nouas Ecclesias, & Monasteria construere absque licentia Episcopi. q. 26. col. 1. in prin f. 218.

Regulares, & præcipuè Fratres Minores, non possunt esse exequutores vltimarum voluntatum. q. 30. cap. 1. in fin. f. 234.

Regulares non possunt accipere pecunias ad cambium, vel mutuo cum solutione damni emergẽtis, & lucri cessantis. q. 41. cap. 7. col. 2. in fin. f. 308.

Regularis non potest, absque consensu Superioris contrahere. q. 41. cap. 24. col. 2. in fin. f. 357.

Regulares, quibus de iure communi non competit ius sepeliendi, &c. possunt ex priuilegio, eligentes sepulturam in propriis Ecclesijs sepelire. q. 41. cap. 29. colum. 1. in fin. f. 367.

RELEGATVS. *Relegatus à Patria, pro certo tempore, absque vlla licentia, finito tempore potest redire. q. 9. c. 2. col. 2. in prin. f. 88.*

REMISSIO CADVCITATIS. *Remissio caducitatis ob Canonem non solutum, an dispositioni extrauagantis subijciatur q. 41. cap. 18. colum. 1. in prin. fol. 338.*

RENOVATIO CONCESSIONIS. *In renouatione concessionis bonorum Ecclesiæ, attendendam esse ipsius vtilitatẽ. q. 41. cap. 19. col 1. in med. f. 346.*

RENVNCIANS. *Renunciatio facta à Regulari tempore professionis, consanguineis, possit ne reuocari. q. 21. cap. 10. col. 1. in fin. f. 179.*

REPVDIATIO HAEREDITATIS. *In repudiatione hæreditatis Ecclesiæ delatæ, an requirantur solemnitates. q. 41. cap. 17. col. 2. in med. f. 333.*

Repudiatio iuris delati, multum differt à cessione. q. 41. cap. 17. col. 1. per totum. fol. 336. & 337.

RESCRIPTVM. *Rescriptum continens duas causas, quarum quælibet erat sufficiens ad mouendum Summum Pontificem, existente vna falsa, valet rescriptũ. q. 25. cap. 1. col. 2. f. 212.*

Rescriptum Papæ continens diuersas gratias, si in vna contineat subreptionem, non vitiatur quoad alias. ibid. in fine.

Rescriptum censetur impetratum ab eo, cuius impensis erat impetrandum. q. 31. colum. 1. in med f. 241.

RES. *Res semel Deo dicatæ pro animarum salute, non debent ad alios vsus conuerti q. 23. cap. 6. col 2. in prin. f. 201.*

Rei traditio, vel exequutio negotij, quando collata est in futurum, tunc ad iudicandum si actus sit vtilis, vel damnosus, non attenditur tẽpus conuentionis, &c. q. 27, cap. 3 col. 1. in med. f. 227.

Res destinata, vt efficiatur sacra, non habetur pro sacra. q. 41. cap. 12. col. 1. in fin. fol. 320.

Res modici valoris, non dicuntur comprehensæ in extrauagante. q. 41. cap. 16. colum. 2. in fin. f. 332.

Res, vt dicatur solita concedi, quænam requirantur. q. 41. cap. 19. colum. 2. in fin. fol. 342.

Res semel alienata dicitur effecta alienabilis. ibid. col 2. in fin. f. 342.

Res, quando reuertitur ad suam naturam, non requiritur assensus Superioris in alienatione. q. 41. cap. 29. col. 2. in prin. fol. 366.

RESTITVTIO. *Restituendum est acceptum pro actu peccaminoso faciendo.*

Digitized by Google

INDEX.

q.15.col.1.in med.fol.109.cum ampliationibus.

Restituendum est, quod quis accepit pro eo, quod tenebatur gratis facere. ibid. col.2. in prin.cum ampliationibus.

REVERSIO. *Reuersio rei ad primaeuam suam naturam dicitur fauorabilis, & latè interpretanda. q.45. cap.29. col.1.in prin. fol.367.*

REVS. *Reus renuens deponere, facta trina monitione, & præcepto, quod deponat; habetur pro confesso. q.16. col.1. in fin. fol.113.*

RVSTICVS. *Rusticus, si quotannis par caponum obtulit alicui nobili, & si longo tempore, nullum ius nobili per id acquisitum fuit. q.40.cap.3. colum.1. in med. fol.286.*

S

SACERDOS. *Sacerdos qui quotidiè tenetur celebrare, potest aliquando cessare absque amissione fructuum. q.5.c.4. col.1.in fin. f.20.*

SATISDARE. *Satisdare qui tenetur, non liberatur, dùm non idoneum fidetussorem exhibet. q.20.cap.1.col.1. in med. fol.142.*

SCHOLARIS, ET STVDENS *Scholasticos, licèt domicilium non contraxerint, posse absolui ab Episcopo à reseruatis occultis q.6.cap.6.col.2.in med f.52.*

Scholaris, si ex vi statuti efficiatur Ciuis, nõ amittit priuilegium, quod antea, tanquam scholaris habebat. q.23. cap.3. colum.1.in prin. f.196.

Scholastici exteri, meretrices, & aliæ personæ infames, non possdnt habitare in locis honestis. q.29.col.1.in med. f.232.

SCRIPTVRÆ. *Scribens propria manu, nomine alterius, videtur fateri, & approbare, quod in scriptura continetur. q.31.col.1.in fin. f.241.*

Scripturæ, quæ fiunt coram Iudice, & scribuntur per Officialem, seù actuarium ad hoc deputatum, dicuntur acta iudiciaria. q.17.cap.2.col.1.in prin.f.116.

Scriptura in archiuio reperta. ibid.col.1. in fin.f.117.

Scriptura, quæ manu propria est subscribẽda, stante necessitate, poterit per alium subscribi. q.41. cap.28.

SENTENTIA. *A sententia Episcopi, vel ipsius Vicarij appellatur ad Metropolitanum. q.3.col.1.in prin.f.5.*

A sententia Episcopi, habentis temporalem iurisdictionem à Rege, cuinam sit appellandum. ibid. per tot. f.6. & 7.

Sententiam excommunicationis non posse suspendi, & propterea introducta sit absolutio, cum reincidentia. q.9.cap.5. col.2.in med. f.91.

Sententia transacta in rem iudicatam, omninò exequutioni mandanda est, nisi opponatur exceptio nullitatis ex defectu citationis. q.20.cap.3.col.2.in prin.f.145.

Sententia nulla, ob quam fuit quis proprijs bonis priuatus, non impedit, quin spoliatus non possit agere remedio spolij. ibid. col.1.in fin. f.146.

Sententia excommunicationis, quæ licèt iusta, siue iniusta sit, semper est timenda, quando tamen est nulla, nec quoad Deum, nec quoad Ecclesiam timẽda est ibid.col.2.in prin. f.146.

A sententia lata in possessorio, nõ potest appellari. q.30.cap.1. in med. f.234.

Sententia contra ius est nulla. q.1.col.1.in fin. fol.2.

Sententia facta non secundum stylũ, dicitur nulla, nec obligat ad comparendum, neque reddit contumacem. fol.ibid.in fin.

Sententia lata in beneficium minoris valet. q.41.cap.24.col.1. in fin.f.357.

Sententia lata in beneficium pupilli, valet etiam absque tutoris authoritate. ibid.

Sententia, quæ debet ferri à Iudice sedente pro Tribunali, aliàs erit nulla, si ex legitimo impedimento, non sedeat, tenet sententia. q.41.cap.28.colum.2. in prin. fol.364.

SERVVS. *Seruus, cui dominus libertatem relinquit, si per triennium Titio seruierit, licèt ante triennij consumationẽ aufugerit, reuersus tamen triennium compleuit, libertatẽ consequetur, nec oberit interruptio. q.24. cap.1. col.1. in med. fol.206.*

Seruus, cui legata fuit libertas, si fuit venditus non consequitur, si redimatur à testatore, legatum obtinebit. q.33. cap.2. col.2.in fin.f.250.

SOCIVS. *Socij factum, societati non nocet, nisi nomine societatis sit gestũ. q.32. cap.1.col.2.in prin.f.242.*

Socius acquirẽs, non censetur ex communi acquirere, sed ex proprio. q.14.cap.3.colum.1.in prin. f.108.

Limitatur. ibid.

Socius administrans bona societatis tenetur reddere rationem. q.35.c.4. col.2.in med.f.269.

SO-

Digitized by Google

INDEX.

SOLVTIO. *In solutione Capitationis, qui ad paupertatem deueniunt taliter; quod proprio labore victum quærunt, & nihil possident, non tenentur de iure soluere. q.26.cap.2.col.1.in prin.f.226.*

SOLEMNITATES. *Solemnitates, an possint omitti, si causa vrgentis necessitatis, Papa non possit consuli. q.41.cap.28. col.2.in med. f.363.*

SPONSALIA. *Sponsalia contrahens, si ad alias partes se transferat, liberum est mulieri eum alio contrahere. q.5.cap.8. col.1.in prin.f.33.*

Sponsalia ante septimum annum completum, sunt ipso iure nulla q.19.cap.7.colum.1.in fin. f.135.

Sponsalia contracta ab eo, qui adstrictus erat voto castitatis, si in voto castitatis fuerit dispensatum, non obligant. ibid. col.2. in med.

In sponsalibus requiritur septennium cõpletum, & expletum. q.45.col.2.in med. fol.386.

Sponsalia, vt dissoluantur ob sponsi absentiam, ea debet esse in longinquis Regionibus, absq; spe de proximo reuertendi. q.5. cap.8.col.2.in fin.f.33.

SPONTANEVM. *Spontaneum, an dicatur factum, ab eo, qui illud tenebatur facere, q.31.col.1.in med. f.240.*

Sponte fieri, non dicitur, quod fit ab eo, qui cogi potest, vt faciat. ibid.

Sponte solutum, non dicitur, quando petitio processit, quamuis soluens non teneretur. ibid.col.2. in prin.

SPVRIVS. *Spurius de iure ciuili nihil potest de paternis bonis, quoquomodo recipere, q.42.col.2.in prin.f.373.*

Spurij, tanta est inhabilitas, vt non possit fieri substitutio in bonis paternis in eius beneficium. ibid.col.2.in med. f.373.

STATVTVM. *Statuto stante in aliqua Ecclesia, quod receptus in Canonicum aliquid soluat, si receptus nouiter soluat, licèt sponte, committitur simonia. q.31. col.2.in fin. f.240.*

Statutum, quod electio fiat ab omnibus nemine discrepante, non valet, propter facilem hominum discordiam. q.5. cap.6. col.2.in prin. f.26.

Statuto stante, quod scriptura recognita habeat exequutionem paratam contra scribentem, procedit etiam si tantum sit subscripta. q.18.col.1.in fin. f.124.

Statuentes num possint reuocare statuta à Superiore approbata. q.41.c.29.col.2.in med. f.366.

STILLICIDIVM. *Stillicidium perpetuum dicitur, licèt non semper cadat. q.5.cap.4.col.1.in fin.f.20.*

STIPVLATIO. *Stipulatio liberi hominis, vel rei sacræ, non conualescit, si liber homo efficiatur seruus, vel res sacra efficiatur prophana. q.19.cap.7.colum.2.in prin. f.137.*

SVBSCRIPTIO IN SCRIPTVRA. *Subscriptio in scriptura, quid operetur. q.18.col.2.in prin.fol.122.*

Subscriptio scriptura, continet virtualiter, quidquid in scriptura habetur. ibid. & fol.123.

Subscribens aliquid, censetur illud approbare. q.18.col.1.in prin. f.122.

Subscribens, nõ solùm contenta in actu, vel scriptura approbat, sed etiam sibi præiudicat. ibid.

Subscribens non solùm, sed etiam apponens proprium sigillum alienæ scriptura, vel actui, censetur illa approbare. ibid.

Scribens alienam scripturam, vel actum alieno nomine, illam approbat. ibid. col. 1.in med.f.123. & 124.

Subscribens actum aliquem, tanquam testis, sibi non præiudicat. q.18. col.2. in prin.fol.125.

Subscribens actum, qui ipso inuito geri poterat, non dicitur consentire, nec assensum præstare. q.31.col.2.in fin f.241.

Subscribens, quando scripturam non legerat, non censetur approbasse. q.31. col.1. in med. f.241.

Subscribens per errorem, non censetur subscribendo approbare, nec sibi præiudicat. q.18.col.1.in med. f.126.

Scribens folium album, non censetur fateri, nec approbare, quæ posteà in folio scribuntur. ibid. in fin.

SVBSTITVTIO. *Substitutio non potest fieri in bonis paternis in beneficium spurij. q.42.col.2.in med.fol.373.*

SVCCESSORES. *Successores in aliqua dignitate, dicuntur continuate esse, licèt adfuerit aliquod temporis interuallum. q.24.cap.1.col.2.in med.f.205.*

SVMMVS PONTIFEX. *Summus Põtif. si mandet Ordinario, vt certæ personæ beneficium conferat, quid si hic alteri conferat. q.30.cap.2. col.2. in medio. fol.236.*

Summus Pontifex, *ex suprema sua auctoritate, potest in causa propria iudicare. q.34.col.2.in fin.f.254.*

Summus Pontifex *ex suprema sua auctoritate*

Digitized by Google

ritate à Deo Optimo Maximo obtenta, poteſt ſibi caſus reſeruare reſpectu quorumcunque Ordinariorum. q. 6. cap. 1. colum. 1. in med. fol. 34.

Summus Pontifex, ſi per legem vniuerſalem de directo, ſtatueret contrarium diſpoſitioni conciliari, tũc nulla requireretur derogatio. q. 6. cap. 2. col. 2. in medio. fol. 37.

Summus Pontifex abſque vlla clauſula derogatoria, eo ipſo, quod aliquid contra Concilium Trid. ſtatuit, aut concedit, cenſetur illi derogare. q. 6. cap. 2. col. 2. in fin. fol. 37.

Summus Pontifex poteſt pro arbitrio ſuæ voluntatis beneficiarium priuare. q. 21. cap. 2. col. 1. in prin. fol. 158.

Summus Pontifex in beneficijs, plenariam habet diſpoſitionem. ibid. in fin. f. 158.

Summus Pontifex eſt vniuerſalis diſpenſator beneficiorum. ibi 6. col. 2. in prin. & fol. 159.

Summus Pontifex etiam promiſſione ligatur. q. 21. cap. 6. col. 2. in med. f. 162.

Summus Pontifex Innocen III. pœnam remittit Cardinali Legato à Latere delinquenti ob amicitiam. q. 41. cap. 22. col. 2. in prin. f. 353.

Summus Pontifex, quando confirmat iuriſdictionem alicui, quæ aliàs nulla erat, dicitur iuriſdictio delegata, & non ordinaria. q. 41. cap. 29. col. 2. in fin. f. 366.

Quid poſſit Papa in diſpenſatione ſuper pluralitate beneficiorũ incõpatibilium, ead. q. vlt. per tot.

SVPERIOR. *Superior regularis non poteſt aliquem aſſignare in domo, renuentibus habitatoribus, quando facultates non ſuppetunt. q. 5. cap. 5. col. 2. in fin. fol. 22. & alia dubia, & obſeruantia, per totum. fol. 23.*

Superior Conuentus tenetur tempore peſtis proprium Monaſterium non derelinquere. q. 23. cap. 7. col. 1. in prin. f. 204.

Superior regularis tenetur deſignare inquiſito, Aduocatum ex eiuſdemmet Regularibus. q. 39. cap. 2. col. 1. in fin. f. 274.

SVRDVS. *Surdus, cæcus, vel aliter impeditus, nõ poteſt eſſe Iudex. q. 19. cap. 2. col. 1. in prin. fol. 129.*

SVSPENSVS AD TEMPVS. *Suſpenſus, elapſo tempore, abſque alia abſolutione remanet liber. q. 9. cap. 2. col. 1. in fin. fol. 88.*

STYLVS. *Stylus loci obſeruandus eſt. q. 1. col. 1. in prin. f. 1.*

Stylus Curiæ facit ius. ibid.

Quod fit ſecundum ſtylum, dicitur fieri ſecundum ius. ibid.

Stylus pro forma habetur, à quo non eſt recedendum. ibid.

Stylum communem relinquere, præſumptio eſt falſitatis. ibid.

Stylus decennalis valet contra legem Canonicam ab initio nõ receptam, præſcriptus verò ſpatio 40. annorum, etiam contra legem à principio receptam. q. 1. colum. 2. in prin. f. 2.

Stylus Curiæ Romanæ, an faciat ius, quoad omnes Curias. ibid.

Stylus cuiuslibet Curiæ poteſt allegari pro iure in deciſione cauſæ. ibid.

Stylus Curiæ ligat omnes litigantes in eadem Curia, tam Clericos, quàm alienæ iuriſdictionis. ibid.

Stylum Sacri Cõſ. Neap. licitum eſſe, quod Clericus litigans, & allegans Iudicem ſuſpectum, non audiatur, niſi facto depoſito, ibid. & fol. 3.

T

TEMPVS. *Tempore, quod breue ſumitur, non dicitur fuiſſe. q. 6. cap. 6. colum. 1. in med. f. 53.*

Tempore breui, qui tranſit per locum, aut ad eum diuertit, non dicitur moraliter in eo fuiſſe. ibid.

Tempus à Concilio Triden. ſtatutum, vtrũ ſit menſurandum de momento ad momentum. q. 45. col. 1. in prin. f. 385.

Tempus currit ab actu ipſo ſuſceptionis habitus, non autem à die ſuſceptionis habitus. q. 45. col 1. in med. f. 345.

Tempora interrupta pro fauore Eccleſiæ, vel alterius piæ cauſæ coniunguntur. q. 24. cap. 2. col. 1. in prin. f. 208.

Temporis modici interrumptio, poſſeſſionẽ, vel præſcriptionem, non interrumpit. q. 24. c. 3. col. 1. in fin. f. 209.

Temporis continuitas, abſque intermiſſione ſatis confert ad aſperitates Religionis, guſtandas. q. 24. cap. 3. col. 2. in princip. fol. 210.

Temporis modicitas, tunc actum non interrumpit, quando ad actum contrarium nõ diuertitur. q. 24. cap. 3. colum. 1. in prin. fol. 211.

Tempus in medio illud attendendum eſt, in quo perficitur contractus. q. 41. cap. 26. col. 2. in med. fol. 360.

Tempus contractus attendendum eſt, ad in-

Digitized by Google

dicandam vtilitatem Ecclesiæ, quando alienatio fit tempore ordinario, non autem extraordinario & calamitoso. ibid. col. 2. in fin. fol. 360.

Tempore contractus sufficit, non solùm vera, & euidens vtilitas, sed etiam putatiua. ibid. col. 1. in prin. f. 361.

TERRVLÆ. *Terrula modici valoris, an sint comprehensæ in extranagante: q. 41. cap. 16. col. 1. in med. f. 333.*

Terrulæ modici valoris sitæ propè Ecclesiam, intelliguntur in extranagãte. ibid. col. 1. in fin. f. 333.

TESTAMENTVM. *Testamenti condendi ætas statuta à iure, si vna dies in ea deficiat, currit actus. q. 19. cap. 7. col. 1. in med. fol. 136. & q. 45. col. 2. in prin. fol. 386.*

Testamentum inter liberos, nullam solemnitatẽ requirit. q. 42. colum. 2. in med. fol. 370.

Testamentum imperfectum, non solùm inter liberos, sed etiam inter extraneos valet, deficientibus iuris solemnitatibus, & debentur legata. q. 42. col. 2. in fin. f. 370.

Testamentum, quando est imperfectum, ratione voluntatis, non valet. ibid. col. 2. in fin. f. 370.

Testamẽti scheda, ante annos aliquos completa, tamen tempore quo mortuus est non poterat dici vltima eius voluntas, operetur. q. 42. col. 1. in med. f. 371.

Testamentum, quando dubium est, res est absoluta pro filio hærede ab intestato. & non tenetur hæres ad soluendum legata, neque ad substitutionem, &c. q. 42. col. 2. in fin. f. 371.

TESTATOR. *Testator disponendo aliquid ad pias causas, non potest prohibere, quin Episcopus in casu negligentiæ hæredum, nõ procedat ad exequutionem piarum dispositionum. q. 13. cap. 6. col. 2. in fin. fol. 199. & cap. 6. colum. 1. in fin. fol. 200.*

Testator, eo ipso, quod disponit ad pias causas, obligatur legibus de dicta materia loquentibus. q. 23. cap. 6. col. 2. in princ. fol. 200.

Testator non potest prohibere, ne exequutores rationem reddere tenantur. ibid.

Testator si legat domum Ecclesiæ sub conditione, vt suo hæredi soluat decem in tribus terminis continuatis, consequetur legatum, etiamsi temporibus interpellatis soluerit. q. 24. cap. 1. colum. 1. in prin. fol. 206.

Testator vendens annuos intreitus super re legata cum pacto de retrouendendo, &c. non censetur res propria vendita. q. 33. cap. 2. col. 2. in med. f. 249.

Testatorem inter & legatarium, superuenientibus inimicitijs censeri aemptum legatum. q. 33. cap. 3. colum. 1. in prin. fol. 252.

Testator, si post inimicitias fecerit codicillos, & legatum non reuocauit, illud dicitur ademptum. ibid.

Testator, si in legato addidisset, quod aliàs non valeat legatum factum Ecclesiæ, nisi ibi sepeliatur, an valeat. q 33. cap. 3. col. 2. in fin. f. 251.

Testator non potest prohibere, quin Episcopus, ex sua auctoritate, legata pia in testamento facta non exequatur. q. 41. cap. 15. col. 2. in fin. f. 331.

Testator potest in suis bonis legem ponere. ibid. col 1. in prin f. 332.

Testator, si in sua dispositione prohibuit bona sua alienari, & in casu contrauentionis, mandauit, vt ipso iure bona Ecclesiæ applicentur, an possit Prælatus, sequuta contrauentione, remittere ius caducitatis. q. 41. cap. 18. col. 1. in fin. f. 340.

Testator, quando deputauit particularem Sacerdotem pro celebratione Missarum, vel dedit facultatem hæredibus deputãdi illũ, non dicuntur illa bona spiritualizata, sed remanent temporalia. quæst. 41. cap. 20. col. 1. in prin. f. 347.

Testator fundans anniuersarium, & illud nominãs Cappellaniam, vel beneficium, impropriè loquitur. ibid. col. 1. in med. fol. 347.

Testator, quando completa dispositione, declarat velle Notarium de illa dispositione rogari, si morte præuentus, &c. testamentum dicitur imperfectum. q. 42. col. 2 in med. f. 371.

TESTIS. *Testis deponens aliquem quotidiè possedisse, vel resedisse in Ecclesia, non dicitur falsus, si aliquo interuallo non possedit, vel non resedit. q. 3. cap. 4. col. 2. in prin. f. 20.*

Testes examinatos per verbum, &c. aduersus principales, si falsum dixerunt, licèt quoad Deum peccẽt, ex violatione iurisiurandi, non tamen habet locum contra eos pœna Constitutionis Regni, &c. q. 16. cap. . col. 2. in fin. fol. 113.

Testes, quando mortui sunt, omninò depositionibus illorum stãdum est. q. 17. cap. 1. col. 2. in fin. fol. 115.

Testes

Digitized by Google

INDEX:

Testes ab aliquo producti, an possint ab ipsomet reprobari. q. 21. cap. 7. col. 2. in prin. fol. 169. & 170.

Testes producti, non possunt reprobari, sed ex causa de nouo superueniente post productionem, possunt. ibid. colum. 2. in med. fol. 170. & 171.

Testes deponentes se continuò vidisse aliquos certam rem possidere, non vitientur eorum dicta, si aliquo spatio temporis non viderunt. q. 24. cap. 1. col. 1. in prin. fol. 206.

Testis, qui se subscribit in aliquo instrumento, non approbat contenta in instrumento in sui praiudicium, &c. q. 32. col. 2. in med. f. 241.

TOLERANTIA. *Tolerantia Principis regulariter non inducit dispensationem. q. 28. col. 2. f. 228.*

Tolerantia Canonicorum, non habetur loco tituli, etiam quod sit personarum, quæ possunt tacitè dispensare. q. 28. col. 2. in fin f. 228.

TRANSACTIO. *Transactio litis facta ab administratoribus Ecclesiæ, censetur vtilis. q. 26. cap. 1. col. 2. in fin f. 222.*

Transactiones, quas in dies Regulares faciunt, vt iustificentur. q. 26. cap. 1. col. 1. in fin. f. 223.

Transactio, idem est, quod alienatio. q. 41. cap. 8. col. 2. in prin. f. 311.

Transactio potest fieri absque assensu superre feudali, aut emphyteotica, aduersario possidente. q. 41. cap. 8. col. 1. in med. fol. 312. per totum.

Transactio super re immobili Ecclesiæ, vel mobili pretiosa, quæ seruando seruari nõ potest, sit remanente Eccl. in possessione, &c. q. 4. cap. 8. col. 1. in prin. f. 313.

Transactio super alimentis absque decreto Iudicis non valet. q. 41. cap. 24. col. 2. in med. f. 356.

TRANSGRESSIO. *Transgressio in leuibus, non est punibilis. q. 24. cap. 1. colum. 2. in prin. f. 207.*

TRIBVNAL. *Tribunal Reuerendæ Fabricæ, est exequutor piorum legatorum in hoc Regno in locum Episcoporum. q. 29. col. 1. in prin. f. 233.*

TVTOR. *Tutor, licèt tempore cœptæ tutelæ esset pauper, si ipsa finita reperiatur dives, non censetur de bonis pupilli ditatus. q. 14. cap. 2. in med. f. 104.*

Tutor vtiliter facit, si non exigit creditum pupilli, in cuius recuperatione plus oportebat expendere, quam exigere. quæst. 26. cap. 1. colum. 1. in med. fol. 222.

Tutor tenetur comparere, & agere negotia pupilli simpliciter, ex proprio officio. q. 32. cap. 3. col. 2. in med. f. 246.

Tutor tenetur reddere rationem. q. 38. c. 1. col. 2. in fin. fol. 262. tenetur etiam de neglectis. ibid. & col. 1. per tot. f. 263.

Tutor tenetur conficere inuentarium, & ipso non confecto, prohibetur administrare. q. 41. cap. 15. col. 2. in med. f. 331.

Tutor, qui ante confectionem inuentarij nõ potest administrare, vrgente tamen necessitate potest. q. 41. cap. 28. colum. 2. in prin. fol. 364.

V

VAGVS. *Vagus ille dicitur, qui per mũdum vagatur, nec certam sedem habet. q. 6. cap. 6. col. 1. in prin. f. 51.*

Vagus, appellatur aliquando à iure erroneus. ibid.

Vagari vitium animi est. ibid.

Vagus forum nõ habet, sed conuenitur, vbi reperitur, idcircò poterit absolui ab Episcopo loci. ibid.

Vagus pro receptione Sacramentorum in die Paschatis, an teneatur ad Matricem Ecclesiam accedere, siccetiam in sepultura. ibid.

VASSALLVS. *Vassallus dimittens dominum in prælio, amittit feudum, nõ tamen si modico tempore, & denuò reuertatur. q. 24. cap. 1. col. 1. in fin. f. 207.*

Non censetur totum id, quod possidet, esse feudale, nec ex feudo acquisitum, sed ex propria industria, &c. q. 14. cap. 3. col. 2. in fin. f. 107.

VENDITIO. *Venditio bonorum Ecclesiæ, quando fit, mediante procuratione, nõ sufficit generale mandatum ad vendendũ, &c. q. 41. cap. 31. col. 2. in prin. f. 369.*

Vendita re, & pretio non soluto, dominium non transfertur. ibid. col. 2. in fin. f. 369.

In venditione bonorum Ecclesiæ, minoris, vel fisci à Procuratore facta, quia fides pretij haberi non potest, dominium non transfertur. ibid. col. 2. in fin. f. 369.

Venditio feudi facta, reseruato Regio assensu, non dicitur nulla, quamuis validitas pendeat à voluntate Regis. q. 46. col. 1. in fin. f. 388.

VERBVM. *Verba Domini sunt, Reddere rationem villicationis tuæ. q. 38. cap. 1. colum. 1. in fin. f. 262.*

Verbum quodlibet in lege appositum, debet operari, imò et quælibet syllaba. q. 6. c. 7. col. 1. in fin. fol. 54.

Ver-

Digitized by Google

INDEX.

Verba sunt interpretanda in sensu, ne sequatur aliqua absurditas. q.6. cap.7. colum.1. in fin. f.55.

Verbo Concilij (in foro conscientiæ) non requirunt Sacramentalem Confessionem, cùm possit Episcopus in casu Cõcilij extra Sacramentum absoluere. q.6. cap.9. col.2. in med. f.60.

VICARIVS. *Vicarius Episcopi licèt faciat fructus suos, & iudicetur vti præsens, non tamen recipit distributiones quotidianas, nisi consuetudo sit in contrarium. q.5. cap.2. col.1. in med. f.17.*

Vicarius verò capit. Sede vac. nõ ita. ib.

Vicarius specialiter deputatus pro absolutione reseruatorum Sedis Apostolicæ, an possit casus particulares subdelegare. q.6. cap.8. col.1. in prin. f.59.

Vicarius, qui ab Episcopo iurisdictionem accipit, dicitur habere delegatam, cum illam non iure proprio, sed ex concessione obtineat. ibid. col.2. in prin. & f.60.

Vicarius, quod habeat iurisdictionem ordinariam, certum est posse in casu particulari eam alteri delegare. q.6. cap.8. col.1. in fin. f.60.

Vicarius Episcopi, an possit procedere existente suspecto Episcopo. q.34. col.1. in med. f.254.

VIDVA. *Vidua, infra tamen annum luctus, si tamen in domo viri remanet, censetur de suis bonis acquisiuisse. q.14. c.3. col.2. in prin. f.107.*

VIR. *Vir, si sibi donaturo iusserit, vt vxori donet, an valet donatio. q.41. cap.17. col.2. in fin. f.337.*

Vir quocunque tempore veniens, & petens cohabitationem cum vxore, si illa ei denegetur, restituendus est, quia tunc censetur spoliatus. q.48. colum. 2. in prin. fol.392.

VISITATIO. *Visitatio dicitur actus extraiudicialis. q.22. cap.1. col.1. in med. fol.186.*

VITA ASPERIOR. *Vita asperior non potest imponi Regularibus, nisi ipsis consentientibus. q.41. cap.29. col.2. in fin. fol.367.*

Vitæ asperitatis impositione, si fiat reductio ad antiquam vitam, à qua erant collapsi, an requiratur consensus. ibid. col.2. in fin. f.367.

VITIOSVS. *Vitiosus aliquo vitio, in quo de facili solet dispensari, eligi potest, nec electio dicitur nulla. q.49. col.1. in prin. fol.389.*

VNIVERSITAS. *Vniuersitatem decem personæ constituunt. q.6. cap.5. col.2. in med. fol.45.*

Vniuersitatis maior pars aliquid non scits, illud non potest dici publicum. ibid.

Vniuersitas, quæ ex antiquo more tenetur dare Baroni Camerarium, siue Aerariũ quolibet anno tres nominat, & Baro vnum eligit, si reperiatur non soluendo tempore finitæ administrationis, tenetur de proprio reficere. q.23. cap.4. col.2. in fine. f.197.

Vniuersitates, & earum Sindici, an peccẽt soluendo pecunias Ducibus Militum ad hoc, vt aliundè transeant. q.44. cap.2. colum.2. in prin. f.379.

VOTVM. *Vouens Castitatem, prohibetur contrahere matrimonium, si tamen contrahit, illud tenet. q.30. cap.1. col.1. in fin. f.234.*

Voto obligatus ingrediendi strictam Religionem, si laxiorem ingrediatur, tenet professio. ibid.

VSVFRVCTVARIVS. *Vsufructuarius dicitur dominus ratione præminentiæ. q.36. col.2. in med. f.258.*

Vsufructuarius seruitutem imponere non potest in rebus Ecclesiæ probibitis alienari, sicut nec vir in fundo dotali inæstimato. q.41. cap.10. col.2. in fin. f.315.

Vsufructuarius nõ potest deteriorem conditionem rei facere. q.41. cap.10. col.1. fol.316.

Vsufructus ob domus destructionem amittitur, nec reuiuiscit si illa reficiatur. q.26. col.2. in med. f.218.

VXOR. *Vxor tenetur sequi virum. q.6. col.1. in med. f.51.*

Vxori licentia nubendi à viro concessa nõ suffragetur, si infra annum luctus nubat. q.13. col.2. f.101.

Vxor occisi admittitur ad ius accusandi q.13. col.1. in prin. f.101.

Vxor officialis, aliquid proprium habens, non censetur ex bonis viri, sed ex propriis bonis, atque propria industria, bona illa acquisiuisse. q.14. cap.3. col.1. in med. f.107.

Vxor, quæ colligit fructus rerum viri, ipso viuente, censetur iure familiaritatis id fecisse. q.40. cap.3. col.2. in fin. fol.289. & 290.

Vxor paulò post contractum matrimonium à viro derelicta quę vixit tamẽ honestissimè vsque ad senium, viro è contra luxuriosissimã vitam transigente, an teneatur cohabitare cum viro inuitante. q.49. col.1. in med. f.392.

FINIS.


Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google